

Accessions

(30,803)

Shelf No.

2224.25



Received

Aug 24 1892





N^o 242. f. 82.

Continetur hoc Volumine etiam Harcaini de Baptismo
Quæstio triple. N.B. ad Questionem 1^{am} B. Gottfridus Olea-
rius manusua plurimis adscriptis allegationes, et quædam
etiam Castigationes.

6. pag.
dñi 2 Februar 1815.

Christian Friedrich Parvius.

Z. P. S. Salterius. Saltherius, p. 350. N^o 1720. Bauer, Suppl. II. 131.


JOANNIS HARDUINI 1729. Se
at. 83.

SOC. JESU PRESBYTERI

NUMMI ANTIQUI

POPULORUM ET URBIVM

ILLUSTRATI.



Ex Biblioteca
Gottfridi Olearii
habet F 1716. q. d.

PARISIIS,

Excudebat FRANCISCUS MUGUET, Regis & Illustriss.
Archiepiscopi Parisiensis Typographus.

M D C L X X X I V.


C U M P R I V I L E G I O R E G I S.

Christian Wilhelm Stantke 1762.


B.H

(36803)

Aug. 24, '92



ILLUSTRISSIMO ECCLESIAE PRINCIPI
CAROLO MAURITIO
LE TELLIER,
REMENSIOUM ARCHIEPISCOPO
AC DUCI,
SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ
LEGATO NATO,
BELGICÆ SECUNDÆ PRIMATI,
Primo Franciæ Pari, Capellæ Reginæ
Præfecto, &c.



Ovus hic partus Came-
narum nostrarum, quo nu-
mismata pleraque omnia
difficilioris paulo explicatūs, seu verius
ā ij

anigmata proferuntur in lucem, sic Tibi
debetur uni, ECCLESIAE PRINCEPS
ILLUSTRISSIME, ut non Tibi di-
cari, aut alterius cuiusquam auspiciis,
quam tuis, in lucem & conspectum ve-
nire, sine piaculo aut justa certe re-
prehensione non possit. Sunt enim ea
ferme e Regia modo Gaza deprompta,
hoc est, e locupletissimo antiquitatis pe-
nu, quem providentia munificentiaque
Principis, non minus amplificandis ar-
tibus ac disciplinis, quam propagando
imperio Magni, ad solertiam eruditorum
acuendam instruxit. Atque ut idem
domum TELLERIAM universam,
cui tu maxime decori & ornamento es,
cum primis amat ac fovet, & amari
colique gaudet a suis : cui hoc Regium
munus offerrem, ubi Regem adire ipsum

subverecundæ nostræ adhuc Camenæ
erubescunt , desiderari alium a te ne-
fas fuit. Nam ubi occurrere vir possit
ornatior , aut Regio munere dignior ,
quam is qui apud Regem Maximum
& sapientissimum ea idcirco gratia &
auctoritate pollet , quod propriis aequis
laudibus abundet , ac domesticis ? Est
enim certe , ut ceteras sileam , hæc tua
peculiaris , ac longe lateque jamdudum
pervulgata laus , & ea quidem in An-
tistite summa ac præcipua , nullam esse
propemodum intra Gallici fines Imperii
diæcesim , in qua aequis ac in tua vigeat
recta vivendi norma , religio , pietas :
Præsulem vix illum esse , qui creditam
sibi plebem sanctissimis legibus & insti-
tutis , sollicitius , sinceriusque , veræ pie-
tatis magister eruditat. Est hæc autem

non leviter rumore , sed fama publica :
non vulgarium hominum existimatione
ac relatu , ac ne tuorum quidem Re-
mensium modo prædicatione , qui sorte
sua leti sibi gratulantur : sed sacris ipsis
Antistitum judiciis ac testificatione cor-
roborata laus : e quibus qui finitimi
sunt , id oculis primum ipsis hausere :
fecere deinde ceteris in sacris conventi-
bus ejus miraculi copiam : communem
nunc sibi tecum hanc existimationem &
gloriam quantum est in Ecclesia Galli-
cana Præsulum avidissime expetit. Quis
enim ignorat ex quo ad Ecclesie Re-
mensis clavum sedes , Clerum ad san-
ctam vivendi rationem revocatum : cul-
tum numinis ritusque sacros incredibili
studio & diligentia , qua monitis , qua
libro Rituali edito , & illo quidem sin-

cerioris doctrinae plenissimo, instauratos:
templa vel bellorum injuria, vel vetusta-
te collapsa, excitata denuo, amplificata,
adornata: pulsam e Sedanensi civitate,
hoc est, ex hæreseos arce, addictam
Calvinianæ sectæ Academiam: Semi-
naria tum ibi, tum Remis instituta,
ubi tuo sumptu aluntur adolescentes
plurimi, iidemque pietate ac litteris in-
formantur: urbes, oppida, pagos, loca
omnia indefessa solicitudine & labore
ingenti lustrata: redditos denique ei
Ecclesiæ omnes prudentissimi Pastoris
vigilantissimique numeros? Mirantur
tui, cum superiora repetunt animo tem-
pora, revocatum ad se postliminio an-
tique religionis studium, & inspera-
tam sibi tantæ pietatis lucem affulsisse.
Discunt experimento, quantum Ecclæ-

siaſtice antiquitatis notitia valeat , cu-
jus te assiduum & curiosum indagato-
rem profiteris : quantum in legendis
Patrum scriptis assiduitas proſit , quæ tu
interdiu noctuque versas cum volupta-
te : quantum ſit in omnigenæ consecutio-
ne doctrinæ , qualem in te Proceres ipſi
infulati ſuspiciunt , ad publicam utili-
tatem ponderis ac momenti . Ex hoc
enim fonte vitam ipſe tuam morumque
formam omnem ſic instruis , ut quorum
in ſedem ſuccederis , quorumve in ca-
thedra ſedeas , meditari perpetuo vi-
deare : laudandaque imitationis ſtudio ,
nunc Hincmari eruditio nem amulari ,
nunc ſacrorum locorum cultu Nicasium ,
Landonem , Nivardum : revocandis ad
rectam fidem deviis Remigium & Heri-
veum : sanctissimis legibus statuendis
Sonnatum ,

Sonnatum, Hincmarumque: Carolum
a Lotharingia, seminariis destinatae
Clero adolescentiae componendis: uni-
versum denique lectissimorum Presu-
lum senatum, Remis & Aulae, virtutum
tuarum luminibus exemplisque repre-
sentare. An est deinde, non modo hæc
ipsa majestas insulæ, non primi Fran-
ciæ Paris dignitas auctoritasque: sed
an honos omnino posthæc ullus est, quan-
tuscumque sit, qui non insignem ei sit,
qui Tibi contulerit, laudem judicii colla-
turus? cum præsertim, ut regni utilita-
tibus augendis, Regisque gloriae amplifi-
candæ frater tuus, quem ob id Rex mu-
nificentissimus tot beneficiis auxit, totque
honoris & benevolentiae significationi-
bus constanter complectitur: sic tu Ec-
clesiae bono promovendo natus videaris.

Temperare sibi non potest , ut scis , quæcumque alterutrius vestrum facta percenset oratio , prefatiove , quæ respectet continuo germanum ad miraculum , ejusque ad laudes properet : veluti orba foret lumine altero , nisi ab utroque splendoreret . Cujus aliquando parem in tractandis regiis arcanis fidem , in dandis consiliis prudentiam , in rebus gerendis solertiam experta Gallia est ? sive sint munienda urbes , sive procurandi exercitibus commeatus , apparatusque belli : seu deliniendi socii , seu occupandi hostes : egregiam is invicto Regi operam navat : & ea quidem perspicacia , quam nihil fugiat : ea celeritate , quæ nihil non antevertat , ea vi , quæ nulla negotiorum vel mole opprimi , vel interturbari varietate possit . Dubitat itaque posteri ,

an felicius ille Principis negotia , an tu religiosius Ecclesiam gubernaris ? Sentient hoc sanguinis vestri quasi hereditarium esse decus , summa quoque moderari , sacra , leges , arma , regnum : publicamque felicitatem cum vestra conjunctam , quod jam nunc Gallia fatur & agnoscit , ipsi tum quoque intelligent . Macete uterque hac laude & gloria , quam indoli vestræ totam ac virtuti debetis : sed patri primum , qui tales vos finxit , quales Religio , quales Princeps ministros desiderat . Sunt enim hæ domesticæ vobis nativæque dotes , & ab ejus parentis haustæ ingenio & exemplis , cuius sub grandi virtutum magisterio adolevistis : qui vos , quod indecussingens ei & gloriam ceditis , nunc ea animi voluptate aspicit , qua trium-

phantes quondam liberos parentes for-
tunati spectabant. Manare equidem
arbitror seni optimo suavissime lacry-
mas, cum sibi Superos dedisse reputat,
ut post se quoque Reipublicæ prospicit: feli-
citatemque Galliæ relictis sui nominis
ac virtutis heredibus, in futurum pro-
paget. Ad supremam Cancellarii totius
regni dignitatem sua eum virtus evexit:
non quæsus ambitu, non gratiæ datus,
sed merito delatus a sapientissimo æsti-
matore Ludovico Magno hic honos est:
delatum omnis ei Gallia gratulatur: cui
vero non per se summa ista, & jam cul-
men adepta videantur? Sed invenit di-
vina dignatio, quo gaudia ejus, & no-
stra pariter, cumularet. Ergo liberos
dedit, qui patris virtutem & fortunam
equarent: nec liberos modo, sed ad va-

torum cumulum , etiam nepotem adje-
cit , festinatis jam honoribus auctum ,
jam successorem paterni muneris , intel-
ligentissimi Principis judicio , designa-
tum . Quo quid gloriosius ipsi ? Sed de-
inde etiam & nobis : quidni enim in
bujus gaudii partem venire fas sit ei ,
cujus illum præceptis institui , & curis
excoli , ante annos sex pater ipse voluit ?
Quid vero ad voluptatis sensum jucun-
dius avo , patri , patruo ? quid accidere
fortunatius per illustri familiæ potest ?

At non est tamen vestro modo , sed &
Galliaæ totius judicio , Parentis vestri
FORTUNATA VIRTUS: ac num-
mum quidem cum sic inscripsit , & OP-
TIMO PARENTI PIETAS FILIO-
RUM posuit , gaudia videlicet regni to-
tius adumbravit : cum nemo sit , quin
ē iij

quantum Regiae, quantum publicae, tan-
tum TELLERII felicitati, quæ pu-
blicæ causa prosperitatis est, ex animo
gratuletur. Erit igitur inter Regiae numis-
matum gazæ divitias, monumentum il-
lud insigne, vestre in patrem pietatis,
paternæ erga vos caritatis & curæ, do-
mesticæ virtutis, lætitiae publicæ. Erit &
quem Vir Illusterrimus PELTERIUS
non pridem nummum cudi jussit, quo
RERUM PRUDENS ET SECUN-
DIS DUBIISQUE RECTUS fuisse
TELLERIUS agnoscatur. Erunt &
qui FELICITATEM ET MODES-
TIAM, quæ duo inimicissima sunt, co-
pulasse eum significant: erunt & qui in
uno illo bac ætate HONOREM ET
VIRTUTEM eximie fulsisse posterita-
ti tradant. An igitur cum munus ali-

quod dicari Tibi a nobis oportere mul-
tis nominibus sentiremus , narcisi li-
cuit felicius ullum , quod non solum
gaudia & obsequia nostra testari , sed
tuam quoque gratiam inire ac prome-
reri posset ? cum pars maxima hujus
voluminis , prolatis regiae gazæ num-
mis explanatisque constet , quæ decus
suum maximum Tibi debet uni , veleo
nomine quod ipsam insigni virtutum
TELLERII monumento ditaris. Ita-
que non tenuitatem , ut fit , opella hæc
nostra excusat , aut quominus se tibi
consecret , exiguitate sua deterretur :
cum sic aversari munus istud , quale-
cumque sit , minime possis , quia nostrum
est : ut non idem , quia tuum , quia do-
mesticum , quia regium est , libentissime
amplectaris. Specimen hoc igitur officii ,

ECCLESIAE PRINCEPS ILLUSTRISSIME, ad deditissimi animi auctoramentum placidus excipe: qui facere sibi satis minime posse credidit, nisi exiguo quidem munusculo, sed flagrantissimi certe studii conatu, quo se suæ, quo se Societatis nostræ universæ, erga Te observantia vota porrigant, testaretur.

ILL. A. T.

Addictissimus
JOANNES HARDUINUS
e Societate Jesu.

LECTORI.

ST hæc desecta ab ingenti nostrorum in Plinium commentariorum corpore particula: quam ne volumini ejus priori attexeremus, uti & æquum videbatur, & primo contilium fuit: quod pars ea oppidorum & populorum situs descriptionemque complectitur, quorum hic numimos tractamus: datum id est justo timori, uti remur, tum ne in ampliorem æquo molem hic tomus excresceret: tum ne πάρεργον ἔργον, ut est in communi proverbio, factum a nobis ibi videretur. Veneramus equidem in eam primum mentem idcirco, quod ex nummis plurimum Geographiæ, haud paulo plus vicissim ipsis ex Geographia intelligeremus lucis accessurum. Sed crevit, ut fit, opus sub incude: neque populorum modo nomina indicari, appellationesque varias, sed & singulorum situs statui, prærogativas, jura, conventus, Magistratus, sacra, ludos, fœdera, æras, explanari duximus oportere: quoniam ea sunt miris involuta ambagibus, neque a quoquam ante nos, uti oportuit, exūricata, & eadem tamen, si quidquam aliud in litteris nummisque, hominum ingenii & exercitatione dignissima. Itaque spartam hanc si exornandam susciperemus, & operæ pretium id visum est futurum, nec nobis, ut tunc erat genus studiorum nostrorum in Plinii κωμαθαφυμένοις illustrandis vehementer operosum, & eruditis denique, reique nummariæ studiosis, vehementer fane per se expetendum. Id vero longioris operæ esse oportuit, quam ut appendix ad Plinianas prioris to-

mi notas vicem habere videretur : ac non iusto potius & suo privatim volumine appareret : ut esset veluti , si lubet ita appellare , prodromus Plinianus : ex quo palam fieret , quam sit immensa rerum silva , quarum cognoscendarum sitim accendat sedula operis Pliniani lectio. Neque tamen quidquid elici eruditio nis ex nummis , quidquid percipi utilitatis potest , id omne modo persequi velim , cum nec si velim forte possim. Sed ut est tota de nummis disputatio in tres partes potissimum , nostro quidem iudicio , tribuenda , quarum prima symbolica sane appetetur , altera historica , Geographica denique ter tia : dilatis in aliud tempus prioribus duabus , quibus Regum ac Cæsarum res gestas , Deorumque effigies & reliquias , quæ symbolicæ vocantur , icones , propitio Numine illustrabimus : nunc in ea parte hæremus una , quæ est pluribus obsita difficultatum ambagibus , quæ populorum , ut diximus , situm , æras , originem , prærogativas , magistratusque complectitur : ac florum hic veluti manipulos ex agello nostro damus , mox paulo facti ditiores viridaria integra ob laturi. Atqui sic delibatae jam partes duæ sunt reliqua ante nos ab viris eruditis , præsertim ab Antonio Augustino , & Alberto Rubenio : ut quanquam adjici iis , quæ illi dixerent , multo plura possint , facem tamen tradidisse ceteris merito possint videri. Sic vero aut neglecta plane ab omnibus , aut tentata a non nullis obiter & in transcurso hæc pars est , in qua sumus , ut & immensam segetem nobis illi reliquerint : nec ulla in disciplina graviora sint admissa σφαλματα , quam sint in hac parte , etiam ab iis , qui

quod ingentes nummorum acervos eventilarunt, amplissimisque Commentariis illustrarunt, magnum in his studiis merito suo nomen habent. Horum hic igitur detegentur errores : qui cum singulis fere sint aspersi paginis, totum ab iis opus **ERRATA ANTIQUARIORUM**, ni tam insolenti titulo jactantiae suspicio adhæreret, inscribi merito potuisset. Atqui nulla pars est studiorum, in qua plus lateat eruditio-
nis, unde plus ad historiam quoque ipsam notitiamque antiquitatis omnem exspectandum subsidii sit, si hæc pictura nummorum quæ per se nonnihil est obscura, interpretationis luce apte illuminetur : nulla vicissim, unde plus damni redudet in litteras, si secus fiat. Et cum nostro hoc demum felici & eruditæ ævo non omnino inanem esse conveniat otiosamque eorum operam, qui in excutiendis nummis studii aliquid ponunt: tum vero palam futurum confidimus, ex hac potissimum parte, quæ Populorum nummos urbiumque continet, quanta in harum rerum cognitione utilitas, quanta in explicatione sit voluptas. Sic autem institutum opus exsequemur, ut brevitatim simul perspicuitatique consulamus. Itaque neque ea fere dicturi sumus, quæ jam in aliorum scriptis ebullierint : dabimusque operam ne ex aliorum fontibus areolas nostras irrigasse videamur : præsertim cum legere aliorum volumina, qui sunt in eodem argumen-
to versati, non idcirco pæne profuerit, ut proficeremus, sed ut coarguerentur ii : neque id omnino compendium fuerit operæ, sed ingens quædam laboris accessio. Parerga etiam nulla, nulos excessus sequemur : neque ultra id quod est in nummo propositum, nisi

fit operæ pretium aliquod , evagabimur. Aspergemus nihilominus interim nonnulla ex reliquis duabus THESAURI hujuscē REI NUMMARIAE partibus , (sic enim totum operis corpus inscribi placet :) nempe ex historica symbolicaque , quæ videbuntur in primis necessaria , ad ea quæ nunc sunt in manibus Γεωγραφικὴ νομισματα ἡ illustranda : & ad interpretationem nostram eo amoenitatis veluti sale condiendam . Nec symbola præsertim prætermittimus ulla , quam quæ opportunius parte illa tertia explananda sunt , & quod sunt pluribus oppidis populisque communia , nec repeti sæpius hoc volumine sine fastidio possunt : & quod in certas ibi classes ordinate tribuenda sunt , simulque venire in conspectum , & veluti ad nomina respondere . Quanquam vero fere innumera in hoc genere doctrinæ animadvertisse nos , quæ nondum a quoquam animadversa sunt , necesse est vel invidi , licet inviti , fateantur : explanatosque nunc primum nummos sexcentos antea obscuros , patefactos innumerabiles Antiquariorum lapsus , situs plurimarum urbium , quarum nomina quoque ipsa Ortelio , Holstenio , universoque ante nos Geographorum gregi latuerant , indicatos : æras variarum gentium proprias , quæ Chronologicæ artis magistros fugerant , designatas : nodos denique complures , qui inexpli- cabilis & plusquam Gordii videbantur , non sine ingenti aliqua felicitate solutos : haud continuo tamen in ænigmatis omnibus hisce extricandis ausimus Oedipos ubique nos fore vatesque præstare : quod nobis nihilominus haud magis esse fraudi debet , quam si quis venatu in ingenti silva non sit omnino feras omnes assecutus .

N U M M I



NUMMI ANTIQUI POPULORUM ET URBIUM ILLUSTRATI.

A

AB A C. Hadriani nummus hic est , in quo Goltzius, Occo , Scaliger , Patinus , aliquie ad hunc diem Antiquarii A B A Σ H N Ω N volunt intelligi. Fal-
so: ut in K A B A Σ I T Ω N nummis dicemus.

ABDERA *Hispania*.

ABDERA. Tiberii nummus apud Patinum , pag. 74.
nunc Cimelii Regii , cum templo quinque columna-
rum : quem nummum in Hispania cusum , & Latini
idiomatis characteres , & ipsa nummi operisque forma
rudior indicat. Neque est quod quis Iasonis templum,
quod fuit Abderis in Thracia , in hujus nummi area
putet exhiberi , cum illud a Parmenione eversum , jam
ab ipsis Alexandri M. temporibus Strabo testetur , li-
bro x i. pag. 531. Ad Hispamicam itaque Abderam hoc
numisma spectat , quam Plinius lib. 111. seet. 111. in
Bætica collocat: nunc est *Adra* , in litore regni Gra-
natensis. Sic in Asidonis quoque nummo , quod Bæti-
cæ pariter oppidum fuit , & in Gaditanis , aliisque tem-
plum insculptum cernas : ut morem hunc fere fuisse
Hispanorum in eundem nummis eo tractu intelligas.

ABDERA *Thracia*:

ABΔHPEITEΩN, & ABΔHPITEΩN, in nummis

A

NUMMI ANTIQUI

Vespasiani, ac Titi. Plinio, libro iv. sect. xviii.
Abdera libera civitas. Stephano : "Αβδηρα, ὁ
 πόλιτος, Αβδηρεύς."

A B I A H N I Ω N. Nummus Caracallæ, e Thesauro Goltzii, pag. 206. ubi Caracallam Antoninum Britanni. cum vocat, ob victoriam Britannicam, quam is cum Septimio Severo Patre Imp. retulit. Plinio, lib. v. sect. xvi. *Abila.* Stephano : 'Αβίλη, πόλις ὅπει τῷ Ἰορδάνῳ ποταμῷ τῷ ἐθνικὸν, 'Αβίλιως.

A B O Λ Λ A I Ω N. N E Ω K O P Ω N. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 206. 'Αβόλλα Siciliæ oppidum est Stephano, ac Suidæ. 'Αβόλλα, πόλις Σικελίας... τῷ ἐθνικὸν, 'Αβόλλαθ. De Neocoris, qui nunc primum occurunt, breviter differemus. Fuere Νεωκόροι dicti, primum sacrarum ædium curatores, quos Latini Ædituos appellavere. Translata deinde hæc nomenclatio est ad populos civesque, qui intra sua mœnia vel' fānum alicui Deo, "vel Numini Majestatique Augustorum erexissent, vel' sacra totius Provinciæ communia pro salute Principis ibi facerent, vel' communia item certamina edi curarent: hi Νεωκόροι in nummis appellati, in quibus Deorum effigies ac nomina, sacræ ædes, certaminumque appellationes ac præmia insculpi solita. Deorum quidem, ut ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, in Maximini nummo. Certaminum, ΑΚΤΙΑ, ΠΥΘΙΑ, ΙΣΘ. ΠΥΘΙΑ, hoc est, ΙΣΘΜΙΑ, ΠΥΘΙΑ &c. Ædes sacræ passim. Atqui sub eodem Principe non modo semel, sed bis, ter, quaterve, hos lados, hæc sacra, hæc certamina ut ederent, deposcebant, & eximii honoris loco ducebant: Quare occurrit in nummis, δισ., τρισ., τέτρακις Νεωκόρων. Neque tamen pro arbitratu id sibi assuebant: sed Romani Senatusconsulto opus, & gratia Principis: ut ex Xiphilini loco quem allaturi sumus in nummis ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, & ex ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Cariæ nummis, denique & ex marmore Oxoniensi palam est, pag. 95. Και ὅσα ἐπεπύχων τῷ Φιλέῳ Καισαρεὺς Αδριανὸς δι' Αγτωνίου Πολέμωνος, δευτερην δόγμα Σω-

κλήτου, καθ' ὁ δι; Νεωκόροι γεγραμμοὶ &c. Et quæ acceperimus a Domino Cæsare Hadriano per Antonium Polemonem, alterum nempe Senatusconsultum, quo bis Neocori facti sumus, &c. Nam & ea voce, tanquam Latina, usi majoris, apud Gruterum, pag. 1102. Fuit is Polemon magister Aristidis. De eo iterum in nummis Smyrnæorum. Qui vero cives sacra totius Provinciæ, edendaque certamina sic suscepissent, ii Magistratus creabant, quos Asiarchas, Galatarchas, similibusque appellationibus, de Provincia nomine, vocitarent. De his alibi agemus. Interdum & Νεωκόροις ipsos quoque nuncupabant: Latine Aediles dixeris. Ut Clarissimi porro Senatores appellari olim solebant, Græce λαμπτέραι, aliique Magistratus aliis pariter honorificis appellationibus compellari: sic Νεωκόροι Κεχίτοι, vel quod idem est, Ζανόραι κράτητοι, Aediles Optimi dicebantur. Themistius, orat. xiv. pag. 180. Παρὰ τὸ κράτητον τὸν ἡμετέρων ζανόρων. Vetus inscriptio apud Reinesium, pag. 243. ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. ΚΑΙ. ΤΟΙΣ. ΣΥΝΝΑΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ. ΣΤΑΤΙΟΣ. ΚΟΡΔΑΤΟΣ. ΚΡΑΤΙΣΤΟΣ. ΝΕΩΚΟΡΟΣ..... ΤΟΙΣ. ΜΕΓΑΛΟΙΣ. ΑΓ. (hoc est, αὐγῶσιν) ΑΝΕΘΗΚΑ.

ΑΒΥΔΗΝΩΝ.

ΑΒΥΔΗΝ. ΕΠ. *Abydenorum sub.* Prætoris nomen injuria vetustatis eratum. L. Veri nummus, apud Patinum, pag. 256. cum Diana Ephesiæ iconē: nunc est Cimelii Regii. Plinio, lib. v. sect. xli. *Abydum oppidum*, cui in Hellestanto, in adverso Thraciæ litore Sestos opponitur: nunc arci utrique commune nomen, *les Dardanelles*. Stephano: "Αβύδος τὸ ἔθνικόν, Ἀβυδηνός.

ΗΡΩ. ΛΗΑΝΔΡΟC. ΑΒΥΔΗΝΩΝ. Heronem hic nummus exhibit, quæ Leandrum per Hellestanti angustias natantem aspectat e turri. Fuit Leander Abydenus, Sesta Hero. Ex parte nummi altera, ΑΥΤ. K. M. ΑΥΡ. ΣΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. Αύποκράτωρ Καισαρ Μάριος Αυρηλιού Σεληνῆς Αλέξανδρος. Ovid.

NUMMI ANTIQUI

Heroïd. Epist xvii. Leander Heroni:

*Mittit Aÿdenus, quam mallet ferre, salutem,
Si cadat ira maris, Sesta Puella, tibi.*

A B Y Δ H N Ω N. Severi nummus apud Tristan. tom. ii.
pag. 102. in quo Severus sub forma Serapidis adumbratur: sub Osiris, sive Solis, Caracalla filius Severi. Referunt hunc nummum Antiquarii omnes ad Abydum Ægypti, Serapidis iconे admoniti, qui eo plerumque tractu colitur. Plinio, lib. v. sect. xi. est *Abydus*. Ammiano, lib. xix. pag. 150. *Oppidum est Abydum in Thebaïdis parte situm extrema*, &c. Verum ne his assentiamur, prohibet idem Serapis Perinthiorum quoque nummo, in eodem fere terrarum tractu, quanquam opposito litore, sub eodem Principe Severo insculptus: veluti hunc sibi Severus Deum Præsidem elegisset, cuius illum privatim numini devotum, ac tutelæ creditum, civitates omnes agnoscerent. Sic Vespasianum Imp. in primis coluisse Serapide, Tacitus & Tranquillus narrant. Quare nummi Severi passim inscripti, I O V I I M P E R A T O R I , I O V I C O N S E R V A T O R I , I O V I P R O P V G - N A T O R I . Est enim Serapis idem qui Juppiter, & Sol. Apud Reinesium vetus inscriptio, pag. 243. ΔII. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ, &c. Et sane quanquam proprius & peculiaris Ægyptiorum Deus Serapis fuit, nihilominus & in Græcia multis locis cultus est, ut Athenis, teste Pausania: & Romæ in Circo Flaminio, Urbis regione nona, ut P. Victor docet.

A B Ω N O T E I X E I T Ω N. ΓΛΥΚΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Christianissimi Regis. Apud Occoneim, pag. 269. ΓΛΑΥΚΩΝ, male. Serpens in gyrum flexus, Æsculapii, Glyconisve typus, nummi aream obtinet. Prope Cimolin, Armenenque, de quibus Plinius lib. vi. sect. ii. vicus fuit haud ignobilis, quod Ἀσέων τεῖχος *Aboni mœnia* Ptolemæus appellat, lib. v. cap. iv. Stephanus: Ἀσέως τεῖχος... επολίτης, Ἀσέωτειχτης. In Paphlagonia. De Abonitichitis, &

ILLUSTRATI.

5

Glycone, qui se minorem Æsculapium appellabat, multa Lucianus in Pseudomanti, pag. 497. ubi & illud adjicit, petuisse Alexandrum impostorem ab Imperatore Romano, ut immutato vocabulo Ionopolis hæc civitas nuncuparetur. Hunc esse L. Verum credimus, cuius in eodem Cimelio nummus exstat, IΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΓΑΤΚΩΝ. Unde & Luciani ætas intelligitur. Vide IΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ACCIS.

COLONIA. ACCI. LEG. VI. Augusti nummus, e Cimelio Christianissimi Regis. *Colonia Accitana*, Legionis sextæ. Plinius, lib. III. sect. IV. *Ex colonia Accitana*, *Gemellenses*. Nunc *Guadix* vocatur, in Granateni regno. Apud Gruterum, pag. 271. COL. IVL. AVG. GEM. ACCITANA. *Colonia Iulia Augusta Gemella Accitana*.

C. I. C. ACCI. Caii Caligulæ nummus, apud Medobarbum, pag. 78. pro C. I. G. ACCI, uti remur: hoc est, *Colonia Iulia Gemella Accitana*.

ACHAIA.

RESTITUTORI ACHAIAE. Nummus Hadriani, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 194. quo in nummo Achaia ab Hadriano sublevatur: vase Cæsarem inter & Achaiam posito, ex quo oleæ vel oleastri ramus exstat, quo Achaiae, hoc est, Græciæ totius ludi signantur. Nam, ut Plinius ait, lib. XV. sect. V. *Athenæ vñctores olea coronant*, *Græci vero oleastro Olympiæ*. Non vidit hortos Tristianus, qui tom. I. pag. 471. σέλινον, hoc est, apium, hic pingi putat. Vide AXAIΩN. Spartanus, in Hadriano, pag. 6. Post hoc per Asiam & insulas ad Achaiam navigavit, multa in Athenienses contulit, &c.

ACINIPPO. Rodericus Carus, lib. III. cap. LVII. ex nummo vetere. Plinio, lib. III. sect. III. *Acinippo*. Ἀκενίππω Ptolemæo, lib. II. cap. IV. in Bæticis Ceticis. Nunc situs ignoti.

ACTIVM.

AKT. & AKTIΩN, apud Goltzium, in vetere Græc. A iij

NUMMI ANTIQUI
cia, Tab. v i. Plinio, lib. i v. sect. ii. *Colonia Augusti Actium, &c.* in Acarnania, quæ pars Epiri. Hodie Prevenza.

IMP. XII. ACT. Nummus Augusti, quo *Imperator duodecimum* appellatur, apud Tristanum, tom. i. pag. 77. ubi effigies Apollinis Actiaci, cum cithara, & qualis a Propertio describitur, lib. ii. Eleg. xxxi.

Pythius in longa carmina ueste sonat.

Et a Tibullo, lib. iii. Eleg. iv.

Ima videbatur talis illudere palla:

Namque hæc in nitido corpore uestis erat.

Artis opus rara, fulgens testudine & auro,

Pendebat læva garrula parte lyra.

Sed & pharetratus Apollo Actius cernitur in nummo Neronis, apud Tristanum, tom. iii. pag. 233. cui inscriptio, *AKTIOΣ ΑΠΟΛΛΩΝ*. Actia inde nota certamina, in honorem Actii Apollinis, cuius templum in suburbano Nicopoleos Epiri fuit. De his multa Strabo, lib. x. Geogr. pag. 325. aliisque.

ΔΑΔΑΝΕΩΝ, cum effigie Veneris Anadyomenes, hoc est, emergentis e mari, qualem ab Apelle pictam Plinius refert, lib. xxxv. sect. xxxvi. num. xi. Aufonius item, Epigr. c iv.

Emersum pelagi nuper genitalibus undis

Cyprin Apellai cerne laboris opus, &c.

Et Ovidius, lib. i v. de Ponto, Eleg. i. vers. xxix.

Vt Venus artificis labor est & gloria Coi,

Aequoreo madidas quæ premit imbre comas.

Vetus inscriptio apud Reinesium, pag. 127. huc spectat, *VENERI PELAGI. Veneri Pelagiae. Urbs ipsa Plinio, libro v. sect. xxii. Adana, in Cilicia. Stephano: "Αδανα, Κιλιατα πόλις.... δ πολίτης, 'Αδανος.*

ΙΟΥΛΙΑΝ. ΔΟΜΝΑΝ. ΣΕΒ. ΟΔΑΝΕΩΝ. Iuliæ Domnæ, apud Occonem, pag. 384. ubi ΔΑΔΑΝΕΩΝ haud dubie reponendum.

ΔΑΠΙΑΝΩΝ. ΔΑΔΑΝΕΩΝ. Valeriani nummus e Cimelio Regio, alterum huic oppido nomen ab Ha-

ILLUSTRA T I.

7

driano Principe inditum declarat. Vir sedens hastam
læva, dextra pateram tenet.

A ΔΗΡΚΩΝΙΤΩΝ. Trajani nummus, e Thesauro Goltzii. Stephanus : 'Αδέρκων πόλις Ἰεράς. Τὸ εθνὸν, 'Αδέρκωντος.

A D I A B E N E.

A D I A B. In nummo Trajani, apud Occonem, pag. 214. Plinius, lib. v. sect. xiiii. *Vltra Armeniam, Adiabene, Assyria ante dicta.* Vide quæ diximus in Plinianis Notis. In nummis Severi, ut apud Occonem, pag. 350. **P A R T H I C.** **A R A B I C.** **A D I A B.** & pag. 352. **A P A B.** **A Δ I A B.** pag. 351. **A P A B.** **A Δ I A B H N.** pag. 355. **P A R.** **A R.** **A D.** hoc est, *Parthico, Arabico, Adiabenico.* Spartianus in Severo, pag. 71. *Adiabenos in tributarios coegerit.* Et pag. 67. *Circa Arabiā plura gessit, Parthis etiam in deditioñem redactis, nec non etiam Adiabenis: Atque ob hoc reversus triumpho delato, appellatus est A R A B I C V S, A D I A B E N I C V S, P A R T H I C V S.*

A Δ I K H N E Ω N. Commodi nummus, ut quidem ad nos relatum est, e Medicea Gaza. Locus adhuc Geographis incomptus. Forsan **A Λ I K Y A I Ω N** legi oportuit, ab 'Αλινώῃ, Siciliæ oppido, apud Stephanum.

A Δ M E Δ E P Ω N. **T H C.** **I E P A C.** **K A I.** **A C Y Λ O Y.** *Admederorum civitatis sacræ & inviolatae.* Domitianus nummus e Thesauro Goltzii, pag. 207. Antonino, in Numidia, *Ammedera Colonia.* Asyli sanctitatisque prærogativa quod in nummis saepe occurrit, obiter strictimque explananda nobis. Id jus in eo erat, quod ex urbe ea, cui id datum esset, nemo qui vicinis damnum injuriamve intulisset, repeti in deditioñem posset. Erant apud Judæos ejusmodi aliquæ civitates, ceu totidem perfugii loca iis, qui casu hominem necavissent. Fanis plerisque pariter id concessum beneficium est, ut Diana Hierocæsariensis, teste Tacito lib. iii. Annal. Et in nummis, **A P T E M I C.** **ΕΦΕCΙΑ.** **A C Y Λ O C.** Sic Christianorum templo salutem præstitere iis qui ad ipsa confugerent. Vide Titulos de im-

munitate Ecclesiarum, in utroque Codice. Taciti locum de eo argumento insignem afferemus in nummis ΕΦΕΣΙΩΝ. Samothracum insula, rota augusti fuit & inviolata soli, teste Livio, lib. XLV. cap. v, aliae que deinceps civitates occurrent eo donatæ jure.

A ΔΡΑΜΥΤΗΝΩΝ. Caracallæ nummus, apud Spanhem. pag. 908. & Alexandri Severi, quem in Cimelio Regio vidimus, cum Prætoris nomine : ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΓΑΡΟΥ. B. NE. A ΔΡΑΜΥΤΗΝΩΝ. Επὶ τραπηγεῖ Ἀυρηλίου Γαρέου, δῖς Νεωκόρων Ἀδραμύτηων. Sub Prætore Aurelio Caro, Bis Neocororum Adramyttenorum. Nummi aream Aesculapius obtinet, cum baculo & serpente. Plinio, libro v. sect. xxxxi. *Adramytteos* &c. in Mysia, sive Aolide, juxta Caïcum amnem. Deliorum colonia, si Pausaniam audimus, in Messeniacis, seu lib. iv. pag. 138. Atheniensium, si Strabonem, lib. xiiii. pag. 606. Stephano : Ἀδραμύτειον, & Ἀδραμύτειον . . . ὁ πόλιτης, Ἀδραμύτιος.

A ΔΡΑΜΑΙΩΝ.

ΤΥΧΗ Α ΔΡΑΜΑΙΩΝ. Sic enim legendum, non ut Patinus pag. 258. A ΔΡΑΜΝΩΝ, vel ut alii, A ΔΡΑΜΝΩΝ. Lucillæ nummus est e Regia Gaza. *Fortuna Adramæorum.* Lucillam Numinis illius vice sibi esse Adramæi profitentur. Ptolemæo, lib. v. cap. xv. in Cœle Syria, Αδράμα. In nummis Asiacæ civitatum, illud ΤΥΧΗ frequens: alibi non occurrit.

Α ΔΡΑΝΙΩΝ, & **Α ΔΡΑΝΙΤΑΝ**, in nummis Parutæ. Plinio, lib. iiii. sect. xiv. *Hadranitani.* Stephano: "Αδρανοί, πόλις Σικελίας . . . τὸ ἔθνος, Ἀδρανίθη καὶ Ἀδρανῖτης. Nunc quoque *Aderno*.

Α ΔΡΙΑΝΕΩΝ. L. Veri, ac Severi nummi, Suidas: 'Αδειανοί, πόλις Μυσίας, ἢ νῦν Βιθυνίας. Inter Episcopos provinciæ Bithyniæ in Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 45. ὁ Ἀδειανός. Et pag. 33. 'Αδειανοί. Pag. 13. Οὐ Αδειανοί. In Conc. Calched. act. ii. pag. 334. subscribit Δαιδαλός Ἀδειανός. Ab Hadriano Augusto hoc ei nomen inditum.

ILLUSTRATI.

9

ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. Antinoi e Gaza Regia, Commodi, Severi, & Alexandri numismata. Vide **ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ.**

ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΠΡΟΣ. ΟΛΥΜΠΟΝ. Situm urbis ad Olympum montem hic nummus indicat, quem Spanhemius affert, lib. de usu Numism. pag. 894. Quare eam esse, quæ Plinio auctore civitas Olympena prius dicebatur, haud pœnitenda, ut remur, conjectura, ex ipso situ colligimus. Plinius, lib. v. sect. x l. *Mons Olympus, Myssus dictus: civitas Olympena. Ptolomæo,* lib. v. cap. 11. **ΟΛΥΜΠΗΝΟΙ.**

ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ. Nummi Hadriani, Antinoi, &Juliae Domnæ. Urbem eam Hadrianus Augustus a venationis studio & opportunitate, Ἀδειανὸς θῆρας cognominavit. Spartianus in ejus vita, pag. 10. *Oppidum Hadrianotheras in quodam loco, quod illic feliciter esset venatus, & ursam occidisset aliquando, constituit.* In Notitia Eccl. Hieroclis, pag. 44. in Provincia Hellefponiti, cum Cyzico, Lampsaco, Ilio, Abydo, & Troade, Ἀδειανὸς θῆρας locum habent.

ΑΓΑΘΟC ΗΡΩC ΑΝΤΙΝΟΟC. **ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ.** Ex Cimelio Christinæ Augustæ, referente Spanhemio, pag. 654. *Bonus Heros, sive Propitius Heros Antinous.* Sic Maro: *Et bona Iuno, hoc est, Propitia*, ut Servius ait. Plura vir eruditus de eo numero ibi egregie.

ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ. E Museo nostro, cum Aesculapii stantis effigie. Ex parte aversa, **ΙΕΡΑ ΚΥΝΙΚΗΝΤΟC. Sacer Senatus.**

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Θραciae.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, passim in nummis occurrit. Olim Oresta civitas dicta, teste Lampridio in Elagabalo, pag. 103. Posteaquam se Orestes apud tria flumina circa Hebrum ex responso purificavit, etiam Orestam condidit civitatem..... Et Orestam quidem urbem Hadrianus suo nomine vindicari jussit, eo tempore quo furore cœperat laborare, ut ex responso, cum ei dictum esset ut in furioso alicujus domum vel nomen irrepereres: &c.

B

Sed cave putes ab Orestis id nomen factum , de quibus Plinius , lib. iv . sect. xvi . cum sint hi procul a Thracia , in qua Oresta fuit. Eadem deinde Uscudama dicta est , ut tradit Ammianus , lib. xxvii . pag. 340. Demum ab Adriano Principe restauratore , Hadrianopolis in Provincia Æmimonti , *Andrinople*. Huc certe spectat haud dubie nummus Hadriani , e Gaza Regia , & apud Patinum , pag. 203. A ΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΣ , cum sit in Notitia Eccles. Hieroclis , aliisque , Provinciae Æmimonti dictæ metropolis Hadrianopolis : nec alia eo nomine simili Metropoleos prærogativa gaudeat. Fuit altera quidem Hadrianopolis in parte Bithyniæ , quam Provinciam Honorias appellabant : cuius meminere Notitiæ Episcopatum antiquæ a nobis sæpius appellatae. Ad eam vero revocari nummos ex his aliquos , aut ad aliam quoque , quam Pisidiæ Notitiæ eadem adjudicant , haud levibus adductus argumentis nolim.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Antonini Pii nummus , e Cimelio Regio , in quo Bacchi stantis effigies. Et alter Severi , in quo taurus.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ceres , floribus coronata , dextra pateram supra aram , læva Copiæ cornu tenet , in nummo Faustinæ junioris , apud Tristanum , tom. i . pag. 670.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Diana sagittifera. Veri , ex eodem Cimelio.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΗΓΕ. ΙΟΥΛ. ΚΑΣΤΟΥ. Ήγεμός Θυραῖον Καστου. *Præside Iulio Caſto.* Commodo , e Cimelio Regio. Mercurius scopulo insidet. Legit Patinus , ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΟΥΛ. ΚΑΣΤΟΥ , pag. 266. Male.

ΗΓ. ΙΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤ. Ήγεμός Θυραῖον Μαρκιανοῦ , Αδειανοπολειτῶν. Victoria in bigis. Commodo nummus est , ut & alter , in quo quadriga : sunt & in quibus Hercules clavæ innititur : ut in ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Thraciæ nummis , ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ , aliisque. Hi porro

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ nummi, in quibus Ήγεμών Præsesve signatur, sine ulla controversia, Hadrianopoli Thraciae adscribendi sunt, quod ea sub Præside fuerit, ut Notitia vetus Eccl. testatur, pag. 21. Ἐπαρχία Αἰμιμόντου Καισάρεω Ήγεμόνα. Ἀδελαύπολις, &c. Provincia Ἀεμιμόντη, sub Præside Hadrianopolis, &c. Bithynia, Pisidiaque, in quibus & Hadrianopoles fuere, sub Consulari, Καισάρεω.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Aurelii Veri Cæsaris, apud Tristananum, tom. 11. pag. 187. cum Solis capite radiato.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Juliæ Domnæ, e Gaza Regia nummus, in quo turrito capite mulier. Sic enim solent in nummis fere pingi civitates: ipsaque adeo Cybele Deum Mater: idcirco fortassis,

Quod primis turres urbibus ipsa dedit.

Lucretius, lib. 11. de Cybele:

Muralique caput summum cinxere corona.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caracallæ nummus, in quo Ceres curru draconibus juncto vehitur: humi decumbente, non Triptolemo, ut Tristano visum tom. 2. pag. 227. sed Genio civitatis, cum arundine & temone, quo situs urbis indicatur, ad amnem.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caracallæ nummi duo: e Gaza Regia: in altero uva insculpta, ob fertilitatem vini in agro eo, quo sit ut & Bacchus sit iisdem nummis insculptus: in altero serpens pluribus spiris involutus, ut in ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ nummis, aliisque tractus ejusdem: qua sub imagine Aesculapius adumbratur, ut ex Arnobio dicturi sumus inferius.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Getæ, ex eadem Gaza. In eo nummo Telephorus stat.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Getæ ex Gaza Regia, cum Herculis leonem suffocantis effigie. Est & apud Patinum, pag. 318. Jam in Commodo nummo ab Hadrianopolitis Thraciae cuso Herculem vidimus.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Gordiani junioris, cum Nemesis, Palladisve stantis effigie.

ADRVM ET VM. Vide HADRVM ET VM.

ÆGYPTVS.

AEGYPTO. CAPTA. Cæsaris Dictatoris nummus, apud Occonem, pag. 12. cum crocodilo, notissimo Ægypti symbolo. Vide Pierum, lib. xxix. Hieroglyph. cap. xiii.

AEGYPTOS. Trajani nummus, apud Tristanum, pag. 388. cum Sphingis effigie, qualis ab Ausonio describitur:

*Terruit Ausoniam volucris, leo, virgo triformis:
Sphinx volucris pennis, pedibus leo, & ore puella.*

Facies virginis erat, cetera leo, alasque gestabat. Vidi & in nummis aliis, qui rotam adjungerent. De Sphinge Ægyptiaca, *silvestri numine accolentium*, Plinium vide lib. xxxvi. sect. xvii.

AEGYPTOS. Hadriani nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 191. Sistrum ibi Ægyptus tenet, musicum scilicet instrumentum, peculiare Ægyptiorum, quo usi soliti in Isidis saceris. Eadem canistro frugum innititur: quo soli ubertas indicatur. Adstat Ibis, sacra Ægypto avis, de qua Plinius lib. x. sect. xl.

RESTITUTORI AEGYPTI. Hadriani, apud Occonem, pag. 231.

ÆLIA. CAPITOLINA.

COL. AEL. CAP. *Colonia Ælia Capitolina*. Id nomen urbi Ierosolymitanæ in nummis Hadriani, Antonini, & M. Aurelii, e Cimelio Christianissimi Regis, ab Ælio Hadriano datum. Ptolemæo, lib. viii. in Asia Tab. i v. Αἰλία Καπτολιάς Ἱεροσόλυμα. Cedrenus, de Hadriano: Κτίξει νέαν Ἰερουσαλήμ, ἦν δὲ Αἰλίας περιγράφεται. Sic & Dio in Hadriano, aliquie. Plinius, lib. v. sect. xv. *Iudea dividitur in toparchias decem.... Orinen, in qua fuere Ierosolyma, longe clarissima urbium Orientis, non Iudeæ modo. Non dixit sunt, sed fuere: nulla enim prorsus erant, cum Plinius hæc scriberet: a Tito nempe & Vespasiano patre delata: quæ fuere postea ab Hadriano instaurata.*

ΑΥΤ. KAICAP. ΑΔΡΙΑΝΟC. ΑΥΓΟΥСΤΟC.

Ex parte aversa, ΔΙΟC. ΝΑΟC. ΙΕΡΟΥ ΤΑΛΗΜ.
Iovis Templum. Ierusalem. Apud Occonem, pag.
 240. Sed nummum ejusmodi ~~προχειρία~~ esse, &
 commentum impostorum, nihil reprehensionem erudi-
 torum veriti asseveramus.

A N T I N O O C. Ex parte altera, ΑΙΔΙΩΤΗC.
 cum bigis quam trahunt leones, apud Occonem, pag.
 243. Quasi Ἀελιας civis appelletur Antinous. Stephano
 enim ab Αἰλίᾳ, πόλις Παλαισίνης, ή πάλαι Ιερουσαλυμα,
 ἀπὸ Αἰλίου Ἀδελανδ. ὁ πολίτης, Αἴλιωτης.

A I A. ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ. In nummis Aurelii.

C O L. A E L. C O M M. Adjecto Comodianæ co-
 gnomine a Commodo Imp. in nummis Severi ac Dia-
 dumieniani. Hunc nummum Mediobarbus, nuperus
 numismatum collector, sic legit, COL. HEL. CAP.
C O M M. & Hadriani principatu cusum putat, pag.
 185. cum appellatio ipsa Comodianæ Coloniae Com-
 modi saltem tempora prodat apertissime. Nam a Ceō-
 nio Commodo id ei nomen inditum fuisse somnium
 Oiselii est.

A E L. M V N I C. C O M M. *Ælium Municipium Com-*
modianum. Commodi, & Macrini nummi.

I E P A C. ΚΑΠΙΤΩΛΕΩC. Severi. Is in Syria & Ju-
 dæa res bene gessit, teste Spartiano, pag. 70.

A E L. M V N. Caracallæ, & Alexandri Severi. Judaï-
 cum egit triumphum Caracalla, ut Spartanus refert
 in Severo, pag. 70.

C O L. A V R. A E L. C A P. C O M. P. F. *Colonia*
Aurelia Ælia Capitolina Comodiana Pia Felix. Ela-
 gabali, e thesauro Goltzii, pag. 238.

Æ S E R N I A.

A E S E R N I N O. Nummus gentis Claudiæ, apud Pa-
 tin. pag. 311. Plinio, lib. 111. sect. xvii. *Esernini.*
 Straboni, lib. v. pag. 250. *Ἐσερνία.* Ptolemæo, Ai-
 σερνία. Nunc *Isernia*, in Italia, Comitatu Molisii ap-
 pellato, in Samnitibus.

AFRICA.

C L O D I V S. M A C E R. P R O P R A E. A F R I C.
 B iij

Proprætor Africae. Apud Patinum, pag. 124.

AY TOK PA. L. I B. Αὐτοκράτωρ. Λυρας Cartos 13. Anno xii. Nummus Neronis, in quo Africæ caput insculptum. E Cimelio Regio.

A F R I C A. S. C. Hadriani, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 191. In his plerumque nummis spicas tenet Africa, quibus ejus fertilitas designatur, de qua Plinius multis locis, præsertim lib. v. sect. 111. & lib. xvii. sect. 111. Exuvias etiam elephantinis tegitur, ob elephantorum in eo tractu frequentiam. Claudianus, lib. ii. de laud. Stilic.

*Tum spicis & dente comas insignis eburno,
Et calido rubicunda die, sic Africa fatur.*

Scorpium quoque tenet interdum, quo serpentium genere ea regio scatet in primis. Canistro innititur cum leone, quod sit *leonum arida nutrix*, ut ait Horatius. Montibus demum insidet, nempe quos *septem fratres*, ut Plinius ait, lib. v. sect. i. a simili altitudine appellant. Et Solinus, cap. xxv. pag. 46. de Tingitana: *Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellati, freto imminent: hi montes elephantis frequissimi, &c.*

A D V E N T V I. A V G. A F R I C A E. Ejusdem Hadriani, e Cimelio Regio. Spartianus in Hadriano, pag. xi. *Quando in Africam venit ad adventum ejus post quinquennium pluit: atque ideo ab Africanis dilectus est.*

R E S T I T U T O R I. A F R I C A E. Hadriani, apud eundem Patinum, pag. 194. Spartianus, pag. 7. *Multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit.*

A F R I C A. In nummo Severi exuvias elephantinas præfert, & spicas, leone ad pedes jacente. Spartianus, in Severo, pag. 64. *Severus Africa oriundus, cui civitas Leptis, pater Geta, &c.* Et pag. 71. *Tripolim, unde oriundus erat, contusis bellissimis gentibus, securissimam reddidit.*

C O N S E R V A T O R. A F R I C A E. S V A E. Constantini M. apud Occonem, pag. 533.

AΓΑΘΥΡΣΩΝ, apud Goltzium in Græcia vetere: quem ille nummum, & Nonnius eum secutus, ad Agathyrfos ultra Borysthenem sitos, & Græcarum litterarum ignaros, & monetæ forsan expertes, nec Romano fere orbi notos, (de quibus Plinius lib. i v. sect. 26.) perperam refert. Pertinet enim ad Agathyrnum Siciliae oppidum, de quo Plinius, lib. IIII. sect. x i v. quod Polybio, ut ibi diximus, 'Αγάθυρσα est. Et bigæ sane ei nummo insculptæ, in Siculis nummis sunt frequentes. Stephanus: 'Αγάθυρσα, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύζηος ἔνδιτη. τὸ ἐθνικὸν, 'Αγαθυρσαῖθ. Nunc est S. Marci oppidum, ad amnem cognominem, medio ferme itinere Panormum inter, ac Messanam.

ΑΓΗΝΩΝ. Vide CÆSAR E A *Bithynia*.

ΑΓΗΚΙΩΝ. Trajani nummus, e Cimelio Christianissimi Regis. Stephano 'Αγησσός, πόλις Θράκης... τὸ ἐθνικὸν, 'Αγησσοῖθ, & 'Αγησσίτης. Apud Tristanum, tom. I. pag. 500. nummum Hadriani, **ΑΗCEΙΩΝ**, hinc emendabis, legesque **ΑΓΗCEΙΩΝ**. In aversa ejus nummi parte Imperator equo citus fertur. Illud porro C pro Σ, quod semel monuisse operæ pretium fuerit, non fere occurrit in nummis ante Domitiani principatum: post illum, non aliter fere: vetere forma pingendi σιγμα, per Σ, e nummis prorsus ablegata.

ΑΓΕCΙΩΝ. Apud Goltzium, in vetere Græcia, tab. XXVIII. cum Pythii Apollinis iconē.

ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. Nummus e Cimelio Regio, in quo præræ effigies: ex parte aversa caput velatum, Γεγυσίας illius civitatis, hoc est, Senatus, seu Curiæ symbolum. Plinio, lib. v. sect. XLIII. *Agrippenses*, in Bithynia.

COL. AGRIPPA. COR. & COL. AGRIPPA. PATRICIA. a Goltzio in Thesauro referuntur, pag. 236. atque ex eo Thesaurum quoque suum Ortelius locupletavit: sed factum ab utroque incaute: neque enim coloniæ ibi, sed viri nomen Agrippa est, sive Duumviri ejus coloniæ, sive illius qui amicus ac gener Augusti fuit; pertinetque nummus alter ad Co-

rinthum, alter ad coloniam Patriciam, quæ Corduba est. Itaque legi necesse est: COL. COR. AGRIPPA. & COL. PATRICIA. AGRIPPA.

A G R I P P I N A COL. Neronis nummus e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinio, lib. iv. sect. xxxi. *Vbii, Colonia Agrippinensis. Nunc quoque Cologne.*

C O L . A G R I P P I N A . V B I O R . Claudi, ibidem.

A Γ Y P I N A I Ω N . In Siciliæ nummis. Plinio, lib. iii. sect.

xiv. *Agyrini.* Stephano: 'Αγύρινα, πόλις Σικελίας. τὸ θυηκὸν, Αγύρινα: sed mendose, pro 'Αγύρινα, & 'Αγύρινα. Nunc Argiro, & S. Filippo d'Argirone. Primus apud Parutam Agyrinorum nummus Herculem exhibit cum hydra, quam clava conficit. Urbis suæ originem ad Herculem Agyrini referunt: portamque civitatis, ubi instituta ab eo sacra siebant, Herculeam appellarunt. Testis Diodorus. Sicul. lib. iv. Bibl. ubi peregrinationes Herculis expeditionesque narrat. Tullius Verrina 111. *Agyrinensem populum fidem & illufrem* vocat.

A Z Ω T I Ω N . In Titi nummo, apud Goltzium in Thesauro, pag. 210.

A Y T . K A I . A . C E P T . C E O U T H R O C . C E B . Αὐτοχέτωρ Καισαρ. Δέσμινθ Σεπτίμιος Σεούνης Σελαρός. Ex parte aversa, ΙΟΥΛΙΑ. ΔΟΜΝΑ. A C Ω T . quæ Tristanus tom. ii. pag. 95. sic interpretatur. Ιωνία Δόμνα Αὐγούστα Σεπτέμβριος. Saltem Σεπτέμβριος diceret. At longe propius vero fore arbitramur, si legamus, Ιονία Δόμνα. 'Αζωτών. Nam & illa loquendi forma in nummis insolens, Αὐγούστα Σεπτέμβριος: & illa scribendi haud paulo insolentior, A. C Ω T . At Σ pro Z in nummis sœpe occurrere eruditæ norunt, ut in Vespasiani nummo, ΣΕΥΣ. ΣΑΡΑΠΙΣ, pro ΖΕΥΣ, Spanhemius vidit, l. de usu numism. pag. 75. Plinio, lib. v. sect. xiv. *Azotus*, in Palæstina, Stephano: "Αζωτος πόλις Παλαιστίνης.... ὁ πολίτης, 'Αζωτός. Hodie, *Alcette*.

A Θ H N A I Ω N .

A Θ E . & A Θ H . A Θ E N A I Ω N , & A Θ H N A I Ω N , passim

passim in nummis. Plinio, lib. iv. sect. x i. *Athenæ libera civitas*, &c. Nunc *Satines*, vel *Satines*, voce contracta ex eis Ἀθηναῖς.

ΟΛΥΜΠΙΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ.
Olympium Servatorem Beneficium. ΑΘΗΝΑΙΩΝ.
 Numimus Hadriani, quem Athenienses & alii Olympium vocavere. Vetus inscriptio, apud Sponium in Itiner. Athen.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ.

Iterumque alia, ibidem :

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΚΑΙ ΚΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΒΥΔΗΝΟΙ, &c.

Vide inferius ΕΦΕΙΩΝ. Pausanias in Atticis, pag. 3. Ειπαλλοει δέ την Ζεύς ὀνομαζόμενον Ἐλάτειον, καὶ βασιλὸν Ἀδριανὸν, εἰς δὲ λόγου τὴν ἡρήν δύρχοις, καὶ εἰς τὴν πόλιν μάλιστα οὐδεὶς ξένος τῆς Ἀθηναίων. Ibidem, in porticu scilicet, prope Ceramicum, qui Athenarum vicus fuit, *Iuppiter stat cognomento Liberator: & Imp. Hadrianus, vir cum in alias gentes Beneficus, quibus jura dixit, tum vero maxime in Atheniensium civitatem.* Et Jovis ipsius Olympii templum, Junonis item, aliorumque Numinum, posuit Athenis Hadrianus, eodem teste Pausanias, pag. 16. & Spartiano in ejus vita, cuius verba in nummis ΕΦΕΣΙΩΝ allaturi sumus. Quibus hæc addenda ex eodem scriptore, pag. 6. Hadriani erga Athenienses benevolentiam testantia : *Multa in Athenienses contulit, & pro agonotheta resedit. Statim ad orientem profectus, per Athenas iter fecit, atque opera quæ apud Athenienses cœperat, dedicavit &c.* Et pag. 9. *Athenis Archon fuit.... Athenis mille ferarum venationem in stadio exhibuit.* Pag. 10. *Multas civitates Ἀδριανουπόλεις appellavit, ut ipsam Carthaginem, &*

Athenarum partem. Hanc Hadriani benevolentiam erga Athenienses, imitatus deinde Gallienus, qui, uti Pollio Trebellius prodit, pag. 179. apud Athenas ἀρχὸν erat, id est, summus Magistratus, vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat, & sacris omnibus interesset: &c. Tot denique civitatem eam beneficiis Hadrianus auxit, ut ea se ejus nomine appellaret, inscriptione ea vetere, quam Gruterus affert ex Sirmondo nostro acceptam; pag. M L X X V I I.

ΑΙ Δ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΙ ΘΗΣΕΩΣ Η ΠΡΙΝ ΠΟΛΙΣ.

ΑΙ Δ ΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΟΥΧΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ.

Hoc est, αἱ δὲ εἰσ' Ἀθῆναι Θησέως ή τοιν πόλις. αἱ δὲ εἰσ' Ἀδριανοῦ, καὶ οὐχὶ Θησέως πόλις.

Hæ sunt Athenæ, Theseos quondam oppidum.

Nunc Hadriani, Theseos nec jam oppidum.

ΑΘΩΙΤΩΝ. In Græciæ veteris nummis, cum effigie viri in monte sedentis, qui Genius esse ejus oppidi videtur. Plinius, lib. v. sect. xvi. *Mons Athos.... oppidum in cacumine fuit Acrothon.* Stephano: "Αθως, ὁρεύεται... ἐπὶ τῇ κορυφῇ" Αθως πόλις ἐπὶ τῷ "Αθω: καὶ ὁ πολίτης Αθωῖτης. Hodie Monte Santo.

ΑΙΓΑΕΩΝ. Nummus antiquus, apud Patin. pag. 5. Ernos similem Vespasiani vidimus. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Ægea*, in *Æolide*. Gentile nomen habet vox ea multiplex, *Aἰγαῖος*, *Aἰγαῖψ*, & *Aἰγαῖτης*. Hæc est *Ἀλεξανδρεῖα* ē *Aἰγαῖοις* ή καὶ *Σκυθία*, ab Alexandro M. condita, ut refert Chronicon Alexandr. ad annum alterum Olymp. cxii. Geographis ante hunc diem incognita.

ΑΙΓΑΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΠΟΛΙC. Alexandri Severi, ē Cimelio Regio. Adduntur in eo nummo litteræ HOC, quæ signant annum οὐτοῦ, hoc est, CCLXXVIII. post acceptum a Iulio Cæsare, uti remur, jus civitatis aut libertatis, anno Urbis DCCCVII. cum per Asiam iter faciens Pharnacem Bosphori regem bello peteret. Itaque annus est hic Alexandri Severi undecimus: Urbis Romæ, DCCCCLXXXIV. In alio similiter Alexandri Severi nummo, ΕΠΙ. ΑΥ. ΕΥΤ. ΣΕΥΗ.

ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΑΙΓΕΩΝ. HOC. sub Aurelio Eutychē Severo Neocoro, (occurrit idem & in Phocænsium ejusdem tractus nummo inferius,) Ἀegenium anno CCLXXVII. Quæ anni nota unitis esse ejusdemque oppidi nummum utrumque indidicat.

ΑΙΓΑΙΕΩΝ... ΜΑΚΠΕΙΝΟΥΠΟΔ. E Cimelio Regio, cum muliebri capite, forte Noniae Celsæ, quæ uxor Macrini. In hoc & subsecente nummo adjectæ annorum notæ ĒΔ, hoc est, CCLXIV, qui annus incidit in annum Urbis Romæ DCCCCLXX. quo Macrinus rexit imperium.

ΜΑΚΠΕΙΝΟΥΠ.... ΑΙΓΑΙΕΩΝ. Diadumeniani nummus, cum effigie caprae, quam Græci ἄγα vocant. Quare hoc cives symbolum in nummis adscivere. Est in Cimelio Regio. Ut nempe ab Alexandro Magno Ἀλεξανδρουπόλις, sic a Macrino, Diadumeniani patre, Μακρενουπόλις Ἀgenium urbs cognominata est. Hoc geminum urbis hujus cognomen Ortelio ceterisque ignotum, nummo huic uni debetur. Sic Tarsus Μακρενιανη in nummis infra inscribitur.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. M. Aurelii nummus, quo alterum oppidi nomen indicatur, ab Hadriano Principe datum.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ. Commodi nummus, majore modulo: quo & a Commodo Principe Commedianos cognominatos esse Ἀgeenses intelligis. Sic Carthago Commodiana, aliæque inferius. Est hic nummus Commodi Principis e Gaza Regia, in quo Serapidis Isidisque adversa capita: adjectaque æræ nota, ΕΤΟΥC ΔΑC. hoc est, anno CCXXXIV. qui plane incidit, ex superiore computo, in annum Urbis Romæ DCCCCXXX. Commodi fere nomum.

ΑΙΓΕΑΤΩΝ. Plautillæ, quæ Caracallæ conjux, e Gaza Regia. Facit Aesculapius in eo nummo insculptus, ut subdubitem, num ad Ἀgas Ciliciæ referri eum oporteat, quod celebre ejus Dei fanum ibi fuit, teste Eusebio, lib. I I I. de vita Const. cap. LVI.

ΑΙΓΕΙΝΗΤΩΝ. Elagabali nummus. Plinio, lib. i v. sect.

XIX. *Ægina liberae conditionis.* Stephano: Αἴγινα νῆσος μία τῶν Κυκλαδῶν.... ὁ πολίτης, Αἰγιαλός, ὁ Στράτων. ὁ οἱ πολλοὶ, Αἰγανός. E Cycladibus insulis una, contra litus Atticum posita: hodieque *Egina* dicta, non *Engia*, ut vulgus Geographorum putat. Ab ea sinui Saronico nomen, *Golfo d'Egina*. Ibi aedes olim sacræ, Apollini, Diana, Libero Patri, Æsculatio: In primis autem Hecaten coluere. Auctor Pausanias, in Corinth. pag. 72. Erunt hæc haud dubie insculpta Numina in variis *Æginetarum* nummis.

ΑΙΓΙΑΛΕΩΝ. Caracallæ nummus, e Cimelio Regio.

ΕΠΙ Ι. ΑΡΧ. ΠΡΥΤΑΝΕ. ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ. Β. Ἐπὶ δέχερτας πρυτανίως Ἐπικρατοῦ β'. Sub Pontifice & Magistratu summo Epicrate, iterum. Sunt qui Ἐγιαλέων legant. Sed profecto legi ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ oportuit, ac de Anchiale Ciliæ oppido accipi hunc saltem nummum unum, quod Ἀρχερεῖς & Πρυτάνεis sunt in nummis fere hujuscē tractus, alibi rarius, obvii. Alios ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ inscriptos, de quibus inferius, in Thraciam ablegaturi sumus.

ΑΙΓΙΕΩΝ. Ex parte ayersa nomen Archontis, ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ. A. Hoc est, πρύτων, *primum*: ut cum hunc esse nummum tum intelligas, cum primum is Archon, vel Praetor fuit. Apud Ill. Harlaeum, & in Museo nostro. Plinio, lib. iv. sect. vi. *Ægion*. Stephano: Αἴγιον, πόλις Ἀχαιας... ὁ πολίτης, Αἰγιαλός.

ΑΙΓΙΕΩΝ. ΜΕΤΡΟ. ΣΟΘ. Juliæ Mamææ nummus, apud Tristananum, tom. ii. pag. 431. Spectat hic forte ad *Ægas* Ciliciæ, a quibus & Αἰγιαλός derivatur, unde Μέτρος ὁ Αἰγιαλός, apud Philostr. lib. i. de vita Apoll. cap. iii. Nisi epochæ, quæ & in Alexandri Severi nummo occurrit, similitudo suadeat, ut ad *Ægas* *Æolidis*, de quibus supra, revocetur: quod verius puto. Alias non immerito concessum pariter jus libertatis, (unde *Ægæ liberum* Plinio dicitur, lib. v. sect. xxii.) *Ægensibus* Ciliciæ; ante annos συζήτησι, hoc est, cclxxix. post Pharsalicam pugnam a Iulio Cæsare

videatur, anno Urbis Romæ DCCV.

AΙΔΗΨΙΩΝ. In Græcia Goltzii. Plinio, lib. iv. sect. xxii. *Ædepos.* Stephano: Αἴδηψος.... ὁ πολίτης, Αἰδηψός. Eubœæ id oppidum fuit. In eo nummo cancer insculptus, in nummis insularum frequens.

AΙΖΑΝΙΤΩΝ. & AΙΖΑΝΕΙΤΩΝ. In nummis Caligulae, Claudii, Commodi, cum Jovis stantis effigie, & adjectis nominibus Prætorum, ΕΠΙ. ΙΕΡΑΚΟΣ, sub Hierace, vel ΕΠΙ. ΛΥΣΑΝΙΟΥ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ, sub Lysania Menandri F. vel ΕΠΙ. ΛΟΛΑΙΟΥ. ΚΛΑΣΣΙΚΟΥ, sub Lollio Clasico, ΕΠΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ, &c. Αιζαντῶν porro in nummis scribi pro 'Αξαντῶν, haud mirum magis debet videri, quam in Cyrrhestiarum numismatibus, ΔΙΟΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ, pro ΚΑΤΑΒΑΤΟΥ. Quanquam alias non sum nescius, καταὶ pro κτὶ a Græcis usurpatum. Et in Synodo quidem C.P. V. pag. 169. planissime legitur, Πελάγιος Επίσκοπος δὲ Αιζαντῶν πόλεως. Pag. verò 182. idem Πελάγιος Αιζαντῶν. Stephano: 'Αξαντὸς, Φρυγίας πόλις.... οἱ πολῖται, 'Αξαντῖαι. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 17. inter Episcopos Phrygiæ Pacatianæ, vel ut alii volunt, Capatianæ, censetur δὲ 'Αξαντῶν. In altera, pag. 27. 'Αξαντῶν. Tertia rursum, pag. 49. δὲ 'Αξαντῶν. Alia præterea Arcadiæ regio est, 'Αξαντῶν, ex qua petita parœmia, 'Αξαντῶν κακά, apud Stephanum & Zenobium: sed quæ nihil hic spectet.

AΙΖΑΝΙ. ΕΠΙ. CTR. AI. ΜΥΤΙΘΕΝΟΥΣ. Sabiniæ, e Cimelio Regio. Αιζαντῶν. Επὶ Στρατηγὸς Αιλίου Μυτιθενὸς, sub Prætore Ælio Mytithenc. Sed hæc vox postrema nec omnino placet, nec legi sat commode, vitiato ibi nummo, potest. Hygia stans serpentem pascit. Στρατηγὸς (quoniam ea vox saepe occurrit in nummis) Prætor est, summusve Magistratus urbis, & Duumvir. Glossæ: Στρατηγὸς, Magistratus, Duumvir. Prætor. Στρατηγία, Magistratus, Duumviratus. Στρατηγεῖον, Prætorium. Στρατηγία, Ρώμης, Prætorium, Prætura, Magistratus. Modestinus, lib. xxvii. Dig.

NUMMI ANTIQUI

tit. i. *de Excusationibus*, leg. x v. Ἐὰν δὲ πόλεως ἀρχὴν, τούτην Σπατηγὸς &c. Si Magistratus urbis, hoc est Σπατηγὸς, &c. Constantinus M. ut Julianus narrat, orat. i. pag. 14. cum princeps omnium esset ac dominus, σπατηγὸν se nihilominus Atheniensum appellari voluit. Βασιλεὺς δὲ αὐτῷ κακέος πάντων, σπατηγὸς οὐκέτιον καλεῖθαι. Hoc est, "Αρχαῖ. Nam & Hadrianus similiter, teste Spartiano in ejus vita, pag. 9. *Athenis Archon fuit: & Gallienus, teste Pollione Trebellio,* pag. 179. *apud Athenas Archon erat, id est, summus Magistratus.* Unde & illud obiter intelliges falsum esse, quod Meursius pronunciauit, lib. i. de Archontibus, cap. ix. desitis jam Archontibus, aut eorum potestate jam oblitterata, Athenis σπατηγὸν fuisse: cùm sit mutato nomine, potestas eadem. Et illud denique dignum notatu, ante Antonini Pii tempora Σπατηγὸς nomen in nummis vix semel occurrere, quod ab illius principatu passim offendas.

ΑΙΑΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. **ΝΕΩΚΟΡΩΝ.** Numimus Antonini Pii, apud Occonem, pag. 269. ex Goltzio. **ΑΙΝΙΑΝΩΝ**, apud Ill. Harlæum. Plinio, lib. i v. sect. iiii. *Ænienes: Ætolorum populi. Stephano: Αἴνια πόλις Περραΐδειν, Καὶ Αἴνιαντες, οἱ οἰκουμῆτες.*

ΑΙΝΙΩΝ. Quidam ΑΙΝΙΩΝ perperam legunt: cum ab Hellepontiaco oppido, quod Stephanus Λίνον vocat, gentile nomen deduci Λινούσιος, non Λίνος, ipse asleveret. Æsculapius in eo nummo, qua pingi fere forma solet, baculum gestat, quem serpens gyro implicat: In altero Mercurium vidimus cum caduceo & pera. Plinio, lib. i v. sect. xvii. in Thraciæ oppidis, *Ænos liberum, &c.* Stephano: Αἴνος, πόλις Θράκης... τὸ ἔθνος, Αἴνος. Sunt & aliæ cognomines in Thessalia & in Locris urbes.

ΑΙΣΑΙΩΝ. Stephano: Αἴσα, πόλις Θράκης, ωφελεῖς τῇ Παλλήνῃ. τὸ ἔθνος, Αἴσαιος.

ΑΙΤΙΝΙΩΝ. Apud Ptolemaeum, lib. iiii. cap. xiii. in Macedonia Αἴτινοι Estiotarum oppidum est.

ΑΙΤΝΑΙΩΝ, in Parutæ numimis. Plinio, lib. iiii. sect.

XIV. *Aetnenses*. Stephano: Αἴτνη, πόλις Σικελίας... ὁ
σικελίωρ, Αίτναος. In Montis Aetnae radicibus, id oppi-
dum fuit, *Mont Gibel*. Est in Aetnensium nummo Co-
piæ cornu insculptum, quo agri ejus fertilitas indica-
tur: cum enim sit toto Siculo agro magna, tum vero
in Aetnensi maxima. Strabo, lib. v i. pag. 269. H̄ μὲν
οὐδὲ σποδὸς λυπήσασα τερψίς καμψον δέργεται τὸ χέραι τοῖς
ὑπερεγγύοις. Λάδυμπελον γὰρ παρέχεται τῷ χειρόφορπον, τὸ ἀλλιν
οὐχ ὄμοιας τοῦ θεοῦ Ζεύου, &c. Cinis Aetnæus cum aliquan-
to tempore sit molestus, postea regionem beneficio afficit:
reddit enim eam vinetiæ laetam, ac bona frugis feracem:
cum reliquus ager non ita praefet copia vini, &c.

AKAPNANΩΝ, apud Goltzium, in Græcia vetere, Ta-
bula v i. cum effigie Apollinis, qui toto hoc tractu ob-
Actii vicinium colebatur. Plinio, lib. i v. sect. ii.
Acarnania, &c. pars Epiri. Stephano: Ἀκαρναία...
τὸ ἔθνος, Ἀκαρνάν.

AKMΩΝΕΩΝ. Nummus Agrippinæ Claudi, apud Pa-
tinum, pag. 109. cum Dianæ venatricis effigie. Epi-
graphe reliqua est hujusmodi: ΕΠΙ. ΣΕΡΟΥΙ-
ΛΙΟΥ. ΚΑΙΠΙΩΝΟΣ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛΙΑΣ. ΣΕ-
ΟΥΗΡΑΣ Sub Servilio Cæpione, & Iulia Severa. Sic
in nummis Byzantiorum, ΕΠΙ. AIM: ΣΕΤΗΡΟΥ.
ΚΑΙ. ΙΟΥΛ. ΣΕΤΗΡΑΣ. Sub Emilio Severo, &
Iulia Severa: illo quidem, ut arbitror, communium
pro domo Augusta, ac civitate: ista, muliebrium sa-
crorum Antistite. Patinus, & alii male, ut arbitror,
ΕΠΙ. ΣΕΡΟΤΙΝΙΟΥ. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ. Servilii
Cæpionis apud Gruterum, alibique mentio. Ex parte
aversa ejus nummi, ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ. ΣΕΒΑΣ-
ΤΗΝ. subintellige, Ἀκμωνῖς ἐπίκυπτα, ut in Mytile-
næorum nummis dicimus: *Acmonenses coluere*. Plinio,
lib. v. sect. xxix. *Acmonenses*. Stephano: Ἀκμωνία,
πόλις Φρυγίας... τὸ ἔθνος, Ἀκμωνῖς, τὸ Ἀκμώνιος.

AKMONΕΩΝ. Plautillæ in Cimelio Regio, & Trebo-
niani. Apud Leunclavium, pag. 94. ὁ Ἀκμωνίας. In
Notitiis Eccles. antiquis, pag. 17. ὁ Ἰκρίας, & pag.
49. ὁ Ἰκρίων, pro ὁ Ἀκμωνίος.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ, apud Parutam, & in Museo nostro. Plinio, lib. 111. sect. x i v. *Acragas*, quod *Agri-*
gentum nostri dixerunt. Stephano : "Ακραγας... το εθνικόν,
Ακραγαντίνος. Nunc Gergenti. Incolis, Agrigento Citta
Magnifica. In Sicilia.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Caput juvenili forma. Sedet ex altera parte Jupi-
piter, aquilam dextra, læva hastam gerens. Apud Pa-
rutam in Agrigentinorum nummis, num. x i. Forte
ipse Acragas superficie priore insculptus, quem Jovis
filium aiunt fuisse, urbisque conditorem. Stephanus:
'Ακράγας, πόλις Σικελίας.... ἐπὶ Ακράγαντος, τοῦ Διὸς
ἡ Αρείπην δὲ Ωκεανοῦ. Alii ab amne cognomine ap-
pellatum oppidum volunt. Fuit certe in eo oppidi
Olympii Jovis templum, in primis magnificum, quod
luculenter Diodorus describit, lib. x i i. Bibl. Et Jo-
vis in nummis aliis Agrigentinorum, aquila vicem præ-
bet. Fuit autem & Herculis præterea fanum apud eos-
dem teste Tullio, in Verrem lib. i v.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Æsculapius ex parte una, ex al-
tera Ceres: apud Parutam, num. 45. Ac num. 32.
Ceres, & Hygia, ut remur, Æsculapii filia. De fano
Æsculapii, quod Agrigenti fuit, Tullius in Verrem,
orat. 111. *Quid? Agrigenti nonne ejusdem P. Scipio-*
nis monumentum, signum Apollinis pulcherrimum, Æscu-
lapii religiosissimo fano sustulisti?

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙ. Cum quadriga, victoriæ in ludis re-
portatae indice. Commendati vero in primis olim equi
ex Agrigentino solo: Testis Maro, lib. 111. Æneid.

*Arduus inde Acragas ostentat maxima longe
Mænia, magnanimum quondam generator equorum.*

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. & **ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ**, in nummis Parutæ, cum Canceris effigie: qui
maritima loca, insulasque, signat: ut ex innumeris li-
quet, Syracusanorum, Ambraciotorum, Chiorum,
Coënsium, Liparæorum, aliorumque nummis.

ΑΓΡΙΓΕΝΤΟ. in corona laurea, apud Parutam, cum
triplici crure divaricato, Siciliæ typo.

ΑΚΡΑΙΦΝΙΩΝ. Domitiani nummus, e Thesauro
Goltzii,

Goltzii, pag. 207. Plinio, lib. i v. sect. xii. *Acræphia*, in Boœtia. Stephano : 'Ακραιφία, πόλις Βοιωτίας. οἱ δὲ Ακραιφῖοι. Πανσανίδες δέ, Ακραιφῖοι.... Θεόπουμπος δὲ τὰ Ακραιφῖα φυοι τὸ ἔθνος, Ακραιφνῖοι.

A K P A C I Ω T Ω N. Nummi Severi, tum e Cimelio Regio, ^{"Baculus innixus cui serpens"} tum e nostro. In his Æsculapii stantis effigies. In No-^{circum�ilicatus.} titiis Eccles. pag. 15. inter Lybiæ Episcopos, pag. 15. δ'Ακραιφος, & pag. 49. δ'Ακραιφος. Leunclavio parti-
ter, pag. 94. δ'Ακραιφος.

A K P A C I O T Ω N. Elagabali, e Regio Cimelio, cum Dianæ Ephesiæ iconæ. Alii ab his Nanegoriatæ sunt, ^{cum quibus male Acrosiatis confundere laborat Spanhem.}

de quibus suo loco dicemus.

A Λ A B A N Δ E Ω N. Numimus Augusti, apud Spanhem. ^{ad v. 8. p. 899. addo plura ihm. de Trevouz 1705.} pag. 644. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Alabanda libera*, ^{M. Januari. p. 31.} &c. Stephano : 'Αλαβάνδα δ' πολίτης, 'Αλαβανδεύς.

Urbs ea Cariæ fuit. Sunt & Britannici similes nummi, quos vidimus in Cimelio Regio, & apud Tristatum, tom. i. pag. 200. **Κ Λ Α Υ Δ Ι Ο Σ. ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ.** In aversa parte, **Α Λ Α Β Α Ν Δ Ε Ω Ν**, cum effigie Alabandi herois, dextra lapidem Alabandicum gestantis, læva baculum : addito ad dextram equo. Ænigmati huic Stephanus lucem affert : 'Αλαβανδεύς πόλις Καείας εὐτυχεσάτη, ἀφ' οὗ η παρειρία, 'Αλαβανδα Καρδεν εὐτυχεσάτη. Κτίσμα δέ Καείας ιδε, οὐδὲ τοὺς πατέρες αὐτῶν ωντεῖσα, τοῦ δὲ γνησίουτος δέποτε Καλλιρρόες δέ Μαγάρδου, εὖ νίκην ισπομαχκιν. Καὶ γνησίουτος 'Αλαβανδού, οὐδὲ τοῦ Καρδεν φωνή, ισπόνιος. "Αλα μὲν τὸν ισπόνον, Βανδα δέ τοῦ νίκην κελοδον. *Alabanda urbs Cariæ fortunatissima, unde parœmia, Alabanda Carum fortunatissima. Condita vero a Care est, cuius a filio sic est appellata, quem ille ex Callirhoë Maändri filia genuit, post equestrem victoriam, Alabandumque cognominavit: quod Carum lingua Hipponicus dicitur, id est, equestri certamine victor. Cares enim Alæ vocant equum, banda vero victoriam. Tullius, lib. i i i. de Nat. Dcor. Iam vero in Gracia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Fenedi Fenēn, &c. Et paulo post: Alabandenses quidem Alabandum sanctius colunt, a quo*

NUMMI ANTIQUI

est urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum, &c. De carbunculis Alabandicis, in Orthosia caute nascentibus, sed qui perficiantur Alabandis, Plinium consule, lib. xxxvi i. sect. xxv.

ΛΙΟΥΙΑ. **ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ.** Liviæ, seu Juliæ Augusti. *Livia, Alabandensium.*

ΑΛΑΙΩΝ. **ΚΙΛΙΚΩΝ.** Hadriani nummus apud Spanhemium, pag. 230. in quo Bellerophon vinctus Pegaso pingitur, cum Chimæra. Plinio, lib. v. sect. xxii. *Ale.* Stephano multitudinis numero 'Αλαι dicuntur, unde *Aleii campi* Plinio loc. cit. memorati. 'Αλαι Κιλικιας πόλις. Σπὸ δὲ τούτου, 'Αληίου πεδίον. In his utique campus errasse Bellerophontem, auctor est Alexander Polyhistor, apud Stephanum, verbo Τάρρος. 'Αλεξανδρῷ δὲ ὁ πολυτέρωρ, τὸν Πήγασον ἵππον σκεῖ τὸν ταρσὸν κλάσαντα, χ. Βελλερόφοντι τὸν 'Αληίῳ πεδίῳ πλανθίσα. Ex A'λαι fieri etiam 'Αλαιos Stephanus monet.

ΑΛΗΙΩΝ. Gordiani junioris nummus, quem vidi-
mus, atque hoc quoque referendum putamus.

ΑΛΗC. In vetere nummo quem vidimus, nisi ejusdem oppidi nomen est, erit amnis illius, qui Colophonem alluit. Pausanias in Achaïcis, pag. 210. ubi de luco Apollinis egit, qui juxta Colophonios fuit, οὐ πόρρω τὸν ἄλσος, inquit, "Αλης ποταμὸς Ψυχόποτος τὸν εἰς Ιωνία. Haud procul ab eo luco Hales amnis Ioniae frigidissimus. Plinius, lib. v. sect. xxxi. *Intus ipsa Colophon, Haleso præflente.* Et Schol. Lycophr. pag. 125. "Αλε-
τος ποταμὸς Κολοφῶνος. In averfa parte, ΕΠΙ. ΒΙΩ-
ΝΟC, sub Bione Prætore, sive Ales, sive Colophonis.

ALEMANNIA DEVICTA. Crispi nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 467.

ALEMANNIA. DEVICTA. SIRMII. Moneta cusa. Constantini junioris, apud eundem Patinum, pag. 470. Devictos a Constantino patre Ale-
mannos, scribit Nazarius, in Panegyrico.

ALEXANDRIA Αἴγυπτοι.

**Γ. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΥΤΟΚ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. Γαϊ-
σαρ αὐτοκράτωρ Αρχερεὺς μέγιστος. C. Cæsar Imp. Pontifex**

ILLUSTRATI.

27

Max. Ex parte altera, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. *Commune Alexandrinorum.* Cæsaris Dictatoris numimus apud Occonem, pag. 12.

M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG.
EX S. C. Tutor Regum. Ptolemæi scilicet junioris, & Cleopatrae, regum Ægypti. Ex altera superficie, M. ΛΕΠΙΔΟΣ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΤΡΙΩΝ. ΑΝΔΡΩΝ. *M. Lepidus Imp. Triumvir. KOINΩΝΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ.* Apud Occonem, pag. 22. *Concordia Alexandrinorum.*

M. ANTON.... CLEOP. Ex parte aversa, ALEX. CLAS. cum triremi, e Cimelio Regio. *Alexandrina Classis:* quam scilicet adversus Augustum instruxit.

ΑΛΕΞ. ΑΙΓΥΠ. Ἀλεξανδρεια Αἰγύπτου. Nummus Augusti cum palma, apud Occonem, pag. 49. & apud Tristanum, tom. i. pag. 91. Nam & Ægyptia palma est, teste Plinio, lib. xiiii. sect. viii. Et Varrone, libro *ωςὶ ἐδοκίων* apud Gellium, lib. vii. cap. xvi. In parte aversa, sex spicæ, fertilitatis nota: cum hac epigraphe, ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. In nummis Othonis, Galbae, Vespasiani, Titi, ac Domitianus, mulier galeam capite gestans, ex elephantinis exuviis, (id quod ex promusclide, quæ exstat, intelligitur,) Alexandriam denotat: etiam non adjecta ea epigraphe, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ, in nummis Hadriani. Spicas eadem manu tenet, quæ fertilitatem agri indicent, frumentique copiam, quod devehit Romanum solebat. Unde Leges in jure Civili, tit. de frumento Alexandrino.

ALEXANDRIA. Mulier spicas dextra tenens. Hadriani nummus apud Patinum, pag. 191. ob frumenti in ea regione copiam: sinistra vitem tenet, ob vini Mareotici præstantiam, quod & Alexandrinum Athenæus vocat, lib. i. Restitutam ab Adriano Alexandriam, auctor est Eusebius in Chronico. Vide Vopiscum in Saturnino.

ALEXANDRIA. Hadriani, apud Patinum in Thesauro, pag. 66. Dextra sistrum matrona tenet, hoc est,

NUMMI ANTIQUI

musicum instrumentum , quo Isidis Deæ sacerdotes , in Ægypto usi . Causam cur hic nummus cūsus sit ab Alexandrinis , ex ipso Hadriano didicimus , cuius epistolam Vopiscus recitat in Saturnino , pag . 245 . *Hadrianus Aug. Serviano Cos. Ægyptum quam mihi laudabas , Serviane carissime , totam didici Et utinam melius esset morata civitas Alexandrina , quæ pro sui magnitudine totius Ægypti teneat principatum . Huic ego cuncta concessi , vetera privilegia reddidi , nova sic addidi , ut præsenti gratias agerent .*

ALEXANDRIA . S. C. Antonini Pii apud Occonem , pag . 250 . & apud Tristaniū , pag . 575 . Julius Capitolinus in Antonino , pag . 16 . In Ægypto rebelliones repressit . Hanc ei laudem fortassis eo nummo Alexandria gratulatur . Vel , quod similius veri arbitror , ob exornatam variis operibus civitatem suam Alexandrini Pio grati animi hoc monumentum edunt : Niceph. Callist. lib . 111 . Eccl. hist . cap . xxxi . O' ΠιΠΘ ḥ 'ΑρτωνίΘ , δ ḥ Εὐσέβης ὄνομα χών εν 'Αλεξανδρείᾳ ḥ τῇ 'Αγίοχείᾳ έ δ' αλλας πολλας τῷ 'Επισήμων πόλεων , λαδηα ḥ δ' αλλα πλεῖσα οἰκοδομήματα θημοσία κεπανθάσας , &c. Antoninus Pius Alexandria , Antiochia , & in multis aliis insignibus oppidis , balnea , aliaque plurima edificia publice construxit , &c.

AΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑC. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. E T. BΠC. Anno σωβ'. hoc est , c c l x x x i i . Elagabali nummus e Cimelio Regio . Ducendum fortassis hujus ærae initium ab eo anno quo Alexander Ægypti rex a suis pulsus Tyrum secessit : ubi & moriens Populum Rom. heredem esse jussit . Vide Petavium , lib . x . de Doctr . Temp . cap . x l v i . pag . 236 . Id vero contigit sub annum Urbis d c l x x x i x . qui Ciceronis Consulatum antecessit . Ab eo sane si anni numerentur c c l x x x i i . occurret omnino Urbis annus d c c c l x x i . qui & idem fuit Elagabali secundus . Unde intelligitur & Alexandrinæ ærae initium ad hunc diem incognitum inde repeti oportere : nec Caracallæ , ut haec tenus creditum est , sed Elagabali eum nummaum esse . Et vero

in Græcis numismatibus similitudo vultus, in utroque Principe, viros in iis tractandis agnoscendisque versatissimos sæpe fecellit, ut dicturi sumus in Sidoniorum aliorumque nummis. Caracallæ certe cur nummum Alexandrini cuderent, causa nulla fuit, quorum in oppido magnam cædem fecit, ut auctor est Spartanus in ejus vita, pag. 87.

EΦΕCΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Sunt qui KOINΩΝΙΑ legant. Gordiani junioris nummus e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 373. Alexandrinorum cum Ephesiis concordiam foedusque significat: in eodem nummo sculptis pariter iconibus Serapidis Alexandrinorum Præsidis, Dianæ Venatrixis, quæ Ephesiorum Dea: non Isidis, ut Patino visum. Est & alter ejusdem Gordiani apud Tristananum, tom. 11. pag. 521. **ΕΦΕCΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ.** cum Apis bovis effigie, ut videtur.

I M P. C. GALER. VAL. MAXIMINVS. P. F. Ex parte aversa: **BONO. GENIO. PII. IMPERATORIS. ALE.** hoc est, *Alexandria*.

ALEXANDRIA TROAS. Vide **TROAS**.

ΑΛΙΑΝΩΝ. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 17. inter Antistites Provinciæ Phrygiæ Capatianæ censetur ὁ Ἀλιανὸς, pro ὁ Ἀλιανὸς, uti paulo ante Καπατίνης legitur, pro Καπαλιάνης. In quinta synodo C.P. subscribit Glaucus Episcopus Alionorum civitatis Phrygiæ Capatianæ provinciæ, pag. 564. pro Alianorum. Nam aet. v i. pag. 603. subscribit Γαϊθός ἐπίκοπτος πόλεως Ἀλιανὸς, sub metropolita Laodiceno.

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ. Severi nummus. Plinius, lib. v. sect. xxix. *Halicarnassus*. Sex oppida contributa ei, &c. Stephano: Ἄλιχραστος.... ὁ πολίτης Αλιχραστεύς. Urbs Cariæ fuit, cuius rudera vix supersunt in loco deserto, cui *Boudron* nomen est. Ibi & Mausoleum, Mausoli regis sepulcrum.

ΦΛΑ. ΜΑΖΙΜΟΥ. ΑΥΡ. ΑΡΧ. ΤΟ. Β. ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. In Cimelio Regio, Severi ejus-
D iii

dem. Φλαυσίου Μαξίμου Ἀυρηλίου Ἀρχερέως τὸ β'. Ἀλι-
κερνασσέων. *Flavii Maximi Aurelii Pontificis iterum,
Halicarnassorum.*

ΑΛΙΚΑΡΝΑΚΕΩΝ. APX. СТРАТОКАЕОУС.
Pontifice Stratocle. Severi rursus in eodem Cimelio.

ΑΛΙΚΑΡΝΑΚΕΩΝ. ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ. *Hali-
carnassorum liberorum.* Laudatus a Spanhemio, pag.
789. vixisse suis legibus liberam civitatem signifi-
cat.

ΑΛΙΝΔΕΩΝ. Augusti nummus, in quo arcus, pharetra,
clavaque insculpta. In Cimelio Reginæ Christinæ.
Stephanus: "Αλινδα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυτίσσωρ. ὁ πο-
λίτης, Ἀλινδεύς. Notitia Eccles. antiqua, inter Epis-
copos Cariæ, pag. 17. & 49. ὁ Αλινδεν. Pag. 33. Αλινδεῖ.
Leunclavius, pag. 94. cum halitu aspero, ὁ Αλινδων.
In Conc. Calched. act. 1. pag. 89. Ιωάννης Αλινδων.

ΑΛΙΣΑΡΝΑΙΩΝ. Vespasiani nummus e Thesauro Golt-
zii. Plinio, lib. v. sect. 33. *Haliserne.* Stephano: 'Αλι-
σαρνα, πόλις Τραϊδρος... τὸ ἔθνος, Αλισαρνῆθ.

ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ. E Cimelio nostro. Plinio, lib. i v. sect.
12. *Halcyone*, in Locrorum Thessalorumque confinio.
Est & Claudii nummus, cuius in meditullio litteræ tres
implexæ mutuo, A L K. forte, pro **ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ**.
Epigraphe in ora nummi, ΒΑΛΒΟΣ. ΑΝΘΥΠΑ-
ΤΟΣ. *Balbus Proconsul*, Macedoniae videlicet, quæ
Proconsuli paruit, dum stetit Respublica: postmodum
mutata regiminis forma, Consulari. Notitia Hiero-
clis, pag. 21. Επαρχία Ἰλυερχί, & Μακεδονία, οὖτος
Κοστιλάρεων. Fuisse hic Balbus ex Octavia gente vide-
tur. At hæc vox αὐθίπατος non Proconsulem hoc loco
fortassis, sed Duumvirum sonat: quo sensu accepta
hæc vox a Socrate, cum scribit Præfectum Urbi C P.
datum, παύσαντα τὸ αὐθιπάτων δέχην, ubi perperam vertit
interpres, *Proconsulum Magistratu penitus sublato*, pro
sublato Duumvirum Magistratu, cum e sex Thraciæ
provinciis, in quibus & Europa & Constantinopolis
fuit, nulla unquam Proconsularis fuerit, ut in Notis
ad Themistium uberioris diximus, orat. xvi i. Duum-

viri nempe ἀγρυπτοι quoque dicti, quod duorum Consulium, penes quos Romæ olim summa rei publicæ fuit, instar illi erant in civitatibus & municipiis.

AΛΛΑΡΙΩΤΑΝ. Herculis effigies. Apud Gruterum, pag. 505. fœdus recitatur, inter Ἀλλαριώτας & Παρίοις initum. Fuere vero Allariotæ Cretenses. Stephano, permutatis litteris, Ἀλλωειάτης, pro Ἀλλαιώτης.

ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ, apud Parutam. In hisce nummis juvenile caput insculptum, cum laurea modo corona, modo cum ederacea. Πάτραι hic est fortassis, quem conditorem urbis suæ Aluntini agnoscunt: ut Dionysius Halic. lib. i. significat. Plinio, lib. iii. sect. xiv. *Aluntium*, in Sicilia. Nunc quoque, *Alontio*. Ptolemaeo, lib. ii. cap. iv. Ἀλόντιον. Dionys. Halic. lib. i. pag. 41. Ἀλούπιον.

ΑΛΩΠΕΚΟΝΝΗΣΙΩΝ. Nummus Caii Cæsaris, apud Goltzium in Thesauro, pag. 208. Plinio, lib. iv. sect. xxiii. *Alopeconnesus*, *hanc procul a Cælo Cherronesi Thracicæ poriu*. Stephano: Ἀλωπεξ, πόλις Μακεδονίας ... τὸ ἔθνος, Ἀλωπεκονήσιος.

ΑΛΩΡΩΝ. Caracallæ nummus, e Cimelio Regio, quem Patinus, pag. 308. **ΑΛΩΝ.** perperam legit. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Aloros*, & *Aloritæ*. Stephano: Ἀλωρος, πόλις Μακεδονίας ... τὸ ἔθνος, Ἀλωρῖτης. Aream ejus nummi obtinent Leander & Hero, ut in Abydenorum nummo superius commemorato.

ΑΛΩΡΟΣ, nummus alter, quem vidimus, huc quoque spectat.

ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ. Nummi Goltziani, cum effigie Veneris: quæ Amathusia inde nomen habet. Pomum dextra gerit, quod judicio Paridis obtinuit. Virgilius: *Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.* Catullus:

Quæ sanctum Idalium

Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos, &c.

Pausanias in Boeoticis, pag. 315. "Εσι δὲ Ἀμαθεῖς εἰναι Κύπρῳ πόλις, Ἀδωνίδος δὲ αὐτῇ γένεται Ἀφεσίτης ιερόν τοιοῦτον. Est autem Amathus in Cypro civitas, in qua Ado-

NUMMI ANTIQUI

nidis ac Veneris vetustum fanum est. Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Amathus*, in insula Cypro. Stephanus: *'Αμαθος πόλις Κύπρου*, &c. Hodie *Limisso*.

A M A N O B R I C A. Vespasiani nummus, e collectaneis Ligorianis, attestante Spanhemio, lib. de usu numism. pag. 769. uti & sequentes duo:

C O L O N I A . F L . A M A N D V S .

F L A V I A . B R I C A . A V G V S T A . Quos quidem nummos, si modo eorum constet auctoritas, referri ad Hispaniae oppidum necesse est, de quo Plinius, lib. v. sect. xxxiv. *Amanum portus*, ubi nunc *Flavio-brigae colonia*. Hodie *Vermeo* dicitur, non *Bilbao*: uti recte Mariana admonet, lib. i. v. hist. Hisp. cap. iv. & Oihenart. in *Notit. Vascon.* pag. 153.

A M A N T Ω N . Fulmen: in aversa parte, Jovis caput. Plinio, lib. i. i. sect. xxvi. *Amantes*, in Epiri, Illyrici que confinio. Stephano: *'Αμαντία*, *Ιλλυριῶν μοῖρα* &c.

A M A C A I Ω N . Nummus e Museo nostro: ab *'Αμασει Armenia* secundæ oppido: cuius Antistes Eutychianus Amaseus Concilio Nicæno I. interfuisse legitur, p. 52.

A M A Σ E I A Σ .

S A P Δ I A N Ω N . A M A Σ E I A Σ . Claudi nummus e Cimelio Regio, quo utriusque civitatis δύοντα, sive concordia fœdusque intelligitur, quod Patinus pag. 102. non intellexit. In eo Pallas insculpta, civitatis utriusque scilicet commune Numen.

A M A C E I A C M H T . Π R Ω T . Π O N T . *'Αμασιας μητροπολεως τεφώτης Πόντου.* *Amasia Metropoleos primæ in Ponto* civitatis. M. Aurelii nummus, cum fluvii icono, quo situs urbis significatur. Plinius, lib. v. sect. i. i. *Amasia* oppidum, *quod Iris præfluit*. Priscum retinet nomen, oppidum hodieque insigne. Describitur a Tavernerio, tom. i. Itiner. pag. 9.

A M A C I A . N E Ω K . Π R O . Π O . E T . R P Θ . *'Αμασίας Νεωρέου*, *πρώτης Πόντου*, *ἐπει γεθ'. anno CLXXXIX.* Qui plane incidit, ex subsequente computo, in annum Commodi, quo principe nummus hic Cimelii Regii catus est, septimum, Urbis Romæ D C C C C X X X V I I I .

Α Δ Ρ .

ΑΔΡ. ΣΕΥ. ΑΝΤΩΝ. ΑΜΑΣΙΑΣ. ΜΗΤ. ΠΡ. ΠΟΝ.

'Αδριανὸς Σεβεριανὸς Αυτοκρατορίας Ἀμασίας μητροπόλεως πρώτης Πόντου. Hadriane Severiane Antoniniane Amasiae Metropoleos Prima Ponti. Severi nummus est e Cimelio Regio, cum Fortunae stantis effigie, quæ & in altero Caracallæ insculpta.

ΑΔΡ. ΣΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑΣΙ. ΜΗΤΡ. Π. ΠΟ. ΣΘ.

'Αδριανὸς Σεβεριανὸς Αυτοκρατορίας Μητροπόλεως Πρώτης Πόντου. ε'πι οθ'. Anno CCIX. post concessam ab Augusto libertatem, vel metropoleos prærogativam, circiter Urbis annum DCCL. biennio fere ante Christi natalem. Caracallæ hic nummus est e Gaza Regia: ubi & alter similis, cum notis CH. quibus signatur annus CCVIII. Prorsus ut priore nummo Urbis Romæ signetur annus DCCCCLVII. Severi Imp. XIII. quo Caracalla jam Imperator salutatus, tertium Consul fuit: posteriore, annus DCCCCLVI. Severi XII.

ΑΔΡ. ΣΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑΣΙΑΣ. ΜΗΤ. ΠΡ. ΠΟΝ.

Nummus Alexandri Severi, ex eodem Cimelio, qui nummus additum ejus Augusti nomen oppido monet.

'Αδριανὸς Σεβεριανὸς Αλεξανδρείας Μητροπόλεως πρώτης Πόντου. Occo perperam, pag. 421. ΑΔΡ. ΣΕΥ.

ΑΛΕΞΑΝ. ΑΜΑΣΙΑΝΗΤΗΣ. ΠΡ. ΠΟΜ. & fœdus adhuc, pag. 420. ΑΔΡΣΕΥΔΑΕΞΑΜΑ-

ΑΣΙΑΙΗΤΝΕ ΠΡΠΟ. pro ΑΔΡ. ΣΕΥ. ΑΛΕΞ.

ΑΜΑΣΙΑ. ΜΗΤΡ. ΠΡ. ΠΟ. Quoniam vero nunc primum hæc utraque vox occurrit, Μητρόπολις & Πρώτη, occurret autem sæpe inferius, de utraque breviter aperire quid sentiamus, opera pretium fue-

rit. Μητρόπολις primo ac vetustissimo significatu ea civitas dicebatur, quæ aliis oppidis, deductis eo scilicet colonis, dedisset originem. Sic Roma Byzantii metropolis fuit, & quasi mater ac parens, ut in

Notis ad Themistium diximus. Hoc vero significatu nusquam ea vox in nummis occurrit. Sed Μητρόπολις appellabatur primaria totius Provinciæ civitas, cui ceteræ parebant, ut in Asia Ephesus, primis scilicet

Romani Imperii annis. Infimis vero atque adeo mediis temporibus, honoris causa dictæ interdum in eadem una Provincia plures Metropoles, atque ex iis nonnullæ, quibus nullum jus esset ut præcessent ceteris: quemadmodum in Ecclesiastica quoque administratione, inclinata vetere disciplina, plures in singulis provinciis instituti sunt Archiepiscopi & Metropolitæ, etiam qui nulos haberent subjectos Episcopos, ut Calchedonensis: cum nempe speciosum honoris titulum suo arbitratu Principes, non quibus congrueret, sed quibus liberet, impertirent: & quem unius in provincia proprium esse par erat, cum multis sæpe communicarent. Tum vero ea civitas, cui antiquior μητροπόλεως prærogativa erat, aut illustrior, πρώτη μητροπόλεων se nuncupabat, quo nomine gaudebat Ephesus, Ulpiano teste, qui Alexandri Severi principatu vixit, lib. i. Dig. tit. 16. de Offic. Procos. leg. 4. quod Smyrna se pariter μητρόπολιν Ἀστας appellaret, ut ex marmore Oxiensi liquet. Sed & de primatu in eadem Provincia disceptabant inter se sæpenumero civitates duæ: ut in Asia Smyrna & Ephesus, teste Aristide: in Bithynia, Nicæa & Nicomedia, teste Dione Prusæo: tum utraque se primam vocabat, impetrato videlicet a Principibus codicillo, ut honore eo fruerentur, eorum similes qui amplissimarum olim dignitatum codicillos, (Nos brévets vulgo dicimus) sine re, honoris tantum causa consequebantur. Hinc in nummis Nicæenses quoque πρῶτη ἡ ἐπαρχίας, primi Provinciae appellantur, cum ea Nicomediae verior appellatio foret. Sed erat metropoleos dignitas, (ea nimirum quæ non esset impetrata codicillis ac beneficio Principis, sed vel urbis vetustate, vel amplitudine ac celebritate nixa,) erat ea, inquam, multo quam ista τὴν ὁρωπεῖων prærogativa potior, uti ex Dione Prusæo liquet, qui orat. xxxvii. ad Nicomedienses habita pag. 479. hos eo nomine Nicæensibus anteponit; quod cum utrique pariter πρῶτοι dicerentur, peculiaris Nicomediae interim μητροπόλεως appellatio foret. Quare & priore loco

hæc in nummis ponitur, ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ· ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΚΑΙ ΠΡΩΤΗ ΒΙΘΥΝΙΑC. & in his Amasenorum, ΑΜΑCΙΑ. ΜΗΤΡ. ΠΡ. ΠΩΝ. In Ephesiorum vero, ac Smyrnæorum, Pergameno-rumque nummis, cum πρωτοι Ἀσίας appellantur, ac Nicæenses quoque fortassis ipsi, cum αρχοτοι δὲ ἐπαρχίας vocantur, cave nudum eum esse sine re titulum credas, cum solida sit maxime prærogativa, quod si quid litium haberent finitimarum urbium cives, apud se suoque in foro coram Prætore disceptaturi venirent. Conventum inde Ephesinum, Smyrnæum, Pergame-numque Plinius vocat, ut suis locis dicturi sumus: nos more Gallico, *Præsidialia*, & *Parlamenta*. Et Dio Chrysost. orat. proxime laudata ad Nicomed. pag. 476. e duabus civitatibus, Nicomedia ac Nicæa, quæ de primatu inter se contendebant, suum cuique Præ-torem, in eadem Bithynia provincia, suum forum fuisse significat, quo civitates finitimæ disceptarent. Ήμεῖς δὲ οὐ διπλάσιοι τὸ πρωτεῖον, ἀμαχεὶ τοῦδε δοκούντων αὐτὸς οὐδὲ Nicæa, πότεροι ληφόμεθα σὺν φόρῳ, οὓς νῦν Σκένοι λαμβάνουσι; ή τὰς πόλεις τὰς συντελούσας εἰς τὸ παρ' Σκένοις δικαστεῖον ἐνταυθοῖ καλέσομεν; ή πέμψομεν αὐτοῖς ἀρμοτάς; *Nos autem si primatum accipimus, ultro nobis delatum a Nicæensibus, utrum accepturi tributa sumus, quæ nunc illi accipiunt? an civitates ad illorum iudicia convenire solitas huc advocabimus? an dabimus il-lis Prætores?*

ΑΥΤ. ΚΛΑΥΔΙΟC. CEB. Claudi Gotthici num-mus, ex Ursino, apud Occonem, pag. 491. Ex aversa superficie ΑΜΑCΣΕΩΝ, geminato, ut fit interdum, C. Stephanus: Ἀμάσια, πόλις Ποντικὴ... δὲ πολίτης, Ἀμαστύς. Hæc Strabonis Geographi patria, ut Stephanus monet.

ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Plotinæ nummus. Vide ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. Hadriani, Antonini Pii, Faustinæ filiæ, Commodique nummi. Plinio, lib. vi. sect. ii.

Amatris. Stephano: "Αματρις, πόλις Παφλαγονίας....

τὸν ἔθνον, Ἀμαστριῶν. Hodie *Zemastro*. In nummo Antonini Neptunus proræ navis insistit.

A M I C O C. **A M A C T P I C.** Nummus Antonini Pii, apud Patinum, pag. 227. nunc Cimelii Regii: quo nummo duarum civitatum concordia significatur.

A M A C T P I A N Ω N. M. Aurelii, apud Tristanum, tom. I. pag. 688. cum Martis effigie.

ΥΓΕΙΑ. **A M A C T P I A N Ω N.** *Salus Amastrianorum.* Hygia filia Æsculapii fuit. Faustinæ junioris nummus hic est, e Cimelio Regio.

A M A C T P I A N Ω N. Veri Cæsaris, M. Aurelii F. nummus, apud Tristanum, pag. 681. in quo tripus Æsculapii, vel Hygiæ, insculptus, quém serpens circumPLICAT.

C O L. A M S. M E T P O Valeriani nummus apud Erizzo, pag. 558. in quo pariter Æsculapius & Hygia. Quo fit ut fidenter legendum moneam, **C O L. A M S. M E T R O P O L.**

A M A C T P I A N Ω N. E Cimelio Regio. In parte averfa, **Z E T Σ.** **ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ.** *Iuppiter Imperator.* Sic enim in Séveri nummo vidimus, **I O V I I M P E R A T O R I.**

A M A C T P I A N Ω N. **ΟΜΗΡΟ C.** M. Aurelii nummus.

A M A C T P I A N Ω N. **ΜΕΛΗ C.** Ex parte altera, **ΟΜΗΡΟ C.** Societatem concordiamque cum Smyrnæis hic uterque nummus significat: quod Smyrnæorum civis Homerus, amnis Meles fuit: Uterque Numinis vice, seu Divi Indigetis, habitus ab Amastrianis. Est hic nummus Cimelii Regii. Vide quæ dicturum sumus, verbo **ΚΥΜΑΙΩΝ.**

A M A ΣΤΡΙΔΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Amastridis Reginae.* Hæc Oxyæthræ Darii fratris filia, Amastrianis nomen dedit. De eo nummo multa pererudite Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 465. De Amastride Strabo, lib. xii. pag. 544.

ΑΜΒΑΣΙΤΩΝ. **ΜΗΤΡΟΠΟΛ.** Claudiï nummus e Thesauro Goltzii, pag. 208. Stephanus: "Αμβαστης της Φρυγίας ὁ πολίτης, Αμβασίτης."

AMB P. AMB PAKI. &

AMB PAKIΩTAN, apud Goltzium in Græcia vetera. In hisce nummis Cancer insculptus, oræ maritimæ: vel tridens, Neptuni: vel meta, in corona laurea, Apollinarium ludorum index: vel Minotauri caput, vel Apollo radiatus, vel Diana, ut Papinius vocat, sceptrifera: vel Juppiter fulmen intorquens, vel Pegasus, Gryphusve, &c. Certasse Apollinem, Diana, Herculem, sub cuius potissimum numinis tutela Ambracia foret, refert Antoninus Liberalis, lib. Metamorph. cap. iv. Plinio, lib. iv. sect. i. *Oppidum Ambracia*. Stephano: 'Αμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας,.... τὸ ἔθνος, Αμβρακιούς, καὶ Αμβρακιώτης. Nunc quoque *Ambrakia* ab incolis appellatur, non *Larta*, ut Geographi plerique censem.

A M I D A.

MI. K O. M H. MECCOΠ. Nummus Alexandri Severi, in Cimelio Christianissimi Regis: quem nummum sic interpretamur, adjecta priore littera, quæ detrita usu, atque exesa, vix conspicua in eo nummo est: Αμδᾶς κολωνίας μητροπόλεως Μεσοποταμίας. Vedit hunc nummum vir pereruditus, legique in Juliani Cæsares, pag. 96. E MI. jubet, referrique ad Εμσῶν civitatem: deinde mutata sententia, EΔE. pag. 491. & ad Edessam spectare. At a Mesopotamiæ finibus Emisa longe dissidet, quam Apamenæ, ut diximus, Ptolemaeus adscribit: Plinius, lib. v. sect. xix. Cyrrhesticæ: Phœniciae ac Libano monti, Ammianus lib. xiv. pag. 20. Ulpianus, in Dig. lib. l. tit. x v. de Censibus, & Stephanus. Nec EΔE. reponi vel nummus patitur, in quo ... M I. conspicuè cùm aliis legimus, corrosa modo priore littera, iniuria hominum potius quam vetustate: vel consuetudo nummorum Edessæ civitatis, in quibus EΔE scribi pro ΕΔΕΚΚΑ vel ΕΔΕΓΓΑΙΩΝ haud temere videas. Ad Amidam ergo e Mesopotamiæ primariis urbibus nummus hic attinet, de qua sœpenuimero Ammianus: quam & Constantium Imp. suo nomine appellari voluisse idem affirmat, lib.

xviii. pag. 130. quæ etiamnum hodie frequens est civibus, & opibus clara: vulgo *Amed*, ad Tigrim posita, ut ex Procopio liquet: non *Caramit*, quæ mediterranea est. In Concilio C.P. I. *Mareas Amidensis Provinciae Mesopotamiae*. In Notitia Ecclesiastica Hieroclis, *Provinciae Mesopotamiae superioris*, sive *Armenia quartæ*, *Amida Metropolis*. Επαρχία Μεσοποταμίας δ' ἀνω, ἵτοι περὶ τῆς Ἀρμενίας, Αμιδᾶ μητροπόλις.

A M I D. In nummis Constantini M. occurrit, qua voce signata *Amida* moneta intelligitur.

A M I S O Y. Nummi apud Goltzium in Asia plurimi. Et in Cimelio Christianissimi Regis, singularis nummus Gordiani junioris & Tranquillinae.

A M I C O Y. ΕΛΕΥΘΕΡΑ C. ΕΤΟΥC. ΡΞΑ. Hadriani nummus integer, ex eodem Cimelio. *Amisi liberæ*, anno CLXI. Alter, ΕΤΟΥC. ΡΞΓ. anno CLXIII. Plinio, lib. vi. sect. ii. *Amisum liberum*. Annus in illis scilicet nummis concessæ libertatis signatur: qua quidem donatos Amisenos fuisse ab Augusto Cæsare post Actiacam victoriam auctor est Strabo, lib. xii. pag. 547. Ea porro contigit anno Urbis DCCXXII. Augusto tertium, M. Valerio Messala Coss. unde ad annum Urbis DCCCLXXXIII. Hadriani decimum quintum, anni fluxere CLXI. ad decimumseptimum CLXIII.

A M I C O Y. ΕΛΕΥΘΕΡΑ C. ΕΤΟΥC. ΡΞΘ. Ælii Veri & Sabinæ nummus, e Cimelio Regio. Anno CLIX. cufus, post Ælii obitum. Hunc nummum affert Occo, sed insigniter depravatum, pag. 246. mixtis Latinis characteribus, cum Græcis: ΛΙΗΣΟΥΕΑ-
F V D E D A C E T A C P Z O.

A M I C O Y ΕΛΕΥΘΕΡΑ C. Caracallæ nummus majore modulo, e Cimelio Regio.

A M I C H N Ω N. Maximini, in eodem Cimelio, Stephano: 'Αμισος . . . 'Αμισνος, & 'Αμισθος.

A M I C O C. AMACTPIC. Vide A M A C T P I A N Ω N.

A M. & **A M O R G I N Ω N.** In Goltzii nummis. Plinio, lib. iv. sect. xxiii. *Amorgos*, &c. inter Sporadas insulas.

Hodie *Morgo*. Stephano: 'Αμοργὸς, ῥῆσσα μία τῷ Κυκλαδῶν . . . Αμοργῖνῳ. In hisce nummis insculptus Apollo laureatus; ex parte aversa sphæra, cum tripode, circinove: ob receptum forte in civium numerum Pythagoram Samium, Oenopidemve Chium, aut quempiam alium e priscis illis Astrologiæ Magistris. In nummis ΣΑΜΙΩΝ, Pythagoras baculo sphæram monstrat.

A M O P I A N Ω N. Caracallæ nummus: & alter quem vidimus, cuius ex parte aversa, ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. 'Αμόρειον Phrygiæ magnæ oppidum, Strabone teste, lib. xii. pag. 576. In contestatione Orientalium ad S. Cyriillum, inter Epistolas a Lupo collectas, *Abrahamius Amorii Episcopus*. Stephanus: 'Αμόρειον, πόλις δὲ μεγάλης Φρυγίας . . . τὸ ἔθνος, 'Αμορεῖος. Addere potuit, γένους 'Αμορεῖος, ut 'Αμαρτιαῖος, Τεχλιαῖος, &c.

A M Φ I . & A M Φ I Λ Ο X I Ω N, Goltzianus in Græcia veteri nummus, in quo taurum cornibus apprehensum Hercules humi sternit. Hyginus, fab. xxxi. *Achelous fluvius in omnes figuræ se immutabat. Hic cum Hercule propter Deianiræ conjugium cum pugnaret, in taurum se convertit, cui Hercules cornu detraxit, quod cornu Hesperidibus, sive Nymphis donavit: quod Deæ pomis replerunt, & Cornu copiæ appellarunt.* Plinio, lib. iv. sect. ii. *Argos Amphilochicum cognominatum. Amnis Achelous, e Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens.* Livio, lib. xxix v i i. pag. 471. *Argos Amphilochum*, quod ab Ambracia, Epiri pariter oppido, distat. xxi i. mill. pass.

A M Φ I Π Ο Λ Ι T Ω N.

A M Φ I Π Ο Λ Ι T Ω N. In Græcia Goltzii, tab. xxv. Bos pascens opimum pabulo jumentorum agrum eum esse significat.

Σ E O Σ K A I Σ A P Σ E B A Σ T O Σ. Augusti nummus, in Cimelio Regio, & Museo nostro. In aversa parte Europa tauro infidet: epigraphe, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. Plinius, lib. iv. sect. xvii. *Amphipolis liberum*, in Macedonia. Stephanus: 'Αμφίπολις, πόλις Μακεδονίας,

χτι Θράκην . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιπολίτης. Similis alter ejusdem Augusti apud Occonem, pag. 50. cum epigrapha, ΚΑΙ ΣΑΡ ΘΕΟΥ ΤΙΟΣ. ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Cæsar Divi F.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. In nummis Tiberii, M. Aurelii, Caracallæ, Macrini, & Valeriani, e Cimelio Regio.

ΑΜΦΡΥΣΙΕΩΝ. ΚΑΙ. ΔΑΥΛΙΔΩΝ. OMONOIA.

Amphrysensium ac Daulidensium concordia. Domitillæ nummus, apud Goltzium, in Thesauro, pag. 208. Plinio, lib. v. scđt. iv. *Ambrysus: Drymæa regio, Daulis appellata.* Stephano: "Αμφρυσος, πόλις Φωκίδος . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφρυσιθ, οὐ Αμφρυσεύς. Adde, γέ, Ἀμφρυσιθς. Et verbo, Δωλις, . . . ὁ πολίτης, Δωλιδος. Fuisse apud Daulidenses Minervæ fanum, pervetusque in eo fano Deæ signum, auctor est Pausanias in Phocicis, seu lib. x. pag. 320. Diana Diætynnæ Ambrysenses præcipuum honorem habuisse, idem pag. 354.

ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ. ΜΗΤΡΟ. Hoc est, Μητροπολιτῶν.

Valeriani nummus. Plinio, lib. v. scđt. xxii. *Anazarbeni, qui nunc Cæsarea: &c.* Stephano: 'Ανδζαρβα, πόλις Κιλικίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Αναζαρβεύς. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 35. Ciliciæ secundæ metropolis Anazarbus: 'Επαρχία Κιλικίας β'. 'Ανδζαρβεύς μητρόπολις.

ΑΝΑΖΑΡΒΟ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Alexandri Severi, e Museo nostro.

ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ. ΑΜΚ. Λ. Β. E Cimelio Regio.

Et in altera parte, I. KOPNH. ΠΑΥΛΑ. CEB. *Iulia Cornelia Paula Augusta*, uxor Elagabali: cuius anno imperii secundo, L. B. hoc est, λυκεῖον β', cufus hic nummus est. Sic alter ex eodem Cimelio nummus, in quo Elagabalus & Paula dextras jungunt, L. G. exhibit. Afferunt hunc nummum Tristanus, tom. II. pag. 346. & Patinus, pag. 337. Uterque has notas AMK. de Amanica Cilicia, quam nemo novit, accipiunt: nos sic interpretamur: Πρώτης Μητροπόλεως Κιλικίας. Vide quæ dicturi sumus in nummis ΕΦΕΣΙΩΝ. Occurrunt eadem notæ quidem & in Tarsensium nummo,

nummo, qui Pupieni Aug. anno altero cusus est, AMK.
L. B. & in Gordiani gemino quem Patinus affert in
Thesauro, pag. 126. & 198. quorum in altero ex litteræ
tres sic collocantur, ut priori altera subjiciatur, isti
deinde tertia, in hunc modum:

A

M

K.

In altero littera prior A superiore nummi partem ob-
tinet, inferiore ceteræ duæ M K. cum notis anni prin-
cipatus secundi: sed L. qua λύχαλας signatur, inversa,
in hunc modum, Γ. Unde palam est, priores litteras
similiter accipi oportere, legique, Πρωτης Μητροπόλεως
Κιλικίας: quod ut Ciliciæ primæ Metropolis Tarsus
foret, ita secundæ Anazarbus: utraque in provinciæ
sue civitatibus principatum obtineret, quamobrem
ἀράτη diceretur in nummis: quod juris dicendi, li-
tiumque disceptandarum causa ceteræ illius tractus ur-
bes eo convenirent. Notitia Eccles. antiqua, pag. 35.
Ἐπαρχία Κιλικίας δ. ἡ πόλις Κονσιλιατέων, sub Consulari,
Τάρσος Μητρόπολις. Πορπιγιουπόλις, &c. ᘾπαρχία Κιλι-
κίας β'. ἡ πόλις Ηγεμόνα, sub Praefide, Ἀράζαρπος Μη-
τρόπολις. Μολυεστία, &c.

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ. ΜΗ. ΕΤ. ΒΟ. Δ. Ε Ζ. Α' αξάρπου
Μητροπόλεως, ἐτει σοβ'. Δημαρχίκης ἔχουσας. Anno CCLXXII.
Tribunicia Potestate. Gallieni nummus e Cimelio Re-
gio: ex quo appetet hujus oppidi æram coepisse circi-
ter annum Urbis DCCXL I. Augusti principatus XXXI.
post Acliacam victoriam xix. ut sit hic annus Gallieni
primus, Urbis Romæ, MXII.

ΑΝΑΖΑΡΒΟ. ΕΤ. ΒΠΡ. ἐπει ρπβ'. Anno CLXXXII.
L. Veri nummus, (non Severi, ut quidam volunt) e
Cimelio Regio. Liquet enim ex superiore computo
annum hunc CLXXXII. plane incidere in annum Ur-
bis Romæ DCCCCXXII. M. Aurelii & L. Veri de-
cimum: undecimo enim L. Verus obiit, ut auctor est
Capitolinus in ejus vita, pag. 39. Vixit annis quadra-
ginta duabus. Imperavit cum fratre annis undecim:

Apud Patinum pag. 256. similis huic nummus est , sine annorum nota , cum fluvii , quo Anazarbus alluitur , decumbentis effigie.

ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΩΝ.

ΑΝΑΦΛΥΣ. Nummus e Græcia vetere Goltzii , Tab. xv. 'Ανάφλυσος urbs est Atticæ Ptolemaeo , lib. i i i . cap. xv. Hinc apud Gruterum pag. 317 2. vetus inscriptio Athenis reperta in Gymnasio : ΕΠΙ. ΘΕΩΝΟC. ΑΡΧΟΝΤΟC. ΚΟΣΜΗΤΟΥ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ. ΜΑΡΚΟC. ΑΝΑΦΛΥCΤΙΟC. ΓΥΜNACIAΡΧΗCAC. Sub Theone Archonte , Cosmœta Dionysio , Marcus Anaphlystius Gymnasii Præses. In his nummis Apollo , vel Pallas insculpta cum tripode : & ex parte aversa Pegasus.

ΑΝΔΡΙΩΝ. Nummus Goltzianus , in Græcia vetere. Plinio , lib. v. sect. 22. *Andrus* insula cum oppido , in Cycladibus: nunc etiam *Andro*. Stephanus : "Ανδρίθ , μῆος μία τῇ Κυκλαδῶν . . . τὸ ἐθνικὸν , "Ανδρίθ . In eo nummo Pallas armata cum noctua : in parte aversa , bos ante aram , adjecto Prætoris nomine , ΠΟΔΥΚΡΑΤΗΣ. Minervæ sane bove femina litari ex Homero scimus : Odyss. y'. ubi Deam Nestor alloquitur :

Σοὶ δ' αὖ ἐγώ πέπει βουῶ λιτόν , δύρυμέπωπον ,
'Αδμίτιων λιτόν οὐπω τέτοδό ζυγὸν ήγαχον αὐτῷ.

Quem in locum Eustathius , pag. 1473. Η̄νην δὲ τὸ εἰναιαν λέγει , τὸ ἐρός μόνου ἔνου . . . οἰκεία δὲ η̄ τοιαδε βεδες τὴν καὶ αἱ νεαζουσην Αθηναῖς καὶ ζυγην.

ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ. E Museo nostro. Vidimus & similes , Alexandri Severi , in Cimelio Regio , ac Valeriani nummos. Plinio , lib. v. sect. x x i . *Anemurium*. Straboni ac Ptolemaeo , 'Ανεμούρεον. Melæ , lib. i. cap. xiii. *Quod Ciliciam a Pamphylia distinguit , Anemurium.*

ΑΝΕΜΟΥΡ. Caracallæ , in Gaza Regia.

ΑΝΘΗΔΑΟΝΙΩΝ , in Bœotia.

ΑΝΘΗΔΑΟΝΙΩΝ. Nummi veteris Græciæ apud Goltzium , Tab. xviii. capite Jovis & Bœotico scuto insignes. Plinio , lib. iv. sect. x i i . *Anthedon*. Stephano : 'Ανθηδῶν , πόλις Boiotias . . . ο πολίτης , 'Ανθηδεῖθ .

I L L U S T R A T I.

43

In Bœotico litore est, contra Eubœam. Fuere ibi olim, teste Pausania in Bœoticis, pag. 298. Cabirorum ædes, item Proserpinæ, & Liberi Patris.

AΝΘΗΔΟΝΟC in Syria. Caracallæ nummus, apud Patin. pag. 306. & in Cimelio Regio. In eo nummo Deus Deave stans, hastam læva tenet, pede dextero proram navis premit. Plinio, lib. v. sect. xiv. *Anthe-don.* Stephano: 'Ανθηδὼν . . . πόλις πλησίου Γαζῆς . . . επολίτης, 'Ανθηδωνίτης.

ΑΝΚΥΡΑ, Galatiae.

ΙΟΥΛΙΑΤΟΠ. ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC. Antinoi nummus: in quo Dei Luni effigies, allatus a Tristano, pag. 546. sed corrupte in hunc modum: **ΙΟΥΛΙΑΤΑΛΩΝΙ.** ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC. Quare ad Salonas Bithyniæ oppidum hunc nummum is refert: & eum secutus vir eruditus, lib. de usu numism. pag. 571. pertinere ad Julientes & Salonitas putat. Sed nummum ipsi vidimus, contrectavimusque, atque ita perspicue uti a nobis exhibetur, legimus. 'Ιούλιος Σατηροῦ Θεός Αγωγεροῖς, subintellige ἀρέθηκεν. Ut apud eundem Tristatinum, pag. 551. **ΠΟΛΕΜΩΝ.** ΣΜΥΡΝΑΙΟΓC. **ΑΝΕΘΗΚΕ.** Ac sine ea voce, in M. Aurelii nummo, pag. 647. **ΑΤΤΑΛΟC.** ΤΑΙC. ΠΑΤΡΙC. ΣΜΥΡΝΑΟ. ΣΟΦΙCΤΗC. Hoc est, *Attalus Sophista Patriis suis, Smyrnæ, & Laodiceæ.* Ut vero hunc nummum ad Galatiæ Metropolim potius, quam ad Ancyram Phrygiæ referamus, facit inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 424. 10. **ΑΓΑΘΗ.** ΤΥΧΗ. **Η. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ.** ΙΟΥΛΙΟΝ. ΣΑΤΟΡ-ΝΕΙΝΟΝ. ΤΟΝ. ΗΓΕΜΟΝΑ. De Deo Luno vide Spartianum in Caracalla.

ΑΝΚΥΡΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Commodi nummus.

ΑΝΚΥΡΑC. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Getæ & Caracallæ, in Cimelio Regio, cum Dei Luni stantis effigie.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗC. **ΑΝΚΥΡΑC.** Caracallæ, cui Antonini prænomen fuit: inde urbi cognomen.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. **ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.** Caracallæ. Nummus e Gaza Regia. **ΜΗΤΡΟΠΟΛ.** **ΑΝΚΥ-**

F ij

PAC. ΑΣΚΛΗΠΙΑ. ΣΩΤΗΡΕΙΑ. ICΘ. ΠΥΘ.
 Urnæ cum palmis, quæ plerumque in nummis certaminum indices. *Asclepia Soteria*, certamina sunt ludive in honorem ἈEsculapii Servatoris edita. Isthmia simul & Pythia ibi pariter edita nummus significat. Apud Gruterum, pag. cccccxv. legas, ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ. ΤΩΝ. ΜΕΓΑΛΩΝ. ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΩΝ. ICΘ. ΠΥΘΙΩΝ. Et pag. 410. ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ. ΜΕΓΑΛΟΑΣΚΛΗΠΙΕΙΩΝ. ΠΥΘΙΩΝ... ΚΤΙΣΤΗΝ. ΤΗΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΝΚΥΡΑΣ. ΦΥΛΗ. Plinio, lib. v. sect. xlii. *Tessagum Ancyra*. Vide quæ ibi diximus. Stephano. ΑΓωρα, πόλις Γαλατίας τὸ ἔθνικὸν, ΑΓκυρεῖον. Ptolemaeo, lib. v. cap. i v. "ΑΓκυρα μητρόπολις. Notitia Eccles. antiqua, pag. 33. Ἐπαρχία Γαλατίας... "ΑΓκυρα μητρόπολις. Libanius, orat. xxvi. Πρώτης γένους Γαλατῶν πόλιν vocat. Hodie *Angouri*.
 ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. Gallieni.
 ΜΗΤΡΟΠ. B. N. ΑΝΚΥΡΑΣ. Μητρόπολεως δἰς Νεωκόρων Αγκύρας. Saloniæ nummus apud Tristanum, tom. i i i. pag. 109. Vas e quo palmæ exstant, cum epigraphe ΑΚΤΙΑ, certamina scilicet.

ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. *Phrygia*.

ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. Faustinæ nummi, e Cimelio Regio, cum Dianæ multimammiae effigie. Sic porro id nomen in nummis scribitur; non ut neotericis placuit, ΑΓΚΥΡΑΝΩΝ, vel ΑΓΚΥΡΑΣ. Sic & ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ omnes exhibent: nullus omnino ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ. Plinio, lib. v. sect. xli. *Ancyra*. Ptolemaeo, lib. v. cap. ii. "ΑΓκυρα Φρυγίας.

ΑΓΚΩΝ. E Cimelio Ill. Harlæi, cum effigie cubiti, qui Græcis αγκάδη. Est & in Magna Græcia Goltzii, tab. xxxiv. Plinio, lib. i i i. sect. xviii. *Colonia Anconia*. Apud Gruterum, pag. 465. COLON. ΑΝΚΟΝΙΤΑΝΟΡ. Nunc quoque *Ancone*. Vide quæ diximus in Plinianis notis.

ΑΝΤΑΝΔΡΙΩΝ. Titi nummi e Cimelio Regis Christianiss. & alter Antonini Pii, quem vidimus. Plinio,

lib. v. sect. xxxii. *Antandros*, in Aælide. Stephanus: 'Αντανδρός, πόλις τὸς Ἰδμού, τοῦ Μυστᾶς οἱ Αἰολίδδοι.... τὸ ἔθνος Ἀντανδρία.

ANTIGONEΩΝ, in Epiro.

ANTIGONEΩΝ, cum corona ederacea, quæ ludorum in Bacchi honorem editorum index est, ut videtur. Est ex parte altera, effigies turriti capitum, apud Goltzium, in Græcia vetere, Tab. 111. Sunt & quibus Pallas insculpta. Plinio, lib. iv. sect. i. *Antigonenses*. Stephano: 'Αντιγόνεια, πόλις Χαονίας ἐν Ηπείρῳ. ὁ πολίτης, 'Αρπιγόνδης.

ANTIGONEΩΝ Macedonie.

ANTIGONEΩΝ. Nummus Antigoni Gonatae, qui conditor ejus oppidi fuit: apud Goltzium in Græcia, Tab. xxiv. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Antigonea*. Stephanus: 'Αντιγόνεια.... Μακεδονίας, 'Αντιγόνου κτίσμα, τοῦ Γοράτου.

ANTIGONEΩΝ, cum equi effigie: ex altera Apollinis caput. Apud eundem Goltzium. Sunt equi in Thessalorum Macedonumque nummis obvii.

ANTIKY..... In nummo Nervæ, apud Occonem, pag. 192. pro ANTIKYPEΩΝ, vel ANTIKYPAΙΩΝ, ab Anticyra Phocidis oppido, quod ellebori nobile quondam fuit. Meminit Plinius, lib. iv. sect. iv. Stephano: Αὐγίνεια.... ὁ πολίτης 'Αντικύρδης.... ἡ 'Αγίνεια.

ANTIOCHIA Cariæ.

ANTIOXEΩΝ M E A N Δ P O C. Trajani Decii nummus apud Spanhemium, pag. 888. Plinius, lib. v. sect. xxix. in Caria: *Antiochia* nunc eam circumfluant Maeander, & Orsinus. In Notitia antiqua inter Episcopos Cariæ Provinciæ, pag. 17. ὁ 'Αντιοχεῖας οἱ Μεδύδρου. Pag. 49. οἱ Μαιάνδρει, quemadmodum & Leunclavius habet, pag. 94. Ptolemæo, lib. v. cap. ii. & Straboni, lib. xii. pag. 630. Αὐτόχεια τοῦ Μαιάνδρω. Stephanus, Αὐτόχεια οἱ Καρίας. Phlegon, in Mirab. cap. vi. 'Αγίόχεια οἱ τοῦ Μαιάνδρου ποταμῶν, aliisque.

ANTIO..... ΕΦΕCIΩΝ ΔIC. NEΩKOPΩN.

Antonini Pii nummus, in quo Diana Ephesia stat inter fluvios duos, Mæandrum, & Caystrum, ut remur: nam in eo nummo repræsentando artificis desideramus industriam ac fidem. Exhibitetur ab Octaviano Strada, pag. 64. Scriptum in ambitu nummi fuisse videtur, ANTIOXEΩΝ. ΠΡΟΣ. ΜΑΙΑΝΔΡΩ. In ima deinde parte (Nostri vocant *l'Exergue*) ΕΦΕCΙΩΝ &c. Utriusque civitatis concordiam hic nummus declarat.

ANTIOXEΩΝ ad Euphratem.

ANTIOXEΩΝ ΠΡΟΣ. ΕΥΦΡΑΤΗΝ. Severi nummus e Gaza Regis Christianissimi, in quo Palladis caput. Laudatur & a Tristano, tom. i i. pag. 91. Plinio, lib. v. sect. x x i. *Antiochia*, quæ ad Euphratēm vocatur.

ANTIOXEΩΝ. ΤΩΝ. ΕΠΙ. ΤΑΥΡΟΥ. Nummus e Thetauro Goltzii, pag. 209. Ipsa Antiochia est, quæ ad Euphratēm, ut diximus in Plinianis notis, loc. cit. Αὐτόχεια τοῦς Ταύρων ὄρεα, Ptolemæo, lib. v. cap. x v. cuius urbis ima scilicet Euphrates allueret. In Commagene a Plinio Ptolemæoque statuitur: A Stephano quoque, Αὐτόχεια ἐπὶ τῷ Ταύρῳ, ἐν Κομμαγήνῃ. Sed ab Euphrate longiuscule, ut opinor, Ptolemæus summovet.

ANTIOCHIA ad Hippum.

ANTIOX. ΠΡ. ΙΠ. ΤΗC. ΙΕΡ. Κ. ΑCYΛΟΥ. ΘΚC. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. In altero ejusdem M. Aurelii, ANTIO. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. I. ΤΗC. ΙΕΡ. Κ. ΑCYΛΟΥ. ex eodem Cimelio. Αὐτόχειων τὸν τοῦ ιωνίου θεοῦ οὐδὲν οὐδέλαθον. *Antiochensum ad Hippum, sacrae & inviolatae civitatis. Anno ccxxix.* post adeptam, ut credimus, prærogativam eam sacræ inviolatae civitatis, ac libertatis: quam plane vindentur ii mihi, ut de Gazensibus dicturi sumus, obtinuisse a Pompeio, dum is in Syria cum imperio esset, anno Urbis Romæ DCLXXX. Quare hunc nummum cusum oportet anno Urbis DCCCCXVIII. M. Aurelii anno vi. Est alter similis ei nummus eodem Principe cusus, in Museo S. Genovæ. Plinio, lib. v. sect. xv. & xvi. *Hippon.* A monte Hippo cognomine, cuius meminit Ptolemæus, lib. v. cap. xv.

traxisse nomen videtur : alterumque Antiochiæ obtinuisse jam olim : eaque dénum esse , quam in confinio Cœles Syriæ Arabiæque conditam a Semiramide , auctor est Stephanus. Hunc nummum Tristanus , tom. i. pag. 692. sic infeliciter legit : ΑΝΑΘΩ. ΠΡΠΙ. ΤΗC. ΙΕΡ. K. ΑCYΛΟΥ. & ad insulam Aegypti refert , Ναθω , de qua Herodotus : quæ & Περσωπηλις dicta est : quam vocem per notarum compendia his litteris putat intelligi , ΠΡΠΙ. Cum legerimus in eo nummo ipsi perspicue , ΑΝΤΙΟΧ. ΤΩ. ΠΡ. ΙΠ. &c. Et in nummo Faustinæ junioris Patinus in Indice , pag. 16. ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡΠΙ. ΙΕΡ. ΑCYΛΟC. ΘΚΕ. pro ΘΚC. ut in Aurelii nummo , pag. 246.

ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡ. ΙΠ. ΙΕΡ. ΑCYΛΟΥ. Commodi nummus e Gázâ rēgia , quem sic mutilum Patinus affert , pag. 263. X Π... ΠΙΕΡ. ΑCYΛΟ. In eo turrita mulier , equo insidet : in aliis , equum freno regit. Græcis equus Ἰππος est : inde effigies ea in numeros Antiochenium hōrum translata.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ. Vide ΕΔΕΣΣΑ.

ΑΝΤΙΟΧΙΑ *Pisidicæ.*

ΑΝΤΙΟΧΙΑ. Titi apud Tristanum , pag. 300. qui ad Antiochiam Syriæ hunc nummum perperam refert : cum ii omnes , qui ad hanc spectant , Græcis sint inscripti characteribus : qui ad Pisidicam , Latinis.

COL. CAES. ΑΝΤΙΟΧΗ. *Colonia Cæsarea Antiochia.* Antonini Pii , Severi , Juliae Domnæ , Caracallæ , Alexandri Severi , & Gordiani junioris nummi , e Cimelio Regio , Plinius , lib. v. sect. xxiv. *Pisidæ* , quorum *colonia Cæsarea* , *eadem Antiochia* . Tristanus hos perperam ad Antiochiam Syriæ in Alexandro Severo refert , tom. i i. pag. 397. ut & eos nummos quos deinceps allaturi sumus , Patinus , aliquique omnes ex Antiquiorum grege. In his nummis , aut Remus Romulusque lactentes , deductæ a Romanis coloniæ indices : aut , ut in Asia plurimis , Dei Luni effigies cernitur , cum gallo gallinaceo.

COL. CAES. ANTIOCHENSIS. Antonini Pii,
apud Patinum, pag. 318. & in Cimelio Regio, cum
Dei Luni effigie.

COLONIAE..... TIOCH. M. Aurelii, apud
eundem, pag. 234.

COL. ANTIOCHEN. Severi, pag. 281. in quo
nummo stat Isis, dextraque ramum, Copiæ cornu lœva
gerit.

COL. CAES. ANTIOCH. &
GENIO. **COL. ANTIOCH.** Caracallæ, pag.
301. Item Elagabali, cum priore epigraphe, apud Oc-
conem, pag. 403.

COL. ANTIOCH. Caracallæ pariter in Cimelio
Regio, cum Diana effigie.

COL. CAESAREA ANT. AΛΦ. Caracallæ num-
mus, si Tristanum audimus, tom. 11. pag. 168. in
quo Isidis velatæ effigies: epigraphe, qualem ipse re-
fert, corruptissima. **C O L. CAESAREAE IN.**
AΛΦ. Sed neque illud AΛΦ de Alphea Diana acci-
pi oportet, ut ipse putat: nec de Flaviæ prænomine,
ut alii volunt: cum sint eæ notæ & idiomatis diversi,
& extra omnia ejus coloniæ nomina prænominaque
positæ: sed de æra peculiari a Regibus Asiæ post Ale-
xandri obitum instituta, quæ cum Seleucidarum æra
congruat. Est enim annus ejus æræ, Φλα', hoc est,
DXXXI. ut in Aradiorum Tripolitarumque nummis
dicemus, Elagabali supremus. Unde intelligimus ne-
que hunc quoque Caracallæ esse, sed Elagabali: at-
que ut in Sidoniorum nummum, quos Caracallæ falso
Patinus adjudicat, cum sint Elagabali: sic in isto
Tristanum hallucinatum esse.

ANTIOCHIA. COLONIA. CAES.
IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS.
AVG. E Cimelio Regio.

ANTIOCHI. COLONI. Decii nummus, e Ci-
melio Regio, & apud Patin. pag. 391. quem ille num-
mum in Illyricum Daciamve immerito ablegat, ubi
terrarum Antiochia nulla unquam fuit. In eo nummo,
ut

ut in aliis deinceps plurimis, signa sunt militaria, deductæ coloniæ symbola: ut & Aquila, & aratrum, & colonus qui boum jugum agat, inter ea coloniæ signa passim occurunt, ut notum est. Cum signis certe & vexillis coloni deducebantur. Hyginus: *Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosam agriculturæ requiem primo tirocinii gradu pervenire: nam cum signis & aquilis, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur.*

ANTIO. COL. Gallieni, apud Mediobarbum, pag. 379. in quo Lupa cum gemellis, Remo Romuloque.

ANTIOCHIA Syriae.

ANTIOCHEΩΝ. Numimus antiquus, apud Patin. pag. 8. cum fluvii icona: ex parte aversa, ΔΗΜΟΣ. *Populus Antiochenium*. Plinius, lib. v. sect. x viii. *Antiochia libera, Epidaphnes cognominata, Oronte amne dividitur. Nunc incolis Antekié dicitur.*

ANTIOCHEΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Apud Spanhemium, pag. 789. *Antiochenium Metropoleos liberae. Libera civitas ea dicebatur, quæ suis, non Romanis, viveret legibus. Annus porro quo hæc concessa libertas & αὐτονομία Antiochenis est, is fuit quo Dictaturam Alexandriæ Julius Cæsar iniit, ita prædente verbis conceptis auctore Chronicæ Alexandrini, pag. 448. Περὶ δὲ εἰδῶν Μαιῶν δὲ τριάντας ἔπινεμίστεως. χ. παρετέθη δὲ Ἀντοχείᾳ τῇ μεγάλῃ. Ελασθεῖα αὐτῆς, ὅπε Σεβαστοῦ Ρωμαῖοις ἐγένετο, τῇ κ' τοῦ Ἀρπεμοῖου μηνὸς πεμφθεῖσα παρέστη τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου Καίσαρες. χρ. σκληρὴ δὲ αὐτὸς Καίσαρ. Ἰουλίος Δικτάτωρ δὲ Ἀντοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, γ' χ' κ' ἡ Ἀρπεμοῖου μηνὸς. Χρυματίζει σωῦ δὲ μεγάλης Ἀντοχείας εἰς πυρὶ αὐτῆς ἔτος α. χ. τριάνταν ἔτος δὲ πεντεκατεκτησίδος, δύπλο τριάνταν ἔτοις Γερίου Ἰουλίου Καίσαρες. A. d. iv. Idus Maias primæ Indictionis. Et proposita in urbe magna Antiochiae Libertas ipsius, quando & Romanis subjecta est, vicefimo die Maii ab eodem Iulio Cæsare (ex Alexandrina civitate) missa. Et appellatus est idem Iulius Cæsar Dictator in urbe magna Antiochiae vicefima teritia Maii. Nominatur itaque magna Antiochiae in ipsius*

NUMMI ANTIQUI

honorem annus primus, idemque primus Pentecædecaëtrides, ab anno primo C. Iulii Cæsaris. Fuit hic annus Urbis DCCVII. primus post pugnam Pharsalicam, ante Christum XLVII. idemque initium Antiochenorum ærae.

ANTIOXEΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ. ΔΑΦΝΗΝ. E Museo nostro. Juppiter stat. In parte aversa radiatum Apollinis caput. *Antiochenum ad Daphnen.* Daphne vicus, suburbiumve fuit, Antiochiæ adsitum, ad Solis exortum, ubi fana Apollinis & Dianæ, cum asylo. Auctor Strabo, lib. xvi. pag. 749. Hinc porta Antiochiæ Daphnitica, apud Hieronym. de Script. Eccles. in encamio S. Ignatii Antiocheni.

ANTIOXEΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ. Vide PTOLEMATIS *Phœnices.*

ANTIOXEΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Jupiter sedens. In parte aversa, Jovis caput. Alter eadem epigraphe, cum capite turrito: & ex parte aversa, ariete: Tertius, pro ariete, Fortunam exhibet. Omnes e Museo nostro.

APXIEPATIKON. ANTIOXEΙΣ. Nummus Augusti e Cimelio Regio, & apud Trilitanum, pag. 166. qui nummus voces eas in corona præfert. Summum apud se sacerdotium residere Antiochenes priore illo vocabulo gloriantur: se penes unos jus esse eligendi eum qui sacris totius Provinciæ communibus faciens (*τὰ κοινὰ τὸ επαρχίας* appellabant) præses foret & Ἀρχιερές. Hunc Augusto ipsi honorem deferunt; atque eam ob rem ex superficie nummi altera legas, ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. APXIEPEΥΣ. Καῖσαρ Σεβαστός Ἀρχιερές. Occurrit hæc nobis vox iterum in Nomocanone Joannis Scholastici, tit. II. Φυλακέως τῷ θρόνῳ Ἀφεικῆς τὸ δέχεται πάντα δικαιον ἔτι τὸ δοθὲν αὐτῆς τελευταίου. Servetur sedi Africæ Archiepiscopale jus, juxta privilegium ipsi concessum. Sic in Ecclesiarum administratione Exarchorum summa potestas in Metropolis, πατριαρχικὸν δικαιον Evagrius appellat. Hunc nummum Patinus frustra ad aliam Antiochiam refert. In

simili vero nummo Musei nostri, ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣ.
A P X I E P E I. Ex parte altera, A P X I E P A T I K O N
A N T I O X E I Σ. ΣΚ. ubi postremas certe litterulas si
 hisce Latinis S. C. omnino esse pares asseverem, ario-
 lari me, sat scio, dicent eruditii, & indigne ferent. At-
 qui nec Seleucidarum æram, quæ longe antiquior,
 nec Antiochenorum, quæ recentior est, ipso Augusti
 ævo cœpta, quo principe cusus hic nummus est, his
 litteris indicari liquet, cum annum eæ D C X X. pro-
 dant: multo vero minus Monetae vel Urbi Praefecti no-
 men iis contineri putem, quod eo loci supervacuum
 foret. Nihil igitur proprius vero visum est, quanquam
 novum & inauditum, ut quod Latini litteris suis ac
 vernaculis S. C. in nummis exhibent, ut Senatus Con-
 sultum exprimant, id Antiocheni prioribus geminæ il-
 lius vocis litteris Græcis, Σ. K. quæ Latinis S. C. ref-
 ponderent, signasse: cum verius multo fuisset, Σ. Δ.
 hoc est, Συγκλήπου δέματι, scribere. Certe ex sequen-
 tibus nummis, solenne id Antiochenis fuisse palam
 fiet, ut S. C. Latinis etiam litteris inscriberent, quod
 nunc Græcis præstant. Nam ut Σεράτοις Κονσύλτῳ di-
 xerint Augusti temporibus, vix credo: quanquam ge-
 mina ea vox sequiore usurpata ævo est, ut ex Glossa-
 rio Meursii intelligitur.

K A I Σ A P O Σ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Cæsaris Augusti.* Ex
 parte altera, **A N T I O X E Ω N.** ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ.
Δ N. *Antiochenium Metropoleos, anno L I V.* Annus Ur-
 bis signatur D C C L I X. ærae vulgaris post Christum
 natum, VI I. Augusti post Actiacam victoriam, XXXVII.
 Nummum hunc Patinus, in Thesauro pag. 48. non
 intellexit.

ΕΠΙ. ΦΛΑΚΚΟΥ. **ANTIOXΕΩΝ.** In laurea, quæ
 in Syriæ potissimum nummis frequens admodum. *Sub*
Flacco Antiochenium Magistratu. Apud Patinum, pag.
 76. Tiberii nummus.

ΕΠΙ. ΣΙΛΑΝΟΥ. **ANTIOXΕΩΝ.** Cum Jovis ca-
 pite, in Museo nostro. Tiberii, in Gaza Regia.

ΕΠΙ. ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ. **ANTIOXΕΩΝ.** Claudi,

ΝΕΡΩΝΟΣ. ΚΑΙ ΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Apud Patinum in Thesauro, pag. 54. Ex parte altera Aquila Fulmini insistens, Antiochenium peculiare symbolum, cum notis numeralibus ΘΡ. quibus annus æræ ipsorum cix. signatur, Neronis decimus, Urbis DCCCXV.

ΝΕΡΩΝΟΣ. ΚΑΙ ΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Ex parte altera, ΠΟΠΠΗΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤ. H.P. Sabinae Poppææ Auguftæ. Postiores litteras H.P. quæ medium nummi aream obtinent, cum ceteræ sint in ambitu, Tristanus tomo 1. pag. 244. H.P.A.S interpretatur, ac de Junone accipit, quo donatam esse cognomine Poppæam putat a Nerone: ut rusticus in Casina Plauti, uxorem suam compellat:

*En, mea Iuno, non decet te esse tam triftem Iovi tuo.
Nugæ. Ab Antiochenis eufum esse hunc nummum contendimus: iisque notis æræ ipsorum annum signari pñ, sive c viii. qui plane incidit in annum Neronis nonum, Urbis Romæ DCCCXIV. Ut ex nummo superiore liquet.*

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΔΙΡ. ΕΠΙ. ΚΕΣΤΙΟΥ. Nummus Neronis. *Antiochenorum anno eiñ hoc est, cxiv. sub Cestio*, annus Neronis signatur, non x. ut viro eruditio visum est, sed postremus, seu xiv. qui idem Urbis fuit DCCCXX. cum annus secundus Probi, teste Eusebio in Chronico, qui fuit Urbis MXXxi. incidat in annum æræ Antiochenorum CCCXXV. Cestius sub Nerone Syriæ præfuit, teste Josepho, multis locis.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟC. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Hadriani, apud Patinum, pag. 200. nunc Cimelii Regii. Ad demerendum Principem, quem sibi infensum esse sciebant, cui hunc nummum Antiochenses jussere. Sparitanus in Hadriano, pag. 7. *Antiochenses inter haec ita odio habuit, ut Syriam a Phœnico separare voluerit, ne tot civitatum Metropolis Antiochia diceretur.*

...ΜΗΤ. ΙΕΡ. ΚΑΙ. ΑΓΥΑ. Λ. Veri nummus apud eundem, pag. 257. priore sui parte exesus: cui insculpta similis effigies ei quæ in Caracallæ nummo proxime laudando cernitur. Itaque substituenda hic vox est,

ANTIOX. Julius Capitolinus in M. Antonino , pag. 26. Et Verus quidem (nempe L. Verus , Marci frater) posteaquam in Syriam venit , in deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit , armisque se gladiatoriis & venatibus exercuit : cum per legatos bellum Parthicum gerens , Imperator appellatus esset , &c. Et in Vero , pag. 37. Antiochiam posteaquam venit , ipse quidem se luxuriae dedit : duces autem confecerunt Parthicum bellum &c. Et mox : Egit autem per quadriennium Verus hiemem Laodiceæ , aestate apud Daphnen , reliquam partem Antiochiae.

ANTIOXEΩΝ. ΚΑΙ. ΑΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Commodi numimus in Cimelio Regio. *Antiochensum & Laodicensum concordia.*

ANTIOXEΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mulier cum spicis, face , & angue. Ex parte altera , ΑΥΤΟ. ΚΑΙC. ΠΕΚΚΕΝΝΙΟC. ΝΙΓΡΟC. ΣΕΒ. *Imp. Cæsar Pescennius Niger Aug. Apud Spanhemium , qui vidit , lib. de usu numism. pag. 590. & apud Occonem , pag. 339. Ad Antiochiam Syriæ spectare hunc nummum , præter alia argumenta , ex eo efficimus , quod ab exercitibus Syriacis , quos regebat , Imperator Pescennius est appellatus , teste Spartiano in ejus vita , pag. 74.*

ANTIOXEΩΝ. ΜΗ. ΚΟ. Δ. Ε. Σ. Σ. C. *'Αντιοχέων μητροπόλεως κολονίας , δημαρχίας ἐξουσίας , S. C. Antiochensum Metropoleos Coloniae , Tribunicia potestate , Senatus consulto. Caracallæ nummus , apud Patin. pag. 302. cum turritæ mulieris , & ad pedes ejus fluvii , seu viri natantis effigie. Elagabali , pag. 331. & Otaciliæ , pag. 384. Horum nummorum notas extricare Patinus non potuit. Caracallæ porro in primis cur nummum Antiochenes cuderent , si causæ deessent aliæ , fuit hæc sane vel maxima , quod , ut narrat Spartanus in ejus vita , pag. 85. Antiochenibus interventu suo jura vetusta restituit quibus iratus fuit Severus , (fuit is Caracallæ pater ,) quod Pescennium Nigrum juverant. Itaque & Macrino Caracallæ imperfectore interempto , Elagabalo deinde , qui tum Antiochiæ erat , nummis cuius idem gratulati sunt , quod is Caracallæ filius habet.*

retur. Capitolinus in Macrino , pag. 94. Cum se Antiochiam Macrinus recepisset , ac luxuriæ operam daret , justam causam interficiendi sui præbuit exercitui , ac Bassiani Caracallæ , ut putabatur , filium sequendi , id est , Elagabalum Bassianum Varium , qui postea & Bassianus & Antoninus appellatus est.

- Δ. E. S. C. Diadumeniani nummus , ex Patino , pag. 327. sine oppidi nomine ille quidem , sed aquila & laurea corona insignis , litterisque allatis , quæ sunt in Antiochenorum nummis frequentes. Lampridius in Diadumeno , pag. 97. *Hac habita concione* , qua Diadumenianus scilicet , Caracalla interfecto , cohortes est allocutus , statim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine , qui Macrini filius , percussa est : Macrini , usque ad iussum Senatus dilata est.
- Δ. E. S. C. Elagabali nummus , superiori similis , apud eundem Patinum , pag. 331. Sed lepidus est , cum his litteris Δ. & E. uno eodemque nummo annum principatus Elagabali quartum quintumque simul exprimi asseverat.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛ. Δ. E. S. C.. Alexandri Severi , apud Occonem , pag. 421. Causam cudendi nummi fuisse hanc arbitramur , quam affert Lampridius in Alexandro , pag. 133. Legionem quam exauctoravit , rogatus post dies xxx. priusquam ad expeditionem Persicam proficeretur , loco suo restituit , ea que pugnante maxime , vicit : cum tamen tribunos ejus capitali afficerit supplicio , quod per negligentiam illorum milites apud Daphnen luxuriati essent , vel per conniveniam seditionem fecissent exercitus. Magno igitur apparatu inde in Persas profectus , Artaxerxem regem potentissimum vicit Fuso denique fugatoque tanto rege.... statim Antiochiam rediit , & de præda quam Persis diripuit , suum ditavit exercitum , &c. Itaque vel coercita militum luxuries , vel compressa seditio , vel reportata victoria de Persis , nummi causa cudendi fuit.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Nummus Philippi e Cimelio Regio , & apud Patin. pag. 388. in quo tres Furiæ stant.

ΑΥΤΟΚΡΑ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ. CEB. Philippi Patris, e Museo nostro. *Imp. M. Iul. Philippus Aug. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΖΟΥΣΙΑΣ. ΥΠΑΤΟ. Δ. ΑΝΤΙΟΚΙΑ. S. C.* Aquila. Δημαρχίης Ἐξουσίας (in nummo Z pro Ζ, quod & alias occurrit:) Υπάτος δ'. *Tribuniciae Potestatis. Consul i v.*

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕ. ΚΥ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ. ΔΕΚΙΟΣ. CEB. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γαῖος Μέσιος Κύιντος Τραϊανὸς Δέκιος Σεζαρός. *Imp. Cæsar C. Messius Quintus Trajanus Dècius Aug.* E Museo nostro. Aquila in eo nummo insculpta, cum his vocibus, ΔΗΜΑΡΧ. ΕΖΟΥΣΙΑΣ. S. C. *Tribunicia potestate, Senatusconsulto, Antiochen-* sium eum esse declarat.

ΑΝΤΙΠΟΛΙΣ. Plinio, lib. i i i. sect. v. *Oppidum Latinum Antipolis.* Nunc *Antibe*, in Provincia Narbonensi.

ΑΝΤΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Victoriae typus. Ex parte ad- versa, ΔΗΜΟΣ. *Populus Antipolitanus.*

ΑΝΤΙΠΟΛΙΤΩΝ, cum prora navis, & Jovis capite ex parte altera, in Magna Græcia Goltzii, tab. xxxvi. Apud Gruterum pag. 173. 10. Græca inscriptio Antipoli reperta, ΑΝΤΙΠΟΛΙC. ΚΑΙ. ΟΙ. ΠΟΛΙTΑΙ. Vetustiores porro hi nummi duo posteriores videntur, quam sit Cæsarum principatus.

ΑΝΤΙV.

ΑΝΤΙ. Cum Herculis effigie, & clava. Apud Goltzium, in Magna Græcia, Tab. x vii i.

COL. ΑΝΤΙΑΤ. LEG. ΙΙΙΙ. ITALICA. Neronis nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. i i i. sect. ix. *Antium colonia.* Neronis hæc patria. Nunc quoniam sola supersunt rudera, *Antio roūnato* Itali accolæ in Latio vocant. Apud Gruterum, pag. ccclxxxix. 6. **TRIB. LEG. ΙΙΙΙ. ITALICAE.**

COL. ΑΝΤ. Titi nummus, e Cimelio Regio. Goltzius in Thesauro, pag. 137. *Coloniam Antipolim* falso interpretatur: Neque enim colonia Antipolis fuit.

ΑΝΤΙΦΕΛΛΙΤΑΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 209. Plinio, lib. v. sect. xxviii. *Antiphellus.*

NUMMI ANTIQUI

Stephano: Ἀντίφελλος . . . οἱ δικαιοῦτες , Ἀντίφελλοι .
Quare in nummo legi ANTIΦΕΛΛΙΤΩΝ oportuit. Lyciae oppidum id fuit.

A N E Y P O S. Jovis hæc appellatio est , cuius expressum caput cum fulmine in vetere nummo , apud Goltzium , tab. LXXV. Hinc Juppiter Anxurus apud Maronem , lib. VII. Æneid.

Quæis Iuppiter Anxurus arvis

Præsidet.

Quo loco Servius : Circa tractum , inquit , Campaniæ colebatur puer Iuppiter , qui Anxurus dicebatur , quasi ἀνέξεστος , id est , sine novacula , quia barbam nunquam rasiisset. Plinius , lib. 111. sect. 1x. Tarracina oppidum , lingua Volscorum Anxur dictum. Nunc quoque Terracina , in Latio. Horatius , lib. 1. Satyr. v.

Impositum saxis late cudentibus Anxur.

Quem versum Porphyrio explicans , Quæ nunc Terracina dicitur , olim Anxur dicebatur: unde Iovem Anxurum colebant , cuius & Virgilius meminit. Impositum saxis , quoniam illis temporibus adhuc Terracinensis urbs in altissimo monte erat : unde postea in æquiore locum deposita est : ut non sint solum adhuc vestigia ædificiorum in monte , sed & murorum. Quin & mixtis una Græcis Latinisque litteris , in magna Græcia Goltzii , AXYP. Tab. XVI. semel iterumque occurrit. Et sane si ΑΞΥΡΟΣ ἔνεστος , & a ut Græci dicunt ΑΞΥΡΟΝΟΣ , hoc est , privativo nomen habet , Axurus utique appellari debet.

Α Γ Χ Ι Α Λ Ε Ω Ν *Thraciae.*

Α Γ Χ Ι Α Λ Ε Ω Ν. Nummi Claudi , M. Aurelii , Faustinae junioris , ac Getæ , cum Dianæ venatricis effigie , e Cimelio Regio. Plinio , lib. iv. sect. xviii. Anchialum.

Ο Υ Λ Π Ι Α Ν Ω Ν **Α Γ Χ Ι Α Λ Ε Ω Ν** , ab Ulio nempe Trajano appellatione ea accepta. Severi nummi , Caracallæ , Maximini , & Gordiani junioris , in Cimelio Regio. Mœsiæ passim ab Antiquariis adscribuntur. Est altera quidem Anchiale in Cilicia , de qua lib. v. sect. xxii. sed ea Tarsum transducta , conflatæ e duabus una civitas est , id quod Stephanus haud obscure innuit:

innuit: quare nummi omnes ad hoc Thraciæ Anchialum referendi. Deinde hoc prænomen ab Ulio multis in Mœsia Thraciaque oppidis attributum, in Asia nondum occurrit.

APAMEA *Bithyniae.*

COL. IVL. CONC. APAM. AVG. D. D. *Colonia Iulia Concordia Apamena Augusta. Decreto Decurionum.* Caracallæ & Gallieni in Cimelio Regio nummi. Et Caracallæ quidem in Thesauro quoque Goltzii, pag. 240. Similem alium alibi Julie Domnæ vidi-
mus. Plinio, lib. v. sect. XLIII. *Intus in Bithynia, colonia Apamena.* Meminit hujus coloniæ, præter Ul-
pianum, quem in Notis laudavimus, Strabo, lib. XII.
pag. 564. Οἱ δὲ Ἀπαμεῖς Σταύριος ἐνέζευτο Ρωμαϊῶν. Cur Apameam a Myrlea diversam faciat Constant. Porphy-
rog. lib. 1. them. IV. pag. 24. haud satis liquet: cum Strabo, loc. cit. pag. 563. hanc ipsam Apameam, quo deducta colonia Romanorum est, Myrleam esse ipsam asseveret.

APAMIA *Cæles Syriæ.*

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΑΞΙΩ. Plinio,
lib. v. sect. IX. *Cæle habet Apamiam, Marfy amne divisam &c.* Quem quidem amnem Macedones, cum rerum ibi potirentur, ut alia oppida fluminaque, Ma-
cedonico nomine indigitarunt: Axiumque, quod eo nomine in Macedonia insignis amnis est, appellarunt.
Sic Edeßam, Berœam, aliasque urbes ab urbibus Ma-
cedoniae nominarunt. Sic rex Syriæ Antiochus Soter Alexandria Margianæ, Antiochiam appellavit, *ut Syriam restitueret, interfluente Margo*, ut Plinius ait,
lib. V. sect. XVIII. quæ verba a nemine adhuc intel-
lecta planissime eo loci interpretati sumus. Sic Jaxar-
tem amnem Alexandri milites Tanaïn nuncupavere:
sic Edeßam Principes Antiochiæ nomine signavere in
nummis: resque ea innumeris aliis constat exemplis,
quæ enumerare studio brevitatis piget. Affertur hic
nummus a scriptore historiæ Regum Syriæ: a ne-
mine adhuc ante nos feliciter explanatus.

ΑΠΑΜΕ. ΗΡΑΚΛΕ. De eo nummo dicemus inferius,
verbo HERACLEA Cœles Syriæ.

ΑΠΑΜΕΙΑC. ΤΗC. ΙΕΡΑC. ΚΑI. ΑΣΤΛΟΥ,
cum elephantis effigie. *Apameæ sacræ & inviolatae.*

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΓΞΡ. Eæ notæ Seleucidarum imperii
annum CLXIII. indicant. Nummus est Alexandri Sy-
riæ Regis, e Museo nostro.

ΑΡΑΜΙΑ *Phrygiæ, quæ & ad Mæandrum dicta.*

P. LENTVLVS IMPERATOR. In nummi area
serpentes duo, mutuis implexi spiris, AEsculapii sym-
bolum, cum voce diminuta, ΑΠΑ. hoc est, 'Απαμέων.
In infima parte, ΜΥΙΣΚΟΥ, quod Prætoris nomen,
vel Præfecti Urbi. Fuit autem Lentulus, biennio ante
quam M. Tullius Cicero, in Cilicia Proconsul. Exstat
ad hunc ejusdem Tullii epistolarum liber, quibus vel
Proconsul Lentulus, vel Imperator inscribitur. Cili-
ciæ vero Proconsuli, Apamenus etiam conventus pa-
rebat, & Cibyricus, sub quo Laodicea fuit, & Syn-
nadensis. Testis ipse Tullius, lib. v. ad Attic. Epist.
xxi. *Forum institueram agere Laodiceæ Cibyriticum,*
& Apameense ex Idibus Martiis: ibidem Synnadena.
De his Phrygiæ conventibus. Plinius lib. v sect. xxix.
Sed prius terga & mediterraneas jurisdictiones indicasse
conveniat. Vna appellatur Cibyrica. Ipsum oppidum
Phrygiæ est. Conveniunt eo xxv. civitates, celeberrima
urbe Laodicea. . . . Alter conventus a Synnada accipit
nomen. . . . Tertius Apamiam vadit, &c.

.... ΑΜΕ.... ΑΠΕΛΛΑΣ ΦΑΝΙΟΥ. Ex parte alte-
ra: ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΔΕΞΟΥΣΙΑΣ.
ΥΠΑΤ. Καισαρ Σεβαστος, Δημορχης Ἐξουσιας Υπατος.
Cæsar Augustus, Tribunicia Potestate, Consul. Augu-
sti nummus, e Cimelio Regio, & apud Platinum, pag.
45. quem ille nummum sic legit: ΑΠΟΛΛΑΣ ΦΑ-
ΝΙΟΥ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΠΛΟΥΣΙΑC.
ΥΠΑΤ. atque ad oppidum Siciliæ Plutiam refert: cu-
jus Tullius meminit: simul Augusti comitatem com-
mendat, qui Consulatum ejus oppiduli deferri sibi
æquo animo tulerit: quod quidem commentum di-

gnum risu ac sibili est. Nos illud ... A M E . . . nemini dubium fore putamus , qui nummum inspexerit, quin mutilum utraque sui parte vocabulum videatur, pro A P A M E Ω N. Ἀπαλλᾶς autem Græca vox est, quam apud Gruterum quoque reperias , pag. 1130. 8. & in nummis Trallianorum. Et nunc is Phaniæ F. appellatur, Apamenium Prætor.

AΠΑΜΕΙΑΣ. ΠΡΟC. ΜΑΙΑΝΔΡΟN. Tiberii nummus, e Cimelio Regio. Apud Eusebium, lib. v. hist. Eccles. cap. xvi. Εν Ἀπαμείᾳ τῇ ὁρῃ Μαγάνδρῳ. Plinius, tum loc. cit. tum sect. xxxi. *Amnis Maeander..... Apamenam prius pervagatur regionem, &c.*

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΚΙΒΩΤΟC. ΜΑΡCYAC. Nummus Hadriani e Gaza Regia, in quo Marsyas amnis , viri effigie, qua pingi fluvius solet, inter saxa. Κιβωτὸς Ἀπαμέων sic dictum intellige, uti nos Lutetiam Parisiorum, aliaque simili forma dicimus. Plinius, lib. v. sect. xxv. *Tertius conveniens Apamiam vadit, ante appellatam Celenas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Signiae, circumfusa Marsya, Obrima, Orga, fluminibus in Maeandrum cadentibus.* Dio Prusæus, orat. 35. ad Apamenenses , pag. 433. Ταῦτα ποταμῶν οἱ μέγιστοι οὐ πολυωφελέσατο· τὸ δέχην κρήνηδε ἔχουσιν· ὅτε Μαρσύας οὗτος, διὰ μέσου τούτου πόλεως υμᾶς ἐρέων, ὅτε Οργας, ὅτε Μαγάνδρῳ..... τὸ περιφυγίας ὁροθεῖον, καὶ Λυδίας, ἐπὶ τὴν Καρίας. Άλλα τε ἔθυνται ποταμούς πολυωφελότερα, Κασπαδόκες τε καὶ Πάμφυλοι, καὶ Πισίδαι. καὶ τούτοις ἀπασιν ἀγορεύειν υμεῖς καὶ ξυλοδον παρέχεσθε τῷ αὐτῷ πόλιν. Sic quam late pateret Apamenium jurisdiction, indicat. In Notitia Eccles. pag. 19. inter Episcopos Provinciæ Pisidiæ , censetur ὁ Ἀπαμείας τοιούτος. Apud Leunclavium, pag. 96. ὁ Ἀπαμείας.

ΕΠΙ. ΑΡΤΕΜΑ. Γ. ΑΠΑΜΕΙC. KOINON. ΦΡΥΓΙΑC. sub Artema tertium Prætore. *Apamenses. Commune Phrygiæ. Caracallæ nummus e Cimelio Regio, cum aquilæ effigie. Conventum hic habitum ad ludos & sacra. Phrygiæ communia facienda, voces postremæ indicant. Vide BIOTYNIAC KOINON, KΡΗΤΩΝ KOINON, &c. Similis huic Severi nummus,*

NUMMI ANTIQUI

sed virtius apud Occonem , pag. 362. ΕΠΙ. С. Δ.
 ΠΑΝΘΕΙΟΥ. ΑΡΤΕΜΑС. ΑΠΑΜΕΩΝ. ΝΕΙΚΟΜΗΔ. cum legi videatur oportere , ΕΠΙ. С.
 ΠΑΝΘΕΙΟΥ. Δ. ΝΕΙΚΟΜΗΔ. ΑΡΤΕΜΑ. С.
 ΑΠΑΜΕΩΝ. 'Επὶ στατηρὸς Παιθίου δ'. Νεικομήδεων.
 'Αρτέμια Στατηρὸς Απαμέων. Sub Praetore Pantheo quartum Nicomediensium : Artema Praetore Apamenensium. Ut
 eo nummo concordia utriusque oppidi indicetur. De
 hoc Praetore rursum in nummis Magnetum a Sipylo.

ΕΠΙ. СТРА. АΛΥΡΩ..... AT. ΚΥΖ..... МЕΩΝ.
 Caracallæ numimus apud Platinum in Thesauro , pag.
 189. in quo Prætoris nomen detritum , ac virtute edictum , vix ut medicinam ei facere , nisi nummo inspe-
 cto, queas. Urbium nomina , ΚΥΖ. ΑΠΑΜΕΩΝ, legi
 oportere haud temere auguramus : ac civium oppidi
 utriusque concordiam & fœdus intelligi. Aream num-
 mi ara obtinet , cuius utroque ex latere stant Cereris
 tedæ accensæ , serpentibus involutæ : quo symbolo
 Dea Cyzicenorum Praeses adumbratur.

ΕΠ. ΑΥ. ΒΑΚΧΙΟΥ. ΠΑΝΗ. ΑΠΑΜΕΩΝ. 'Επὶ¹
 'Αυρηλίου Βακχίου Πανήγυεις Απαμέων. Nummus Gor-
 diani junioris in Cimelio Regio , cui adjectæ præterea
 syllabæ , quas ipsi vidimus , MAI. & MAP. quibus
 Mæander , Marsyasque , signantur : quorum icones in
 ipso nummo , qua pingi fluvii forma solent , exstant
 & apparent , Marsyasque præterea cum fistula. Vox
 ea πανήγυεις conventum etiam ipsum indicat , ut in no-
 stris monuimus ad Themistium notis , Orat. xxi. i.
 pag. 517. quod petere jura Apameam finitimæ civita-
 tes solerent , ut Plinius loco cit. monet. Hunc num-
 mum Tristanus attulit , tom. ii. pag. 526. Sed & mu-
 tilum edidit , nec prorsus intellexit : sic enim habet :
 ΠΑΥ. ΒΑΚΧΙΟΥ. &c. ac voculas MAI. & MAP.
 in NAI. & NAP. commutavit , nec quid esset πα-
 νήγυεις vidit. Sic in nummo sequente :

ΕΠ. ΑΥ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ. ΠΑΝΗΓ. ΑΠΑ-
 ΜΕΩΝ , qui Decii est , in Cimelio Regio , quem ipse
 Tristanus , pag. 591. & Patinus pag. 392. affert , legit

uterque perperam, ΠΑΥ. cum sit legendum ΕΠ. ΑΥ. Ε'πὶ Ἀυρηλίου, ut in simili altero Gordiani apud Tri stanum, pag. 522. ΕΠ. ΣΤ. ΑΥ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑ ΝΟΥ. Ε'πὶ Στρατηρὸς Αύρηλίου Στρατονικιανὸς. Sub Pra toro Aurelio Stratoniciano. Apud Occonem, pag. 451. mutilus hic nummus affertur, & vitiatus: ΠΑ... ΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ ΠΑΜΗΓΗΡ ΑΠΑΜΕΩΝ. De utroque vero amne, Mæandro & Marsya, Clau dianus lib. i i. in Eutrop.

*Icarium pelagus, Mycaleaque litora juncti
Marsya, Mæanderque petunt: sed Marsya velox,
Dum suus est, flexuque carens: jam flumine mixtus
Mollitur, Mæandre, tuo: contraria passus,
Quam Rhodano stimulatus Arar.*

Sunt in eo nummo Æsculapius, Hygia, Telesphorus, de quibus dicemus in nummis ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ. Επὶ Μάρκου Ἀυρηλίου Ἀλεξανδρου Ἀρχιερέως Ἀπαρέων. Apud Spanhemium, lib. de usu numism. pag. 693. ex Gaza Medicea.

ΑΠΑΜΕΩΝ. Urbis Senatum nummus exhibit, quem vidimus, cum velati capit is iconē: ex parte altera, ΒΟΥΛΗ. Sic ΒΟΥΛΗ ΠΕCCINOΥΝΤΙΩΝ, ΓΕΡΟΤΣΙΑ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, &c.

ΑΠΑΜΕΩΝ ΚΩΚΟΥ. E Museo nostro. Vox pos terior antiquariis adhuc incompta: dicemus de ea opportunius in nummis ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ Epiri. In nummo eo Aquila insidet operi in Mæandri speciem sinuato: qua iconē situs urbis ad eum amnem signifi catur.

ΑΠΑΜΕΙΑ. Caput turritum. Ex parte aversa, tres puellæ cum facibus. Mox ΣΩΤΕΙΠΑ, Servatrix: quam vocem de Cerere hoc loco accipiendam putamus.

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΦΙΛΟΚΡΑΤΩΡ. Aquila Mæandro supervolat, inter Castorum pileos. Ex parte aversa, Palladis caput galeatum. E Cimelio Regio.

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΑΤΤΑΛΟΥ. ΒΙΑΝΟΡΟΣ. Aquila Mæandro supervolat, inter Castorum pileos. Ex parte

aversa, Palladis caput. E Museo nostro. *Apamenium,*
Attalo *Bianore* Prætore.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ *Cariæ.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ.

Apolloniatarum, Pergænsumque concordia. Nummus est perlegans majoris formæ, quem vidimus. In parte aversa, caput Alexandri Macedonis, cum epigraphe: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. ΚΤΙΣΤ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ. Ἀλέξανδρος κτιστός. *Ἀπολλωνία.* Alexander urbis conditor. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Apolloniatae.* A Ptolemaeo quoque, lib. v. cap. 11. inter mediterranea Cariæ oppida, *Ἀπολλωνία* τοῦ; Δαμεδυώ. In Notitia Episc. Hieroclis, pag. 17. inter Antistites Cariæ, εἰς *Ἀπολλωνίαδος.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ *in Eipo.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. Severi, Juliæ Domnæ, & Carrallæ nummi: in quibus stat Juppiter, Mercurius, Mars, Neptunusve, Hercules, aut Dearum aliqua. Getæ quoque, in quo nummo fluvii jacentis effigies, navisque quæ velis fertur, e Cimelio Regio: symbolum felicitatis apud Poëtas. Horatius:

Sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Seneca in Agamemnone:

Vela secundis inflata Notis.

Est ille nummus & apud Platinum, pag. 319. Fluvius hic Aous est, de quo Plinius, lib. 111. sect. xxvi. *Flumen Aous; a quibusdam Ηας appellatum: Apollonia, quondam Corinthiorum colonia &c.* Scylaci: Αἴας ποτημὸς δύπο τοῦ Πίνδου ὁργεις τοῦτο οὐ Απολλωνίας τοῦτο. Lycophron, vers. 1015. & 1019. Αἴας Αἴατος inflexit, qua forma Græci ipsius Ajacis, ducis inter Græcos notissimi, nomen inflectunt. Unde Valerii Maximi locus illustratur, ita scribentis libro primo, cap. v. *Atque illi flumen vicinum mænibus nomine Ηαντεμ in adjutorium se se mittere dixissent.* Apolloniatae videlicet ab Epidamniis suppetias postulabant. Respondere illi:

Habetis *Aīarā*, ab eo subsidium petite. Ludebant homines Græculi in fluminis & Ajacis simili ac plane pari appellatione.

ΑΠΟΛ. apud Goltizium, adjecto fere Magistratus nomine, ΘΕΟΦΙΛΟΥ, aliove simili. In his fere bos, cum lactente vitulo, agri pascuis opimi index.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. Ex parte aversa, IEPA. ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *Sacer Senatus.* Sed est nummus hic Carræ verius adscribendus.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ, cum metæ effigie, in corona laurea: qua ludi ac certamina signantur, in honorem Apollinis edita. Apud Goltzium, tab. 11.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. **ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.** ΚΩΚ.
Apolloniatarum. Apollinis Coca. Nummus Augusti e Cimelio Regio: in quo Apollinis stantis effigies. Ignotum vero id Apollinis cognomen est, nec nobis solum, sed & vetustis scriptoribus, perinde atque illud alterum Dianæ, quæ soror Apollinis, simile nomen, de quo Pausanias in Eliac. prior. pag. 163. Οὐ δέ (βασις) μετ' αὐτοῦ, Ἀπόλλωνος πέπαρτος δέ Ἀρτέμιδος ἔπικλησιν Κοκκώνες.... Αὐθί δέ του δέ Ἀρτέμιν ἐπονομάζουσι Κοκκώνεν, οὐ γένεται τέ λοι μοι διδαχθεῖσαι. *Tum Apollinis aræ post eas: quarta, Diana Coca cognominatae..... Quamobrem vero Coccocam Dianam appellant, non opus fuit mihi edoceri.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΠΡΟΣ. ΡΥΝΔΑΚΩ. L. Veri nummus. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Apolloniata & Rhynaco amne.* Ἀπόλλωνία τοις Ρυνδάνω ποταμώ, in mediterraneis Phrygiæ majoris oppidis, apud Ptolemaum, lib. v. cap. ii.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΡΥΝΔΑΚΩC. M. Aurelii nummus, quem vidimus: Laudat utrumque, & visum a se testatur, Sirmondus noster in Antitristano, p. 34.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΡΕΙΤΩΝ. Nummus Neronis e Gaza Regia. Quo spectaret hic nummus, Patinum fugit, pag. 118. Et in Indice, pag. 7. sic infeliciter legit, ΕΡΕΙΤΩΝ. **ΑΠΟΛΛΩΝΙ.** posteriore hanc voce ipsum signari Apollinem ratus, cuius in nummo im-

pressa effigies: priore, oppidi haec tenus incomperi non men. At Plinio, lib. v. sect. xxx. *Apollonoshierita*. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 13. inter Antistites Lydiæ, ὁ Ἀπολλωνεεςδ. Et pag. 29. ἈπολλωνΘ ιερόν. Hæc vox *Apollinis* fanum sonat: quam vocem in Tullio contra Verrem, ubi aedes *Minervæ* posita dicitur in fano *Apollinis*, non pro oppidi nomine, uti oportuit, sed pro templo *Apollinis*, seu delubro, Eminentiss. Annalium scriptor accepit, ad annum Christi l viii. num. c l x x v i i. Et in Aristide, tom. i. sacr. serm. Latinus interpres, pag. 620. Atqui nos Audomari fanum usitato more, & S. Quintini, & alia ejuscemodi dicimus: cum oppida Divorum cuipiam peculiari mancipata cultu, nomen ab iis fortiuntur.

ΑΠΟΛ. & ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ. Nummi Græciæ veteris apud Goltzium, tab. xxvii. in quibus trium Charitum effigies, fere ut in Tarsensium nummo vidi-
mus, sub Maximino: ad Apollonidem Asiae minoris oppidum spectant, frustra in Europam transferente Goltzio. Plinio, lib. v. sect. xxxiii. *Thyatireni*.... *Hermocapelite*, *Attalenses*, *Apollonidienses*. Est hæc Apollonia a Stephano appellata decimo loco, in-
ter ceteras ejus nominis civitates, κτι Θυατερα χ' Εφε-
σον. Certe disceptant eodem foro Thyatireni, qui Io-
niæ pariter adscribuntur, & Apollonidienses. In No-
titia antiqua Eccles. inter Episcopos ejusdem Provin-
ciæ Lydiæ, cuius Metropolis Sardis est, pag. 13. &
45. ὁ Ἀπολλωνιάδος, ὁ Απαλίας, Οὐρμοκαπηλείας. Pag.
29. Απαλία, Ερμοκαπηλία, Ἀπολλώνας. Apud Leun-
clavium, pag. 90. ὁ Ἀπολλωνιάδος, ὁ Ταλίας, (lege, ὁ
Απαλίας) ὁ Ερμοκαπηλείας.

ΕΠΙ. С Т Р. АΥР. ТЕРТУЛА ОУ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ. ΙΩΝΙΑ. Ἐπί Στρατηγοῦ Αυρηλίου Τερ-
τύλου &c. Sub Praetore Aurelio Tertullo, *Apolloni-
densem in Ionia*, in qua & Ephesus fuit, & Thyati-
ra: quas inter hæc Apollonia a Stephano collocatur.
Apollonienses Tacitus vocat, lib. ii. Annal. pag.
55. loco a nobis allato, lib. ii. sect. lxxxvi. Est
altera

altera quidem Ἀπολλωνία τὸ Ιόνιον in Thracia, eodem auctore Stephano: Ioniam tamen dictam esse aliquam Thraciae regionem, fidenter negamus. Est hic porro Alexandri Severi nummus, e Cimelio Regio: cum Æsculapii Hygiæque icone.

AΠΤΑΡΑΙΩΝ. Pro Ἀπταραις, more Dorico. Sic Cretes & τάους dixerunt pro τέως, interim. Stephano. Απταραι, πόλις Κρήτης... ὁ πολίτης, Ἀπταραι. Plinio, lib. i v. sect. xx. *Aperton.*

ΑΠΤΑ. In nummo quem vidimus, cum apis effigie, quod mellis Cretici symbolum, de quo dicemus alias.

ΑΚΒΑΕ ΣΕΧΤΙΑΕ.

COL. AQVÆ SEXTIAE. LEG. XXV. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinio, lib. i i i. sect. v. *Aqua Sextiae Salluviorum*, in Provincia Narbonensi. Hodie *Aix*. Coloniam pariter Ptolemæus appellat, & vetus inscriptio apud Grutrum, pag. c c c c x i i i.

ΑΚΒΙΛΕΙΑ.

COL. AQVILEIA. Vespasiani, e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinio, lib. i i i. sect. x x i i. *Aquileia colonia*, in decima Italæ regione, Adriatico mari apposita.

ΑΡΑΒΙΑ.

ARAB. AD QVIS. *Arabia adquisita*. Trajani nummus, apud Patinum, pag. 175. & in Cimelio Regio, Museoque nostro.

ΑΡΑΒΙΑ. AVGUSTI. PROV. Ejusdem Trajanus, laudatus a Scaligero, in Animadv. Euseb. pag. 189. ut & alter, **ΑΡΑΒΙΑ. CAPTA.** Eutropius de Trajano: *Arabiam postea in Provincia formam rededit*. Vide Sextum Rufum, & alios. Camelæ in hisce nummis cum Arabia plerumque signatur. Plinius lib. viii. sect. xxvi. *Camelos inter armenta pascit oriens: quarum duo genera, Baetriæ & Arabiae. Differunt, quod illæ bina habent tubera in dorso, haec singula.*

ADVENTVI. AVG. ARABIAE. &
RESTITUTORI. ARABIAE. Hadriani, in co-
dem Cimelio.

A P A B I A. Græcus Hadriani nummus, in quo turrita mulier geminos lactat infantes, e Cimelio Regio.

A R A B. A D Q V I S. Severi, apud Occonem, pag. 353. cum victoriae iconе. Spartanus in Severo, pag. 67. Circa *Arabiam plura gessit* Atque ob hoc rever-fus triumpho delato appellatus est *A R A B I C V S*. Et pag. 71. *Arabas in deditio[n]em accepit*. Sex. Aurel. Vi-tor: Neque minus *Arabas*, simul adortus ut est, in di-tio[n]em redigit provinciæ modo. *Adiabene quoque, ni ter-rarum macies deſpectaretur, in tributarios concessiſſet*. Ob hæc tanta *Arabicum, Adiabenicum, & Parthici cognomento Patres dixere*.

A R A B R I G A. M V N. *Municipium Arabriga*. Caii Cæſaris nummus e Thesauro Goltzii, pag. 242. Plinio, lib. iv. ſect. xxxv. *Arabribenses*, in Lusitania. Ptole-mæo, lib. i i. cap. v. 'Aραβία. Apud Gruterum pag. 162. vetus inſcriptio, A R A B R I G E N S E S.

A P A Δ I Ω N. Paſſim occurrit in nummis. Plinio, lib. v. ſect. xvii. *Arados &c.* In Notitia Hieroclis, pag. 61. Aradus & Antaradus, ceu duo diversa oppida Epifcopali decore inſignia appellantur, in Provincia Phœ-niciae Paraliae, ſive maritimæ: credo, mendose: cum utriusque oppidi unum fuiffe Antistitem merito ſuſpi-cemur, ex epiftola Orientalium decima tertia, in au-ctario Theodoreti, pag. 564. cui ſubſcribit *Museus Epifcopus Aradiæ Tentaridi*, corrupte, ut appetet, pro *Aradi & Antaradi*. Sed ut ut est, posteriore no-mine Antaradi, in illa ipsa Notitia Marathon intelligi haud obſcurum eſt, cum Marathi alioqui nulla ibi-dem mentio alia habeatur. Vide quæ diximus in Notis & Emend. ad lib. v. num. xlviii. quibus hæc ad-ji-cere corollarii vice operæ preſtum viſum eſt, alieno potius loco, quam nullo. In nummo porro A P A -Δ I Ω N, e Cimelio Regio, adjicitur epocha, E T. Z O Y. hoc eſt, ἐπει νοζ. anno cccc lxxvii. Quod ſi Aradiorum, ut extra dubium eſt, Tripolitanorumque, qui coniuncti Aradiis fuere, ſimiſis æra eſt: cum horum nummus, cui annus inſcribitur dxxxii. tertium

Elagabali annum indicet , qui Urbis fuit DCCCCLXXII. neceſſe eſt hoc Aradiorum nummo ſignari annum Urbis DCCCCXVIII. atque adeo M. Aurelii Antonini eſſe nummum eum , non , ut Triftanus creditit , qui numeri notas omiſit , aliique qui retulere , Caracallæ. Et ſane M. ANTΩNEINOC. AΥΓΟΥСTOC tantum inſcribitur. Inde porro efficias , quod alios haec tenus fugit , Tripolitanorum Aradiorumque æram eandem eſſe plane cum æra Seleucidarum , atque ab anno Urbis conditæ CCCCXLII. una cum Seleuci Nicatoris principatu in Syria , duxiſſe initium.

A PAΔIΩN. EΓT. Domitiani nummus , cum bove cornupeta , apud Patinum pag. 166. quo annus ſignatur τρίτη , hoc eſt , CCCLXXXV. qui ex ſuperiore computo plane incidit in Urbis annum DCCCLXXXVI. Domitiani quartum.

A YT. KAIC. ΔΟΜΕΤΙΑΝΟC. CEBACTOC. Ex parte aversa , A PAΔIΩN BMT. Apud Patinum , loc. cit. cum Fortunæ iconæ , Iſidiſve , quæ temonem & Copiæ cornu gerit. Sed numerales notas in mendo cubare ex ſuperiore proxime nummo liquet , legique oportere , BΓT. ut ſit is annus æra Seleucidarum , Aradiorumque , CCCLXXXII. Urbis Romæ , DCCCLXXXIII. Domitiani primus.

A PAΔIΩN...OT. Trajano hunc nummum adſcribit idem Patinus , pag. 187. quem Neronis eſſe verius putem. Annum indicat CCCLXX. qui Urbis Romæ DCCCXI. Neronis ſextus. Eſt & M. Aurelii ſimilis , apud Patinum , cum ſimiли Fortunæ effigie , pag. 246.

ARAVSIO.

COL. ARAVSIO. SECUNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. Nummus Neronis , in Thesauro Goltzii , pag. 327. *Colonia Arausio Secundanorum Cohortis XXXIII. Voluntariorum.* Plinius , lib. III. ſect. v. *Colonia Arausio Secundanorum.* Deducti nempe eo milites ex cohorte XXXIII. ſecundæ legionis. Ho- die Orange , in Delphinatu Provincia Galliæ.

APEΘΟΥΣΙΩN. Neronis nummus , e Thesauro Golt-

zii. Plinio, lib. i v. sect. xvii. *Arethusa*, & *Arethusa*, in Macedonia. Stephano: Ἀρέθουσα, πόλις Συετας, καὶ Θράκης, καὶ Εὐζοίας . . . τὸ εἴδηντον, Ἀρέθουσα.

ARELATE.

COL. ARELAT. SEXTAN. Caii Cæsaris nummus in Thesauro Goltzii. Plinio, lib. 111. sect. v. *Colonia Arelate Sextanorum*. Quod erat colonia nempe militum sextæ legionis. Sic Primanos primæ, Una & vicesimanos vicesimæ primæ, Tacitus vocat, lib. 11. hist. pag. 44. Tertianos tertiaræ, lib. 111. hist. pag. 68. Quintanos, lib. i v. hist. pag. 96. &c. Legionem Primanorum & Quartanorum, Capitolinus in Clodio Albino, pag. 81. Apud Gruterum, pag. 257. SEXTANI. ARELATENSES.

SARL. In nummis Constantini, & aliis: hoc est, *Sigillata Moneta Arelate*. Vide SISCIA.

APΓΕΙΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia, tab. xii. Sedet in eo nummo Juppiter Μελιχός, hoc est, Placabilis, sive Mansuetus, cuius simulacrum e candido marmore, Polycleti opus, Argis fuit, teste Pausania in Corinth. pag. 62. Ἄγαλμα δὲ τοῦ καθήμενον Διὸς Μελιχέου, λίθου λαύρος, Πολυκλείτου ἢ ἐργον. Ex parte altera Apollinis Lycae caput: de quo mox iterum. Fuit oppidum Peloponnesi Argos, ex quo gentile nomen Ἀργεῖος, ut Stephanus, aliquie admonent. Plinio, lib. i v. sect. ix. *Argos Inachium* &c.

APΓ. Dimidiati lupi effigies: in superficie nummi altera idem Apollo Lycaeus, cum Prætoris nomine, ΖΕΝΟΦΙΛΟΥ. De Lycei appellatione, cur Apollini sit attributa, Pausanias hæc habet, in Corinth. pag. 53. Πλιστὸν δὲ Ἀπόλλωνός ἔστιν ιερὸν Λυκείου . . . Φοιτάντων γὰρ λύκων σφίσιν ὅπις τοῖς ποιμνας, ὡς μιδένα τῷ καρπὸν ἐπὶ αὐτῷ, ὁ θεὸς (τεόπον ὄντινα εἰπὼν) ἐντὸς ἐκειπο αὖτον ξύλον, πούτου φλοιον ἐγένετο τοῦ ξύλου, καὶ κρέας δρμοῦς περιθεῖναι τοῖς θηρείοις· καὶ τοῦ μὲν αὐτίκα ὡς ἐγενόσαντο, διέφερεν δὲ φλοιος· τοῦ ξύλου δὲ σκεῖνα μὲν τὸ ιερῷ τοῦ Λυκείου, &c. Nec longe abest Apollinis sacellum Lycei cognomento: Cum enim lupi ovilia tantopere vestarent, nullus ut jam ex

illis capi fructus posset, indicavit Apollo quo loco aridum quoddam lignum jaceret: cuius corticem carnibus permixtum cum ex eodem oraculo lupis apposuissent, illi, simul atque gustaverunt, interempti sunt. Lignum quidem ipsum in æde Lycae Apollinis positum est, &c.

A PΓΟΣ. Lupi iterum dimidiati effigies. In superficie altera, A, prima scilicet Argivorum nominis littera: mox delphinus, Neptuni symbolum: & bipalium, ut videtur, agriculturæ. Ut Argivorum regionem inundasse olim Neptunus dicatur, ex repulsæ indignatione, refert Pausanias, in Corinth. pag. 64. Porro murem etiam Argivorum monetæ insculptum fuisse, docet Julius Pollux, lib. ix. cap. v i.

A PΓΕΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Laudatus a Scaligerio nummus, in animadv. Euseb. pag. 113. in quo cave credas gentilitium nomen esse Ἀργείου, pro Argivo: est enim patronymicum, ac proprium viri, Argei videlicet Macedonum dynastæ, qui Tulli Hostilii Romanorum regis ætate vixit.

ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. *Iuno Argiva.* Neronis nummus, apud Occonem, p. 8. & in Cimelio Regio, Museoque nostro, in quo mulier velato capite, hoc est, ipsa Juno Argiva. Ea enim Argis nata ferebatur: atque eo loci Ἡρα, seu Junonis sacra siebant, & hecatombe. Homero, Ήρη Ἀργείην. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. xxiv. IVNONI. ARGEIAE. Apud Pausaniam in Lacon. pag. 95. Ήρας Ἀργείας ναός.

ΑΡΓΕΙΩΝ. Antonini Pii, e Cimelio Regio. Isis stans cum sistro. Fuit Isis scilicet Inachi regis Argivorum filia: & eadem Juno existimata. Est & in eadem Gaza Juliae Domnæ nummus, in quo Juppiter stat.

ΑΡΓΙΛΟC. Stephano urbs Thraciæ est ad Strymonem fluvium. Ἀργιλού, πόλις Θράκης.... τοῦτο Στρυμόνι ποταμῷ.... ἡ πολῖται, Ἀργίλοι.

ΑΡΙΜΕΙΝΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. xxxiv. in qua & alter API M. cum fistulis, quas invenisse Pan creditur, Plinio teste lib. vii. sect. lvi. Eisdem, lib. iii, sect. x x. in octava Italæ regione,

Ariminum colonia, &c. Hodieque Rimini.

A P I C B E Ω N. Trajani nummus, ab Arisbe Troadis oppido, apud Plinium, lib. v. sect. xxxii. non ab altero cognomine in insula Lesbo, quod, ut idem auctor affirmat, sect. xxxix. terrarum jam olim fuit motu subversum. Hujus quæ in Lesbo erat, gentile nomen ex Stephano Ἀριμίνῳ fuit: alterius quæ in Troade, non satis liquido prodit: at idem ex nummo liquet.

A P K A Δ I Ω N. Δ H M O Σ. Apud Goltzium, in vetere Græcia, tab. xi. De Arcadia, mediterranea Peloponnesi parte, Plinius lib. xv. sect. x. Stephanus: Αρκάς, Αρκάδος, ἀφ' εὗ Αρκάδιος. In eo nummo Mercurius cum petaso pictus, & alis, quæ sunt ejus Dei insignia: quem Arcadem fuisse ferunt, unde & Deus Arcas est a poëtis, & Cyllenus, a Cyllene Arcadiæ monte scilicet, cognominatus.

A P K A Δ I Ω N Δ H M O Σ, cum Jovis Lycaeī effigie, cui a Lycaeō Arcadiæ monte nomen. Strabo, lib. viii. pag. 388. Τὸ τοῦ Λυκεῖου Διὸς ἵερῷ τὸ Λυκεῖον ὅρεον. *Lycaeī Iovis fanum ad montem Lyceum.*

A P K A I Ω N. Tiberii nummus in collectaneis Ligorii, attestante Spanhemio, ad Juliani Cæsares, pag. 372. Plinio, lib. v. sect. xvii. *Arca*. Stephano: "Αρκη, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Αρκα τὸ ἔθνος, Αρκαῖος. Stephani interpres Arcam cum Ace, hoc est, Ptolemaïde, inculta miscet. Fuit hæc Alexandri Severi Imp. clara natalibus, ut est auctor Lampridius in ejus vita, ubi urbem Arcenam, vocat, pag. 114. & *Arca Cæsaream* pag. 118. Aurelius Victor, de Cæsaribus, in Alex. Severo, de eo Syriae oppido agens, *cui duplex*, inquit, *Cæsarea & Arca nomen est.*

A P M A T E Ω N.

A P. & A P M. in nummis Græciæ veteris apud Goltzium, tab. xvii. Αρμα, vicum agri Tanagrici notat, cui nomen ab Amphiarai curru, ἡπτὸ τοῦ Αμφιαρέου ἄρματος. Stephano: "Αρμα, πόλις Βοιωτίας..... τὸ ἔθνος, Αρματεύς. In his fere nummis Pallas insculpta, cum Pegaso.

ARMENIA.

ARMENIA. CAPTA. Nummus Augusti, cum arcu & pharetra, bellicæ virtutis insignibus, apud Occonem, pag. 54. Horatius, i. Epist. 12.

Claudi virtute Neronis

*Armenius cecidit, jus imperiumque Phraates
Cæsar is accepit genibus minor.*

ARMENIA. ET. MESOPOTAMIA. IN. PO-
TESTATEM. REDACTAE. Trajani, ex Re-
gio Cimelio: & apud Occonem, pag. 215. Mesopota-
mia inter duos fluvios, Tigrin & Euphraten, a Tra-
jano calcatur. Eutropius: *Ibi tres provincias fecit, Armeniam, Assyriam, & Mesopotamiam.* Spartianus in Hadriano, pag. 10. *Armeniis regem habere permisit, cum sub Trajano legatum habuissent. A Mesopotamiis non exegit tributum, quod Trajanus imposuit.*

ARMENIA DEVICTA. Trajani apud Occonem, pag. 215. ut & alter ejusdem Augusti, ARMENIA. SVBACTA.

REX ARMENIS. DATVS. Antonini Pii apud Occonem, pag. 251. Julius Capitolinus, in Antonino, pag. 20. hoc tantum: *Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione solis litteris repulit.*

ARMEN. Nummus L. Veri, apud Patinum, pag. 255. & ARMEN. CAP. *Armenia capta*, ejusdem Veri, e Museo nostro. In his sedet Armenia pileata, ac lugens. Capitolinus in Marco, pag. 25. *Ad Parthicum bellum.... Verus missus est.... Gestæ sunt res in Armenia prospéra per Statuum Priscum Artaxatis captis: delatumque Armeniacum nomen utrique principum*, Marco Aurelio, & L. Vero. Huc spectat & alter ejusdem Veri nummus, in quo pariter Armenia pileata sedet, cum epigraphe, VICT. AVG. Victoria Augusti.

REX. ARMEN. DATVS. L. Veri, apud Pati-
num, pag. 255. REX ARMENII S. DATVS.
Ejusdem Veri in Museo nostro. Capitolinus in Vero, pag. 38. *Confecto sane bello Parthico, regna regibus, provincias vero comitibus suis regendas dedit.* In altera

nummi superficie, L. AVREL. VERVS. AVG.
ARMENIACVS.

A PMENIA. L. E. λυρέσαρτος ē. anno quinto, imperii
scilicet L. Veri, quo devicta utique Armenia est. In
Cimelio Regio.

APOXEΩΝ. ΜΥΩΝΟΣ ΣΥΝΑΡΞΙΑ. *Arochensum,*
Myone collega Magistratus. Claudii nummus e Cime-
lio Regio, quo se collegam Magistratus Arochensium
cum Claudio, ut videtur, Myon ejus urbis Archon fa-
cit. Refert hunc nummum *Tristanus*, tom. i. pag.
187. atque ita legit: ΜΥΩΝΟΣ. ΣΥΝ. ΑΓΧΙΑΛ.
APOXEΩΝ. Patinus item, in Claudio, pag. 101.
Myonem deinde uterque oppidi nomen esse commi-
nitcitur, in Locris positi. Anchialum deinde ex Cilicia,
Thraciave ambo advocant: Arochæos demum in Ma-
gna Græcia statuunt, quod Arocha ibi aminis a Plinio
agnoscitur, lib. 111. sect. xv. Tria tamen oppida tanto
inter se spatio terrarum dissita, cur in uno simul num-
mo copulentur, expedire se minime posse iidem con-
tentur. At oppidorum nomina sic inter se neci in
nummis, vocula illa copulativa σύ, plane insolens est:
& Myonis nomen, viri esse, non oppidi, liquet; præ-
fertim ex simili Smyrnæorum nummo, de quo mox
dicemus: cum & statuarium insignem eo nomine fuisse
ex Plinio aliisque constet: ut ΜΥΩΝΟΣ ΣΥΝΑΡ-
ΞΙΑ legi oportere tam perspicuum sit, quam in al-
tero ejusdem Cimelii nummo, qui Augusto Principe
census est, ΣΥΝΑΡΞΙΑ ΑΤΤΑΛΟΥ legimus, quo
in nummo Attali, quem KA. ΑΤΤΑΛΟΝ APXON-
ΤΑ vocat inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 79.
impressa effigies est. Ad oppidi vero nomen quod
attinet, Arochenses quidem qui sint, adhuc incom-
pertum est: ne tamen immutare quidquam ausim, pro-
hibet alter Tiberii nummus, apud Occonem, pag. 95.
& apud Patinum in Thesauro, pag. 51. cuius in una
superficie legitur, ΤΙ. ΚΑΙ Σ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΕΧΟ-
ΠΑ. in altera, ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΛΕΥΘΕΡ.
hoc est, ut ego interpretor, (nam Patinus & alii nihil
hic

ILLUSTRATI.

73

hic videre) ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ, ut in
Træzeniorum nummo, *Deus Augustus Liberator*. No-
tas enim prioris superficie, neque Occo intellexit, ne-
que Amerbachius quem appellat, qui legi voluerit,
ΘΕΟΣ ΕΛΕΥΘΕΡΩΘΕΙΣ ΕΧΘΡΑΣ. *Deus liberatus ab
inimicitia*, ut ab Sejani insidiis evasisse Tiberium, & qui-
dem jam Deum, hic nummus significet. *Nugæ*: Cum
inversæ litteræ nihil aliud quam civium urbis illius, in
qua cuſus nummus est, nomen indicent, A P O X E.
hoc est, A P O X E Ω N. Nec procul a Smyrnæis fuisse
positum id oppidum remur, cum idem Prætoris no-
men, cum eodem Victoriae typo, rursum in nummo
Smyrnæorum occurrat, ut suo loco dicturi sumus,
ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΜΥΩΝΟΣ, qui nummus Caii
Cæsaris Augusti F. nomen præfert. Est autem ΣΥΝ-
ΑΡΧΙΑ, ut initio monuimus, collegium, commu-
nio, societasque Magistratus, quam vel ipsi quoque
Imperatores inire sæpius affectarunt. Nam uti in num-
mis ΑΘΗΝΑΙΩΝ & ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ animadver-
timus, Hadrianus & Gallienus ἀρχοντας, Constantinus
Magnus ἀρχηγος, quod idem est, Athenis fuit. Ita-
que, qui hunc in iis civitatibus una cum Augustis Ma-
gistratum gerebant, jam non ἀρχοντας se simpliciter,
sed συνάρχοντας appellabant, ac veluti Cæsaris, qui tum
ἀρχω εſſet, vicem agentes: ut Myon ille, & Attalus,
jam antea a nobis appellati: Myon quidem, Arocheo-
rum: Apamensium potius quam Atheniensium, ut vi-
detur, Attalus: nam & id obscurum est, & supra
ΑΠΑΜΕΩΝ ΑΤΤΑΛΟΥ nummum inscriptum
vidimus: inferiusque ΑΤΤΑΛΟΝ in Pergamenorum
nummis Prætorem visuri ſimus.

A P Π Α Ν Ω Ν. Pignorii nummus apud Holſten. pag. 280:
& apud Goltzium, in Magna Græcia, tab. xxxii. i.
cum Cereris effigie, & equo, qui Neptuno sacer. Plinius,
lib. iii. ſect. xv. *Arpani*. Apud Frontinum,
Arpanus ager in Provincia Apuleia. Jacet oppidum in
ruinis: nomen tamen adhuc retinet, *l'Arpi*, in Capi-
tanata Italæ regione.

K

AΡΠΑΝΟΥ. In Museo nostro. Equum exslientem exhibet, & bovem cornupetam : Ὀιωπόν agrum eum esse, & Κρομιδέατον, equis abundantem & pascuis opimis, nota hæc utraque indicat.

AΡΠΑΝΩΝ. Cum apri effigie, Calydonii scilicet, ab oppido Ætoliae, ac nemore, in quo Meleager aprum confecit, sic appellati: Idcirco porro in nummis Arpanorum insculptus, quod erant ii Ætolorum coloni, Diomede condente. Plinius, lib. i i i. sect. xvi. *Arpi, aliquando Argos Hippium, Diomede condente, mox Argyrippa dictum.* Maro, lib. x. Æneid.

Atque iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis Tydides.

Tzetzes, in Lycophr. Οὐ δὲ Διομήδης ἀπ' Αἰτωλίας ἀπελαθεὶς τὸ ἔωτον πατέρος, οὐ Αργυρεῖσπαν πόλιν, μετερμυνθεὶς Αργος Γεωπειον, δομίσεται, &c. Diomedes Ætolia, patria terra pulsus, Argyrippam urbem, quam interpreteris Argos Hippium, exstructet, &c.

AΡΠΑΣΕΩΝ.

AΡΠΑΣΙ. Plinio, lib. v. sect. 29. in Caria, *Harpasa apposita fluvio Harpaso.* Stephano: "Αρπασσα, πόλις Καρίας, τὸ Αρπάσου ποταμοῦ. τὸ Ἐθνικὸν, Αρπασεύς.

ΑΡΣΙΝΟΙΤΩΝ.

AΡΣΙΝΗ. L. I A. Αρσινοῖς τῶν, Λυκεῖας id. hoc est, anno undecimo principatus Hadriani, cuius ille nummus est, in Cimelio Regio. Arsinoitæ duo Ægypti nomi sunt Plinio, lib. v. sect. ix. Nomen utrique ab Arsinoë, quæ Ptolemæi Philadelphi ex utroque parente soror, eademque conjux fuit. Auctor Pausanias in Atticis, seu libro i. operis sui. Sed est & Arsinoë altera ad Arabicum sinum, cui perinde ab ea Philadelphi sorore nomen, teste Plinio, lib. vi. sect. xxxi i i. Ex via omnes Arsinoën ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra, a Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excussum, & amnem qui Arsinoën præfluit, Ptolemaeum appellavit. Est & tertium ejus nominis in Cyrenaïca regione oppidum, de quo nos cum Plinio, lib. v. sect. v. Sed ad primam ex his Arsinoën, cui nomo

Arsinoëtæ nomen in Ægypto fuit, ad Nili latus occidentale positam a Ptolemæo, qua spectat Africani, nummum hunc Hadriani spectare, verius arbitramur: quod ceteræ pariter Ægypti præfecturæ in Hadriani gratiam nummos cudi jusserint, quos suis afferemus locis. Philadelphi & Arsinoës nummus est perelegans apud Seguinum, pag. 47. nunc Cimelii Regii, cum epigraphe ΘΕΩΝ, qua parte Ptolemæi Lagidæ & Berenices conjugis capita repræsentat: ΑΔΕΛΦΩΝ, qua Ptolemæi Philadelphi & Arsinoës sororis.

ARCHELAIS.

COL. CAES. ARCHELAIS. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinius lib. vi. sect. iii. *Cappadocia intus habet coloniam Claudii Cæsaris Archelaïdem, &c.* Subacti jam ante a Tiberio Cappadoces, teste Aurelio Victore, de Cæsar. *Cappadoces subacti, remoto rege Archelao.*

ΑΡΧΕΛΑΙΩΝ. ΚΑΙ ΚΑΠΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 209.

ASIA, pro Orientali parte Romani imperii.

CAESAR. IMP. VI. ASIA. RECEPTA. Ab Augusto videlicet, cuius hic nummus est, apud Occonem, pag. 51. Antonio devicto cusus, cui hæc portio imperii Romani obtigerat.

ASIA propria dicta, seu quæ Proconsuli parebat.

COM. ASI. ROM. ET. AVG. *Commune Asie, Romæ & Augusto.* Tiberii nummus, in Cimelio Regio: item Claudi. Commune fanum intellige; commune sacrum, & commune certamen, a tota ejus Provinciæ communitate editum. Vide quæ ex Tacito dicturi sumus in nummis ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Constatbat ea communitas Asie oppidis omnino tredecim, ut ex nummo Antonini Pii liquet, de quo dicemus, verbo ΡΩΔΙΩΝ. In his, quod singulare est, septimum locum Magnesiam obtinuisse ex nummo Gordiani tertii liquet, e Cimelio Regio: ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΒΔΟΜΗ ΤΗC. ACIAC. uti dicemus, verbo ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Commune Asie Concilium* dixit Gellius, lib. ii. cap. vi.

NUMMI ANTIQUI

CIVITATIBVS. ASIAE. RESTITVTIS. In parte altera : T I. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGUST. P. M. TR. P. XXI. S. C. *Tiberius Cæsar Divi Augusti filius Augustus, Pontifex Maximus, Tribunicia Potestatis xxii. Senatus Consulto.* E Cimelio Regio, & Museo nostro. Monumentum istud est Tiberianæ munificentiae in urbes duodecim, quæ fuerant terræ motu prostratae. Plinius noster, lib. II. sect. LX XXVI. *Maximus terra memoria mortalium existit motus, Tiberii Cæsaris principatu, xii. urribus Asia una nocte prostratis.* Tacitus lib. II. Annal. pag.

^{c. 47} *Eodem anno duodecim celebres Asia urbes collapsæ nocturno motu terræ, quo improvvisor graviorque pestis fuit . . . Asperima in Sardianos lues, plurimum in eosdem misericordia traxit: nam centies seftertiæ pollicitus Cæsar: & quantum ærario aut fisco pendebant, in quinquennium remisit. Magnetes a Sipylo proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Ægætas, Apollonienses, quique Mosteni, aut Macedones Hyrcani vocantur, & Hierocæsaream, Myrinam, Cymen, Tmolum, levari idem in tempus tributis, &c. Ephesum his adjungit Eusebius in Chron. nummique Ephesiorum confirmant, quos suo afferemus loco. Contigisse id Tacitus narrat, anno Tiberii principatus quarto.*

RESTITUTORI. ASIAE. Hadriani, e Cimelio Regio.

ACIBAIΩN. Gordiani nummus, apud Spanhemium, lib. de usi numism. pag. 898. ab "Ασία Ponti Cappadocii oppido mediterraneo, cuius meminit Ptolemæus, lib. v. cap. vi.

ASIDO.

C. A. C. Has notas, quas ante nos expedire nemo tentavit, sic interpretamur : *Colonia Asido Cæsariana.* Nummus Antonini Pii e Cimelio Regio : quo in numero templum quatuor columnarum totam aversæ partis aream obtinet, ut in Abderæ Hispanicæ nummo, hoc est, ejusdem fere tractus, templum esse columnarum quinque antea monuimus. Plinius, lib. III. sect,

III. In mediterraneo Colonia Asido, quæ Cæsariana, in Bætica: postea Asidonia, demum Medina Sidonia appellata. Neque tamen esse videtur Ptolemæi "Ασιδονία", libro 11. cap. 1 v. inter Bætin Anamque sita.

A C I N A I Ω N. Nummi Severi, acJuliae Domnæ, in quibus Æsculapii stantis effigies, qui Deus urbis ejus fuisse præses videtur. E Cimelio Regio. Plinio, libro 1 v. seet. viii. Oppidum Asine. Stephano: 'Ασίνη, πόλις Λακωνικῆ... τὸ ἔθνος, 'Ασινᾶς, καὶ 'Ασινᾶς.

A Σ Κ Α Λ Ω Ν Ι T Ω N, in Palæstina.

A Σ Κ Α Δ. Ex parte altera, ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Augusti nummus, e Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 45. In eo porro nummo, & in altero Antonini Pii mox appellando, quem & Patinus affert, pag. 227. insculpta cernitur mulieris turritæ effigies, qua ipsa signatur civitas Ascalonitarum: juxta columba adstat, Veneris Cælestis symbolum, cuius Numini addicti in primis Ascalonitæ fuere. Testis Pausanias in Atticis, pag. 14. Τερψίνη Αφεδίτης Οὐρανίας· τοῖς δὲ ἀνθρώπων Ασυεῖοις κατέστη σεβεσθαι τὴν Οὐρανίαν. μὲν δὲ Ασυεῖοις Κυθηρίων Παφίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ασκάλωνα ἔχουσιν εἰς τὴν Παλαιστίνην. τοῦτο δὲ Φοινίκων Κυθηρίοις μαζίντες σεβουσιν. *Veneris Cælestis delubrum: hanc primi hominum Assyrii coluere: a quibus Paphii in Cypro acceptum sacrorum ritum, cum Phœnicibus qui in Palæstina Ascalonem urbem incolunt: Phœnices, cum Cytheriis communicarunt. Hinc Cytherea Venus, & apud Nasonem, lib. x v. Metam. vers. 386. Cythereiades columbæ appellatæ. De Venere Cælesti alii ante nos multa dixere, quibus idecirco supersedemus. Est & in nummo Juliae Soemiadis, Elagabali matris, VENVS CAELESTIS. Qua forma in Ascalonitarum nummis depingitur, eadem a Luciano describitur, in opere de Syria Dea, pag. 1070. Altera enim manu sceptrum tenet, colum altera: gestat in capite radios, & turrim, & cestum, &c. Χειρὶ δὲ τῇ μὲν ἐπέρην οὐκ πλεγμένῃ, τῇ δὲ τερψίνῃ δὲ ἀπεκατοντῇ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτίνας τε φορέι, καὶ πύργον, καὶ πέτραν, τῷ μουσείῳ τὸ Οὐρανίου κορυφαῖσιν, &c. Hæc quarta Venus est Tul-*

NUMMI ANTIQUI

lio, lib. i i i. de Nat. Deor. *Syria Tyroque concepta;*
quaē Asfarte vocatur.

AΣΚΑΛΩΝ. ῬΜΠ. Annus cXLVI. Claudii nummus, Urbis annum D C C X C V. ejus principatus alterum denotans.

ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ. Titi, apud Tristananum, pag. 304.
cum effigie Veneris Cœlestis, de qua supra.

ΑΣΚΑΛΩΝ. Trajani, & Hadriani. Plinio, lib. v. sect.
x i v. *Ascalo liberum*, in Palæstina. Stephano : 'Ασκα-
λὼν, πόλις Σεβαστοῦ . . . τὸ ἔδραστον, 'Ασκαλωνίτης, καὶ 'Ασκα-
λώνιθ. Hodie Scalon. In nummo apud Occonem
pag. 8 i. adduntur hæ litteræ Δ Ο Ρ, inversæ scilicet
pro Ρ Ο Δ, ut annus indicetur c L X X I V. Unde intel-
ligas non Augusti hunc nummum esse, quanquam ei ab
Occone adscribitur, sed Vespasiani : atque hunc an-
num æræ Ascalonitarum incidere in annum Urbis
D C C C X X V. qui Vespasiani secundus fuit : cum ex
Chronico Eusebiano in Probo, annus ejusdem æræ
C C C L X X X. in annum Probi alterum competit, qui
fuit Urbis M X X X I. Quare neque ille, qui Tito vulgo
adscribitur, signaturque **ΑΣΚΑΛΩΝΙΤ ΔΠ.** cui
nempe adjicienda littera P, quæ in exeso nummo in-
tercidit, ut acute Spanhemius vidit, lib. de usu nu-
misim. pag. 669. neque is, inquam, Titi est, sed Do-
mitiani : cuius imperii annus tertius, qui Urbis est
D C C C X X V. congruit cum anno ρωδ' hoc est, CLXXXIV.
Ascalonitarum æræ : quam cœpisse idcirco necesse est,
anno Urbis D C L I I. C. Mario quartum, Q. Lutatio
Catulo Coss.

ΑΣΚΑΛΩΝ. B Ζ C. 'Ασκαλωνῖτῶν, annus C C L X I I. Qui vi-
cesimus tertius Antonini Pi fuit, Urbis D C C C X I I I. In
Cimelio Regio. Neptunus ibi stat cum tridente.

ΑΣΚΑΛΩΝ. CNE. Antonini Pi, apud Patinum, pag. 227.
& in Indice, pag. 13. & in Cimelio Regio. Veneris
Cœlestis effigiem exhibet. Annus στέ, sive CCLV. incidit
in annum Urbis D C C C V I. Antonini sextum decimum.

ΑΣΚΑΛΩΝ. B Σ C. Faustinæ junioris nummus, in quo Ca-
storis & Pollucis effigies, apud Patinum, in Indice,
pag. 16. Sed notæ numerales in mendo cubant : legi

enim oportuit, ΕΞC, hoc est, inversis nempe litteris, σξέ, anno CCLXV. M. Aurelii, cuius Faustina conjux, tertio: Urbis Romæ, DCCCCXVI. cum in superiore Antonini nummo notæ illæ σξβ' annum principatus ejus XXII. signarint.

A C K A A Ω. AKT. Nummus Elagabali, e Gaza Regia, cœsus anno Alcalonitarum æræ τκά, hoc est, CCCXI. Urbis Romæ, DCCCCLXXII. Elagabali secundo.

A C P E N Δ I Ω N. Treboniani nummus apud Patinum, pag. 398. Vidimus in Cimelio Regis Christianissimi. Luctatores in eo nummo insculpti, quem Aspendiorum monrem fuisse in moneta signanda, Patinum fugit. At Julius Pollux, lib. ix. cap. v i. Ἀσπενδίοι παλαιῶτας τῷ νομίσματι ἐνεχάρχεσθον. Aspendii luctatores monetæ insculpsere. Ut Lacedæmonii scilicet, a quibus ortum ii traxere, teste Strabone, lib. xi v. pag. 667. Plinio, lib. v. sect. xxvi. Aspendum, in Pamphylia. Et mox, Eurymedon amnis juxta Aspendum fluens. In edito colle posita civitas a Mela dicitur, lib. i. cap. xiv. Stephano: "Ασπενδον, πόλις Παμφυλίας ... ὁ πολίτης, Ασπενδός. Vide ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ.

A ΣΠΛΗΔΩΝΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Caii Caligulae Cæsaris, e Thetauro Goltzii, pag. 210. Plinio, lib. iv. sect. xii. Aspledon. Stephano: "Ασπληδών, πόλις Φωκίδος... τὸ ἔθνικόν, Ασπληδόνιος.

A ΣΣΙΩΝ.

K P I N A K I Δ H C. ACCION. Ara cum serpente, quo Æsculapius indicatur. Commodi nummus e Cimelio Regio. Crinacides Assorum Prætor.

A C C E Ω N Juliae Domnæ nummus, de quo dicemus, verbo ΠΙΟΝΙΤΩΝ. Stephanus: "Ασσός, πόλις Αἰολίδος... τὸ ἔθνικόν, "Ασσός, ὁ Ασσός. Plinio, lib. v. sect. xxxii. Assos, in Æolide. Nunc quoque Assum vocant.

A S S O R V. Juvenile caput laureatum, apud Parutam. Plinio, lib. iii. sect. xiv. in Siciliæ oppidis, Assorini. Tullio, Verrina iv. Assorini viri fortes ac fideles: sed nequaquam ex tam ampli, neque ex tam nobili civitate. Hodieque tenue oppidulum est, cui "Ασσογή nomen

NUMMI ANTIQUI

apud Stephanum. Nunc *Asaro*. Chrysa amne alluitur, quem nunc *Battaino* accolæ nuncupant. Is in altera nummi parte pingitur stans cum urceolo, quem dextra: & Copiæ cornu, quod lœva gerit: epigraphæ, CRY SAS, Tullius, loco cit. *Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Earum ejus est in agro, propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. In eo est Chrysæ simulacrum, preclare factum e marmore.*

ASSYRIA.

IMP. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M.
TR. P. COS. VI. P. P. ASSYRIA. IN. POTESTATEM. P. R. RED. *Imp. Trajanus Augusto, Germanico, Dacico, Pontifici Maximo, Tribunicia potestate, Consuli sextum, Patri Patriæ. Assyria in potestatem Populi Rom. redacta. Occo*, pag. 214.

ASSYRIA ET. PALAESTINA. IN. POTEST.
P. R. RED. S. C. Idem, pag. 215.

VICT. ASSYR. S. C. Idem.

ASTA, *in Bætica.*

AETERNITATI. AVGVSTAE. C. A. R. Tiberii nummus, in quo templum quatuor fultum columnis. Similis alter ejusdem Tiberii affertur a Patino in numismatum indice, pag. 4. AETERNITATI. AVGVSTAE. C. A. I. in quo templum quatuor vel sex columnarum. Tertius Tiberii pariter, ex Cimelio Mediceo, a Mediobarbo, pag. 71. AETERNITATI. AVGVSTAE. C. V. T. T. & ab Ant. Aug. Dial. 2. Suadet autem omnino similis in triplici nummo epigraphæ, ut in Hispania pariter signatos omnes fuisse credamus: atque adeo his notis in priore nummo, C. A. R. Coloniam Astam Regiam indicari: non, uti Mediobarbus, & alii voluerent, Coloniam Augustam Rauracorum. In altero, Coloniam Augustam Julianam, quæ nunc Gadis vocatur, ut suo loco dicemus. In tertio, Tarraconem.

CQL. ASTA. REG. Nummus Neronis, e Thesauro Golzii, pag. 237. Plinius, lib. 111. sect. 111. *Coloniae: Asta,*

Asta, quæ Regia dicitur, &c. in Bætica: Nunc Xerez della Frontera, ad amnem Guadalete, teste Mart. de Roa, in hist. Astigit.

ASTIGI.

COL. AVG. FIRMA. Galbae nummus e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. 111. *Astigitana colonia, cognomine Augusta Firma, in Bætica: Hodie Ecija, inter Hispalim & Cordubam. Apud Gruter. pag. 101.* COL. AVG. FIR. Astigi reperta inscriptio. Et apud Mart. de Roa, in hist. Astigit. COL. IVL. AVG. FIR. A Legione aliqua sic cognominata traxit & ipsa colonia hanc appellationem. Sic apud Gruterum, pag. MXCVI. 6. LEG. XVIII. FIR M. Et pag. CCCXXVII. 11. LEG. XVI. FLAVIAE. FIRMAE.

ASTVRICA.

COL. ASTVRICA. AVGVSTA. Nummus Augusti, in Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. 1v. *Asturum populi, divisi in Augustanos, & Transmontanos, Asturica urbe magnifica, in citeriore Hispania. Ptolemæo, lib. II. cap. VI. 'Αστυρικα 'Αυγούστα. Nunc Astorga, in regno Legionensi.*

ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΤΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 210. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Astypalaia liberæ civitatis insula. Stephano: 'Ασυπάλαια, νῆσος μία τὸς Κυκλαδῶν....: τὸ ἐθνικὸν, 'Ασυπαλαιός, καὶ 'Ασυπαλαιάτης. Sed ut ab 'Ελαιά fit 'Ελαιήτης, sic & ab 'Ασυπάλαια fit 'Ασυπαλαιήτης.*

ΑCTΥΡHNEIΩN. Nummi Antonini Pii, apud Patinum, pag. 227. cum effigie Dianaë multimammiaë, quam & Ephesiam vocant. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Astyre, in Æolide, seu Mysia. Ibi Dianaë Astyrenam coli solitam, auctor est Strabo, lib. XIII. pag. 606. Stephano: Αἴσυρα, πόλις Μυσίας.... τὸ ἔθνος, 'Ασυριώς· αφ' οὗ τὸ δι' Ασυριῶν 'Αρτέμιδος ιερόν. Vide & Pausaniam in Messenicis, pag. 146.*

ΑΤΕΛΛΑΝΩN. Plinio, lib. III. sect. IX. *Atellani. Nunc S. Arpino, sive S. Elpidio. Stephano: 'Ατελλα,*

πόλις Ὄπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύνης οἱ Νεαπόλεως. τὸ
ἐθνικὸν, ... Ἀπελλάρδος.

ATT AIT Ω N. Trajani ac Getæ nummi, quos Tristanus ad Atæam Laconicæ refert, Spanhemius ablegat ad Arabiæ Felicis incolas: nos, uti remur, feliciore conjeclura, ad Attæam Phrygiæ oppidum, juxta cognominem sibi paludem, a qua nomen istud alterum hau-sisse videtur: nam & Botieum appellabatur. Stephanus: Βολίειον, πόλις Φρυγίας ἐχεστα λίμνην Αἴθαια λεγο-μένην &c. Exhibitent hi numimi fluvii desidentis ico-nem, cum arundine, soli palustris indice. Ut ab Ελαῖα
Ἐλαῖτης gentile nomen derivatur, sic ab Αἴθαια Ατ-ταΐτης.

ATT A. Cum figura equestris, ex Cimelio Regio.

ATT AIT Ω N. Æsculapius cum baculo & serpente. Ex parte altera, IE POC ΔΗΜΟC. Sacer *populus*. Ex eodem Cimelio, & apud Platinum, pag. 7.

ATT A ΛΕΩΝ. Augusti, ex Cimelio Regio. Commodi quoque, cum Serapidis capite.

ATT A ΛΕΙΩΝ. Tiberii nummus ex eodem Cimelio. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Attalia*, in Æolidis Ly-ciæque confinio. Stephano, Αἴθαλεια, πόλις Λυδίας... τὸ ἐθνικὸν, Αἴθαλδος.

ATT OΥΔΕΩΝ. E Cimelio Regio, ex parte altera, ΔΗΜΟΣ, *Populus*. In Notitia Eccles. antiqua, in-ter sedes Episcopales Phrygiæ Pacatianæ, pag. 27. "Αἴθαλδα, Leunclavius, pag. 98. ὁ Αὐτούδων. In Conc. Calched. act. vi. pag. 604. Symmachius Attudorum Episcopus legitur, Συμμαχοῦ πόλεως Αἴθουδων. For-tassis *Attusa* Plini, lib. v. sect. x l.

ATT VBI.

COL. CLARITAS. IVLIA. Neronis nummus in Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinius, lib. i i i. sect. iii. inter colonias Astigitani conventus, in Bætica, *Attubi*, quæ claritas Iulia. Nunc esse Espejo Marianæ vi-detur, lib. i i i. hist. Hisp. cap. 21. Nobis *Olivera*, prope Ostipponem, quæ nunc *Estepa*, in agro Ossu-nensi.

AVENIO.

COL. AVENIO. Galbae nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. 111. sect. v. in Provincia Narbonensi. *Avenio Cavarum oppidum Latinum. Ptolemæo, lib. 11. cap. x. in Cavaris quoque Avenio colonia appellatur. Avignon.*

AVGVSTA, *in Salassis.*

COL. AVGVSTA. PRAETORIA. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. 111. sect. xxi. *Salassorum Augusta Prætoria Colonia &c. Ptolemæo, lib. 111. cap. 1. Σαλασίων Αὐγούστα Πρετορια κολωνία. Augusta, quod jussu & auspiciis Augusti condita : Prætoria, quod Prætorianorum colonia eo deducta, anno V. C. d c c x x i x. Dionem vide, lib. LII. pag. 514. Nomen antiquum retinet: Aosta, & Augoſta Italij: nobis Aouſte.*

AVGVSTA TIBERIANA.

COL. AVG. TIBER. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 238. Aīunt esse in Germania Ratisponam.

AVGVSTA VINDELICORVM.

TI. CLAVD. TI. F. NERO. COS. ITER. IMP. ITER. *Tiberius Claudius Tiberii Filius Nero, Consul iterum, Imperator iterum. Nux pinea in curru triumphali, Vindelicorum insigne. Hunc nummum fuse explicat M. Velserus in libro rerum Augustanarum, quem vide.*

AVLERCI.

AVLERCO. EBVRUVICES. Nummus Gallorum vetus in Museo nostro, & apud auctorem libri de Monetis Gall. pag. 41. Plinio, lib. 1v. sect. XXXII. *Aulerci; qui cognominantur Eburovices, in Gallia Lugdunensi: Hodie Eureux, in Neustria.*

ΑΥΛΩΝΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nervæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 210. Plinio, lib. 1v. sect. vi. *Aulon. Stephano: Αὐλῶν, πόλις Λακωνικῆ... ὁ πολίτης, Αὐλωνίτης.*

ΑΥΡΗΛΙΟΥΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus insi-

gnis, e Cimelio Regio. Urbs est Lydiæ, cui nomen à M. Aurelio Imp. Commodo patre factum. In Notitia vetere Ecclesiastica Hieroclis, aliisque, pag. 13. e Provincia Lydia, cuius metropolis Sardis, tertio loco ὁ Αὐρηλιουπόλεως appellatur. Pag. 29. nono, Αὐρηλιούπολις. Pag. 45. sexto, ὁ Αὐρηλιουπόλεως, uti & apud Leunclavium, pag. 90. In Conc. Ephes. act. 1. pag. 548. Ἰωάννης ἐλαχίστος ἐπίσκοπος Αὐρηλιουπόλεως, ἐπαρχίας Λυδίας. Occurrit & in eadem Notitia pag. x i. alia Aureliopolis, inter Antistites Provinciae Ephesi: ὁ Αὐρελιουπόλεως, qui pag. 43. ὁ Αὐρελιουπόλεως nuncupatur.

ΑΦΡΟΔΙCΙEΩΝ. M. Aurelii, Crispinæ, Juliae Domnæ, & Saloniæ e Cimelio Regio nummi. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Aphrodisenses liberi.* Stephano: Ἀφρεδίσιας, πέμπτη, μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας... τὸ ἔθνος, Ἀφρεδίσιοι. In Conc. Calched. act. 1. pag. 81. Κειπωνιαῖς Ἀφρεδίσιάδος Καρίας. In nummo Crispinæ tres Charites expressæ. Nam illæ vice Numinum habitæ, ut habet vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 228. 7.

ΛΕΥΚΙΟΥ. ΠΟΠΙΑΙΟΥ. ΑΥΛΟΥ. ΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΙΕΡΕΩΣ. ΤΩΝ. ΧΑΠΙΤΩΝ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. L. Popilii Auli Apollodori F. Sacerdotis Charitum Perpetui. De iis vide plura apud Pausaniam, lib. x. sive in Bœoticis, pag. 309. & 310.

.ΙΕΩΝ. Ternæ, ut supra Charites, in nummo Valeriani e Gaza Regia, monent sic legi ea oportere, quæ temporum injuria exesa eroſaque sunt, **ΑΦΡΟΔΙCΙEΩΝ.** Maxime cum Valerianus Gallieni pater extiterit, cuius in uxoris Saloniæ gratiam Aphrodisenses, ut supra monuimus, nummum percuſſerint: Tristanus tamèn, tom. 111. pag. 13. legit ΙΟΥΛΙΕΩΝ.

ΑΧΑΙΩΝ. & **ΑΧΑΙΩΝ**, passim in nummis Græciæ veteris, a communi Græciæ cisis. Post subactam a Romanis Græciam, tota regio Achaïa vocitata est, cum est in provinciæ formam redacta. Pausanias, in Achaicis, pag. 222. Καλοδοτὴ οὐχ Ελλάδος, ἀλλ' Ἀχαιῶν ἡγεμόνα οἱ Ρωμαῖοι διόπει ἐχειρώσαντο "Ελλίνων δι' Ἀχαιῶν τόπε τοῦ

*Ελληνικὸς τερραπονίας. Quod Græci per Achæos, qui tum
Græciae principes erant, subalti sunt.*

A X A I Ω N. E Y M E N E Ω N. Vide E Y M E N E Ω N.

O C T I A I O C. M A R K E L A O C. O. I E P E Y C. T O Y.

A N T I N O O Y. T O I C. A X A I O I C. A N E Θ H K E.

Hosilius Marcellus Sacerdos Antinoi, Achæis posuit, statuam scilicet Antinoi, cuius is Flamen fuit, columnam, in ejus Divi honorem, & ob Hadriani gratiam, cui Antinous in deliciis fuit, promerendam. Sic in Smyrnæorum nummis, A N T I N O O C. H P Ω C. Π O L E M Ω N. A N E Θ H K E. C M Y P N A I O I C. Vide Σ M Y P N A I Ω N, & Κ A L X A Δ Ω N I Ω N. Antinoi hic nummus est apud Occonem, pag. 245. quem nummum ad Achæos Lydiæ, de quibus diceimus in nummis E Y M E N E Ω N spectare potius, quam ad Achæos Græciae, ausim præstare, quod mos ille frequens in nummis illius tractus occurrat, Calchedonensem, Laodicensem, Smyrnæorum. Quod si quis nihilominus ad Achæos Helladis referri malit, haud pertinaciter sane contendam, quod ipsi Hadriano statuas positas a Communi Achaïæ Pausanias monet, in Eliac. prior. pag. 159. Βασιλέων δὲ αὐτοιάντας, Ἀδριανὸς μὲν ἐς τὸν Ἀχαιῶν πελοῦσαν πόλεις ἀνέθεσαν Παρίου λίθου &c. Patinus in simili nummo, quem affert in Thesau-ro Numism. pag. 165. perperam legit O C T I A I O C.

A X E P O N T A N. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 206. & in Magna Græcia, Tab. x x v. cum Junonis Sispitæ, hoc est, Servatricis effigie, capraque ei Deæ sacra. Sunt & in quibus Nicias ex equo hostem jacentem conficit, cum epigraphe NIKIAΣ: quem eum esse arbitramur, cuius vitam Plutarchus & res præclare gestas conscripsit. Plinio, lib. i i i. sect. x. in regione tertia Italiae, & agro Brutio: *Fluvius Acheron, a quo oppidani Acherontini. Excidit plane id oppidum: neque est Cirenza, ut vulgo putant: quanquam & istud hodie Acherontiam vocant,*

B

B A B B A.

C. I. B. xxxvi. Augusti nummus, e Cimelio Regio.
C. I. B. D. D. Augusti nummus in Cimelio Regio. *Colonia Iulia Babba*, vel *Campestris Iulia Babba*, *Decreto Decurionum*. Vel potius, *Coloniae Iuliæ Babbae Decuriones*. Plinius, lib. v. sect. i. *Augusti colonia Babba*, *Iulia Campestris appellata*. In Mauretania Tingitana.

C. C. I. B. D. D. P V B L. *Colonia Campestris Iulia Babba*, *Decreto Decurionum Publico*. Claudi Imp. ut & alter inscriptus, C. C. I. B. D. D. cum palma, quæ a Tyriis Phœnicibusque Babbensium originem, ut Carthaginensium, indicat. A Patino quis credit pag. 100. hunc utrumque nummum ad Cibyratas Græcam Asiac gentem ablegari?

D. D. EX. C O N S. C. C. I. B. *Decreto Decurionum ex consensu*, vel potius, *Decuriones ex consensu*, *Colonia Campestris Iulia Babba*. Neronis nummus, quem vidimus: & quem Tristanus sic mutilum exhibit, tom. i. pag. 216. EX. C O N S E N S V. C C. I I. interpretaturque, *Ex consensu civitatum Campaniæ duarum*. Patinus, pag. 115. EX. C O N S E N S V. C. C I B. & ad Cibyratas refert.

C O L. I V L. A V G. B A B B A. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239.

B A B Y L O N I A. Nummus Trajani, a quo ea regio de-
victa. Apud Occonem, pag. 215. Vide Xiphilinum, in
Trajano. Plinius, lib. v i. sect. x x x. *Babylon Chaldaicarum gentium caput ... propter quam reliqua pars Mesopotamiae Assyriæque Babylonie appellata est*, &c.

ΒΑΓΗΔΑΟ. & **ΒΑΓΗΔΑΩΝΙΩΝ.** I E P A. C T N-
K ΛΗΤΟC. Sacer Senatus. Nummi Goltziani. Ste-
phano: Βαγαδανία, μοῖρα Καππαδοκίας νομωτάτη. τὸ θυ-
ρικὸν, Βαγαδανόνες. *Bagadaonia pars Cappadociæ austra-*
lier. In his Serapis insculptus, lyrave Apollinea.

ΒΑΓΗΝΩΝ. E P M O Σ. Ex parte aversa, I E P A. ΒΟΥΛΗ.

Sacer Senatus, vel *Sacra Curia*. In Notitia Eccles. pag. 29. *Báys*. Et pag. 45. *Báy* vocatur, in Provincia Lydiæ. Eo nummo Bagensium cum Smyrnæis concordia indicatur, quorum illi amnem numinis vice coluerunt. Plinius lib. v. sect. xxxi. *A Smyrna Hermus amnis*, &c. Sic inferius, ΚΑΙΤΤΗΝΩΝ ΕΡΜΟC, ΝΙΚΑΕΩΝ ΣΑΓΑΡΙC, &c.

BAICAMΨΗΝΩΝ. Trajani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 210. *Βαϊσαμψά* Stephano oppidum est in Arabico sinu circa mare Rubrum. *Βαϊσαμψά πόλις* ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ ἀντὶ την ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὅπερι οἶκος ήλιου. Τό θυμὸς, *Βαϊσαμψών*. Legit in eo nummo Scaliger, Animadv. Euseb. 189. **BAICAMΨΑΝΩΝ**, more Dorico. Domum Solis vox ea Hebræo ex fonte sonat, *Beth Sames*.

ΒΑΛΑΝΕΩΤΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. Nummus Caii Cæsaris e Thesauro Goltzii, pag. 210. *Balaneotarum civitatis sacrae & inviolatae*, qui tituli in Syriæ civitatum nummis obvii. Plinio, lib. v. sect. xviii. *Balanea*, in Syria. Stephano: *Βαλανέα*, πόλις Φοινίκης.... ὁ πολίτης, *Βαλανεώτης*.

BARBESVLA.

COL. BARBESVLA. LEG. XVIII. Colonia Barbesula, Legionis xviii. Nummus Galbae, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. iii. sect. iii. *Oppidum Barbesula cum fluvio*, in Bætica, juxta Gaditanum fretum. Nunc *Guadajara*, ad amnem hodieque cognominem.

BARCINO.

COL. BARCINO. FAVENTIA. In Thesauro Goltzii, pag. 238. Galbae nummus. Plinius, lib. iii. sect. iv. *Colonia Barcino, cognomine Fæventia*. Nunc *Barcelone*. Gruteri inscriptio, pag. 429. **COL. F. I. A. P. BARCIN.** *Colonia Flavia Iulia Augusta Pia*, non *Paterna*, ut quidam volunt: nec *Felix*, sed *Fæventia*, cum Plinio: vel *Flavia*. Nam eadem apud Gruterum pag. legimus, **COL. FLAV. P. BARC.** **ΒΑΡΓΑΧΝΩΝ.** Commodi, & Alexandri Severi num-

mi. Cariæ oppidulum Bargasa. Straboni , lib. xiv.
pag. 656. Μετὰ Κύδωνος, Κέρκυρα, καὶ Βάργασσα, πόλις Χίου
Ἄσφελατην. Stephano : Βάργασσα, πόλις Καρίας....
τὸ ἔθνος, Βάργασσος.

B A R G I A C I S. M V N. *Municipium Bargiacis.* Galbae
nummus, e Thesauro Goltzii , pag. 242. *Bargusia*
Ptolemaeo , lib. i i . cap. vi . urbs est Hispaniæ Tarra-
conensis , in Vaccæis.

B A R G Y L A I H T Ω N. Caracallæ nummus , in Cimelio Re-
gis Christianissimi , in quo adjectum Praetoris nomen,
ΕΠΙ. СТР. ΙΟΥΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ. Ἐπὶ Σηραπηΐῳ
Ιουλίου Μαξίμου. Plinio , lib. v. sect. xxix. *Bargyla*:
ubi MSS. habent, *Bargilia*. Stephano : Βάργυλα , πό-
λις Καρίας.... ὁ πολίτης, Βαργυλιατης. Straboni vero,
lib. xiv. pag. 654. τὰ Βαργύλια. In Notitia Eccles.
antiqua , pag. 17. & apud Leunclavium , pag. 94. in-
ter Episcopos Cariæ censetur , ὁ Βαργύλιον , & pag.
49. ὁ Βαργύλιον : lege utrobique , ὁ Βαργυλίον , & ὁ
Βαργύλιον.

**B A R G Y L A I A T Ω N. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟ-
ΝΟΜΟΥ.** *Bargyliatarum civitatis sacre ac liberæ.*
Nummus Caii Cæsaris e Thesauro Goltzii.

B A P K A I Ω N. Nummus e Thesauro Goltzii , pag. 210.
Plinio , lib. v. sect. v. *Ptolemais*, antiquo nomine Bar-
ce , in Cyrenaica Africæ parte. Stephano : Βάρκη , πόλις
Λιβύης , ἦπις καὶ Πτολεμαῖς.... Βαρκῆθ. Sic etiam Stra-
bo , lib. xvii. pag. 837. Ptolemaeo tamen , lib. iv.
Πτολεμαῖς & Βάρκη sunt civitates duæ : hæc mediterra-
nea , litoralis illa : Scylaci quoque , pag. 44. Ptolemaïs
itaque condita , non eo loco quo Barce fuit , sed quo
Barcæorum portus. Inter Poenorū hostes a Marone
censetur , lib. iv. Aeneid. lateque furentes Barcæi.
Nunc quoque interius oppidum retinet nomen & moe-
nia , Barca : unde & regni appellatio : Litorale Tole-
meta nuncupatur.

B A S H P E Ω N. Titi nummus e Thesauro Goltzii , pag.
210. & apud Spanhemium , pag. 898. Βάσης , inquit
Stephanus , πόλις Φοινίκης. Τὸ ἔθνος , Βασηρᾶς.

BEDVNIA.

BEDVNIA. MVN. *Municipium Bedunia. Claudi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 242. Bedunia Ptolemao, lib. 11. cap. vi. in Hispania Tarragonensi.*

BENEVENTVM.

COL. BENEVEN. E Museo S. Genovese. Plinio, lib. 111. sect. xvi. *Hirpinorum colonia una Beneventum, auspicatus mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum. Vellcius, lib. 1. Sempronio Sopho, & Appio Cæci F. Coss. Beneventum coloni missi, hoc est, anno Urbis cccc lxxxvi. Nunc Hirpinorum regio Principatus ulterior nuncupatur: oppidum Benevento.*

BERDIGVM. FLAVIVM. MVN. *Municipium Berdigum Flavium. Titi nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 242. Ptolemæo urbs est Hispaniæ, in Asturica, lib. 11. cap. vi. Βέρδιγον Φλαύσιον.*

BEPENIKIΔΩN. E Thesauro Goltzii, pag. 210. Stephano: *Βερενικίδαι, δῆμος ἢ Πτωλεμαῖδος φυλῆς, una scilicet e decem tribubus seu pagis Atheniensium civitatis. Sed ad Berenicens Cyrenaicæ seu Pentapolitanæ in Africa regionis oppidum, referri nummum eum satius videtur, cui nomen hodieque Bernichio. Plinius, lib. v. sect. v. Berenice in Syrtis extimo cornu, quondam vocata Hesperidum.*

BEPOIAIΩN, in Macedonia.

BEPOIAIΩN, in corona laurea, apud Patinum pag. 184. nunc Cimelii Regii, Trajani nummus. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Beræa. Stephano: Βέρεα, πόλις Μακεδονίας . . . τὸ ἔθνος, Βεργιαῖοι. Monet idem deinde ab urbe Syriae cognomine, gentile nomen Βεργελος, & Βεργελαι, derivari: cui quidem viro hac in parte ægre assentior, cum haud levia desint argumenta, cur hosce BEPOIAIΩN nummos, ut & KYPPHCTΩN & XΑΛΚΙΔΕΩN, de quibus inferius, potius ablegem in Syriam Coelen, in qua Berœa, Cyrrhus, & Chalcis fuere: quarum civitatum nomina simili plane forma in nummis insculpta cernuntur, laureaque corona circumdata.*

BEPOIALΩN. B. Nummus Antonini Pii, e Cimelio M.

Regio , & e nostro : ejus Principis anno β. hoc est , se-
cundo cūsūs.

BERYTVS.

B H P Y T. Βηρυτίων. Nummus Musei nostri , in quo Nep-
tunus curru vehitur juncto marinis equis. In Augusti
nummo , idem Deus , qua pingi forma solet , cum del-
phino ac tridente visitur : unde intelligimus ei quoque
Numini , inter cetera , devotam eam civitatem fuisse.
Fuit & Serapidi , cuius effigies in Valeriani : Herculis,
in Caracallæ : Palladis , cum noctua , in M. Aurelii ,
nummo insculpta.

C O L. I V L. B E R. E X. S. C. *Ex Senatusconsulto.*
Apud Patinum , in numismatibus Triumvirorum , pag.
18. & pag. 39. Augusti ipsius , C O L. I V L. A V G.
F E L. B E R. cui simile alterum Valeriani , pag. 406.
Ex quibus nummum Gallieni , qui Valeriani filius fuit,
refingere ipse potuit : in quo perperam legit , C O L.
I V L. A V G. F E L. H E L. & ad Coloniam Hel-
viam refert , ad Heliopolim alii : cum F E L. B E R. sit
in iis quatuor nummis scriptum perspicue , quod nos in
Cimelio Regio vidimus : neque in his modo , sed & in
aliis similibus Iuliæ Domnæ , Caracallæ , Elagabali , &
Gordiani junioris. Neque vero Iuliæ Augustæ cogno-
men coloniæ Heliopolitanæ ulla monumenta afferunt.
Sed errorem Patinus a Tristano hausit.

C O L. I V L. A V G. F E L. B E R. Trajani nummus e
Cimelio nostro. *Colonia Iulia Augusta Felix Berytus.*
Plinius , lib. v. sect. xvi. *Berytus colonia , quæ Felix*
Iulia appellatur, in Phœnice. Nobis Barut: indigenis,
Birout. Ab Agrippa Augusti genero deductam colo-
niam auctor est Strabo , lib. xvi. pag. 756. Ulpianus,
lib. l. Dig. tit. xv. de Censibus : *Beryensis colonia*
Augusti beneficiis gratiosa : & , ut Divus Hadrianus in
quædam oratione ait , Augustana colonia. Est & Ota-
ciliæ nummus cum eadem epigraphæ , colonoque &
bobus , apud Patin. pag. 385.

C O L. B E R. Cum colono & bobus , vel cum militari-
bus signis , quæ sunt deductæ coloniæ argumenta. Uter-

ILLUSTRATI.

91

que Trajano principe cusus nummus est , apud Patinum , pag. 179. Hadriani , pag. 195. Gordiani Pii , pag. 369.

COL. BER. DECENNALES. ANTONINI.

AVG. III. E Cimelio Regio. Vota pro Reipublicæ incolumentate , tum in quinquennium , tum in decen-nium a Romanis antiquitus nuncupata , Livius passim tradit. Lib. 11. decadis tertiae , Flaminio cum legionibus ad Trasymenum ab Hannibale cæso , vota quin-quennalia suscepta sunt , *Si res Populi Romani ac Qui-ritum ad quinquennium proximum salva servata erit.* Lib. 1. decad. 111. *Caius Attilius Seranus Praetor vota suscipere jussus , si in decem annos Respublica eodem stetisset statu.* Cum deinde unius Cæsaris dominatu res geri cœptæ sunt , cœpta quoque quinquennalia vota ac decennalia pro Principum incolumentate concipi , cum imperium illi in quinquennium , decenniumve , vel in plura quinquennia decenniave susciperent. Tunc ludi Circenses edi , gladiatoriique , fieri sacra , vota-que , & preces. Hi decennales ludi appellati in nummis , hæc decennalia , interdum & vicennalia , tricen-naliaque , hoc est , in vicennium , tricenniumve vota suscepcta , eademque deinde pro decennio vicenniove , vel tricennio demum soluta.

COL. BER. Elagabali nummus , cum templi effigie , cuius in limine inferiore hæc verba , COL. BER. ad latera , SEC..... ceteris plane exesis litteris. In-tus Securitas sedet , cui Victoria coronam imponit. Tri-stanus tom. 11. pag. 316. legit , SECVRITATI COLONIAE BERYTVS. Nos verius , uti re-mur , SECVRIT. AVGST. COLONIA BERYTVS. Securitati Augusti , vel Augustæ.

COL. IVL. AVG. FEL. BER. Gordiani junioris nummus , in quo Bacchi nudi effigies , dextra copiæ cornu , læva thyrsum gerentis , cum panthera. Vini copiam ac bonitatem in hoc tractu indicat. Et Bery-tium sane vinum Plinius commendat in primis lib. xiv. sect. 1x. Occo in Gordiano tertio , pag. 432. hunc

nummum ita legit, COL. IVL. AVG. PEL. BER.
 & graviore rursum errore, pag. 431. COL. IVL.
 AVG. PELLA. Quem errorem dum hausit ab Oc-
 cone Scaliger, Animadvers. Euseb. pag. 195. cur Be-
 rytus Colonia Pella dicatur, ait esse sibi incomper-
 tum. At FEL. hoc est, FELIX. non PEL. seu
 PELLA, legi oportuit.

BHTHPPATΩN. Nummus singularis e Cimelio III.
 Harlæi: quem nummum neque ad BÆTARRENOS
 tertiae Palæstinæ, neque ad Bæterræ Galliæ Narbo-
 nensis oppidum, ut visum eruditio viro, lib. de usu
 Numism. pag. 904. sed ad Betarronis potius Phœni-
 ciæ urbis maritimæ incolas, quæ inter Diospolim &
 Cæsaream Stratonis ab Antonino collocatur, referri
 censuerim oportere. Nam Græcis vocibus usos in num-
 mis Provinciæ Narbonensis cives, præter Massilienses
 Phocænium colonos, Antipolitas ejusdem oræ in-
 colas, vix adduci possum ut credam, cum Latine in-
 scripti in eo trætu nummi occurrant, A VENIO,
 VOLCAE, NEMAVSVS, CABELLIO, &c.

BIATEΩN. Nummum sic inscriptum videre nobis sane
 non licuit: sed exstare tamen retulerunt ad nos viri in
 re nummaria eruditi. Fuit autem in Messenia, quæ
 pars Achaïæ, Bίας amnis, teste Pausania, lib. I v. Mes-
 senic. pag. 144. Amni cognominem civitatem apposi-
 tam ex nummo eo singulari, si genuinus quidem est,
 admonemur. Nihil enim hic attinet Bιανί Hispanica,
 de qua Ptolemaeus, lib. II. cap. VI. in Oretanis: cu-
 jus oppidi cives Viatenses a Plinio appellantur, lib.
 II. sect. I v. num. IIII. Nam quis in Tarraconensem
 Hispaniam Græcas litteras penetrasse comminisci au-
 sit, præsertim cum Latine inscripti in eo trætu nummi
 sint ceteri omnes, BARGACIS, BARCINO,
 BISGARGIS, &c. In Bætica, ASTIGI, AC-
 CIS, BARBESVLA, aliquie: in Lusitania,
 BVRDOVA MVN. &c. Quid quod & BICATA-
 TEΩN in eo nummo legi satius forte fuerit? de qui-
 bus dicemus inferius.

BIZYHNΩN. ΕΠΙ. ΤΙΝ. ΡΟΥΦΟΥ. Hadriani, ex eodem Cimelio. Forte, ΕΠΙ. ΑCΙN. ΡΟΥΦΟΥ. Est enim Asniæ gentis peculiare Ruci cognomen.

BIZYHNΩN. M. Aurelii, ac. Philippi Patris nummi, in Cimelio Regio. Vidimus & Hadriani, & Severi. Plinio, lib. v. sect. viii. *Bizya, arx regum Thracie.* Stephano: Βιζύν, πόλις Θράκης... τὸ ἔθνος, Βιζυλώς.

BIZYHNΩN. Diana Venatrix, in nummo Faustinæ junioris, e Cimelio Regio.

ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ. Juliæ Corneliae Paullæ nummus.

ΒΕΙΘΥΝΙΕΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. Nummus Antinoi, cuius hæc patria fuit. Ab Hadriano Imp. cui unice carus Antinous fuit, alterum id nomen habuit. In parte ejus nummi anteriore, caput ipsius Antinoi est, cum epigraphe, Η ΠΑΤΡΙC ANTINOON ΘEON. *Antinoum Deum patria sua colit ac veneratur.* Apud Tristanum, tom. i. pag. 547. In parte postica, Mercurius cum talaribus, adjecto bove: ut ab hujus oppidi civibus habitum pro Mercurio Antinoum intelligas, eique majore hostia ab iis litatum. Alias abactos a Mercurio Apollinis boves, uti narrat Antoninus Liberalis in Metamorph. significari quoque hoc nummo haud temere quis credat. Nummus Occonis, pag. 244. si modo haud sublestæ fidei, ΓΕΝΕCIC ANTI-NOΟΥ ΒΙΘΥΝΙΕΟC, non ut ipse legit, ΚΙΤΥ-ΝΙΔΟC. Plinio, lib. v. sect. xliii. *Bithynion.* Stephano: Βιθύνιος, πόλις Βιθυνίας..... ὁ οἰκῶν, Βιθυνίος. Eadem Ptolemæo, lib. v. cap. i. Claudiopolis appellata: Κλαωδίοπολις ή γ' Βιθύνιος.

BITHYNIA.

ΒΕΙΘΥΝΙΑC. KOINON. *Commune Bithyniae.* Commune fanum, sacrum commune, & commune certamen intellige, in uno aliquo oppido a totius Provinciae communitate editum. His sacris certaminibusque qui præterat Βιθυνιαρχης vocabatur, cui cura sacrorum litorumque κοινος η Βιθυνιας, ut Ασιαρχης, cui κοινος η Ασιας. De hac postrema voce dicemus in nummis ΡΩΔΙΩΝ. Vide & ΓΑΛΑΤΩΝ KOINON, KRHTΩΝ
M iiij

NUMMI ANTIQUI

KOINON. Nummi sunt hi Trajani & Hadriani, in Cimelio Regio, cum templi effigie. Hadriani, in Museo nostro: AΥΤ. KAIC. TPA. ΑΔΡΙΑΝΟC. BEΙΘΥΝΙΑC. Sabinæ, apud Tristan. tom. I. pag. 533. cum simili fere iconæ. Plinio, lib. V. sect. XLIII. *Bithynia* provincia.

ADVENTVI. AVG. BITHYNIAE. &
RESTITVTORI. BITHYNIAE. Hadriani, e
Cimelio Regio. Eusebius in Chronico de Hadriano:
Αὐτὸς Νικομήδεια σεισμῷ καταπλούσαν, ἐν Νίκαιᾳ πόλεις
Βιθυνίας χείμασιν ἀνεγένσατο. Ipse Nicomediam terræ motu
collapsam, & Nicæam, Bithyniæ civitates, sumptu suo
instauravit.

BΙΘΥΝΙΩΝ. M. Aurelii nummi.

BILBILIS. ITALICA. Duæ simul Hispaniæ civita-
tes in eodem nummo cūsæ, Augusto Principe, apud
Patinum, pag. 35. nunc in Cimelio Regio. Et illa qui-
dem Martialis poëtæ natalibus clara, & ferrariis offi-
cinis, ut dicemus ad Plinii lib. XXXIV. sect. XLII. De
altera, suo loco mox. Italicam esse Bilbilin ipsam ap-
pellatam, existimasse Patinus videtur, errore falso.

MVN. AVGVSTA. BILBILIS. L. COR. CAL-
DO. L. SEMP. RVLLO. IIVIR. In parte al-
tera: AVGVSTVS. DIVI. F. PATER. PA-
TRIAE. E Museo nostro.

MVN. AVG. BILBIL. C. CORN. REFE C.
M. HELV. FRONT. In corona deinde laurea,
IIVIR. Municipium Auḡsta Bilbilis. C. Cornelio Re-
fecto, M. Helvio Frontone, Duumviris. At Corn. Ru-
fus, in Romanis Annalibus s̄epe: Corn. Repentinus,
interdum: Refectus, necdum nobis occurrit.

AVGVSTA. BILBILIS. Apud Goltzium, pag. 166.

BΙΣΑΛΤΙΩΝ. In nummis Goltzianis e Græcia vetere,
pro BIC AΛTΩΝ. Plinio, lib. I v. sect. XVII. Gens
Bisaltae. Stephano: Βισάλπα, πόλις καὶ χώρα Macedoniae ..
τὸ Εθνικόν, Βισάλπης. Equum, & adstantem cum jaculo
militem, hic nummus præfert. Sunt & quibus insculpta
galea, Thessalicae Macedonicæ virtutis insigne.

ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ. Volusiani nummus e Cimelio Regio.

ΕΠΙ. ΑΡΧ. Α. ΑΥ. ΠΑΠΙΟΥ. Ε'πὶ Ἀρχερέως α'
(hoc est, ωρῶν) Αὐρηλίου Παπίου. Sub Pontifice pri-
mum Aurelio Papia. Apollo citharœdus capite radiato.
In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 13. & in altera,
pag. 45. ὁ Βελάνδον. Apud Leunclavium, in Notitia
sedium Episcopaliū, inter Antistites Lydiæ, pag. 90.
censetur ὁ Βλαδέων. In Conc. Calched. epistolæ syno-
dali Lydiæ ad Leonem Papam, pag. 934. subscribit
Onesiphorus Episcopus Blandi. Et act. v i. pag. 594.
Ἡλίας ἐπίσκοπος πόλεως Βλαιδού. Et act. i v. Ἡλίας ὑπί-
σκοπος πόλεως Βλαιδού Λυδίας. Itaque in nummo Υ πα-
ρέληται, ut aiunt, hoc est, vacat, & abundat.

BISGARIS.

MVN. BISGARIS. Germanici nummus, in The-
sauro Goltzii, pag. 242. *Municipium Bisgargis.* Plinio,
lib. i i i. sect. i v. *Bisgargitani*, in Tarraconensi His-
paniæ provincia & conventu: Ilergaonum oppidum
mediterraneum Ptolemæo, lib. i i. cap. vi.

BOIATAN. Nummus Juliæ Domnæ. Plinio, lib. i v.
sect. i x. *Bœa*, in Argolico Achaïæ sinu. Stephanus
Βοῖον cum Βοιᾳ miscet; illud Doridis oppidum est, de
quo Plinius ejus libri sect. x i i. & Strabo, lib. i x.
pag. 427. istud Achaïæ. Et Bœas alteras in Creta fuisse
adjicit, auctore nullo. Illud interim verius, quod sub-
dit idem, gentile nomen esse Βοιάτης.

BOIΩΤΩΝ.

BOIΩΤ. E Museo nostro nummus, in quo crater &
clava: Herculis notum istud est, Bacchi illud insigne:
ex parte aversa clypeus, ut in numismate ΑΝΘΗΔΟ-
ΝΙΩΝ. Plinius, lib. i v. sect. x i i. *Bœotiae Thebae*,
duorum numinum, *Liberi atque Herculis* (*ut volunt*)
patria.

BOIΩΤΩΝ. In Græcia Goltzii, Tab. xvi. Neptuni
hic nummus effigiem præfert, cum delphino & tri-
dente, Dei illius symbolis: adjectoque clypeo, Bœo-
torum generatim, & idem privatim Thebanorum insi-
gni. Neptunum Bœoti coluere in primis, quod omnis

eorum regio mari undique alluatur: ideo *πειραιαθόη*, trimaris, appellata a Strabone, lib. i x. pag. 400. In aversa nummi parte Apollo Ismenius, cuius fanum, oraculum, amnisque Ismenius in Bœotia fuit.

BONNA, *in Germania ad Rhenum.*

COL. IVLIA. BONNA. Nummus Augusti, e Thesaurō Goltzii, pag. 240. Tacito & Antonino *Bonna*. Ptolemæo quoque *Bôrra*, lib. ii. cap. ix.

BONONIA Gallia.

BONONIA. OCEAN. Constantis Augusti nummus, e Gaza Regia: quo trajectus Principis e Bononiensi litore in Britaniam designatur, vel navigatio eo mari. Prius Gessoriacum Morinorum litus, teste Plinio lib. iv. sect. xxx. vocabatur, *portusque Morinorum*, sect. xxxvii. Tabula Peuting. *Gessoriaco*, quod nunc *Bononia*. Nobis, *Boulogne sur mer*, in Picardia.

BOPTCOENHC. Cave id fluvii nomen putes, cuius Geographi meminere, ut in aliis **TIGRIS**, **EUPHRATES**, **DANUVIUS**, & **NILVS** leguntur: est enim id equo Hadriani Augusti nomen, in nummo ejusdem Principis, in quo & illud singulare occurrit, si nummus sincerus est, quod Græcæ litteræ sunt permixtæ Latinis, **KAISAR SEMNOS APIANOS**. Apud Occonem, pag. 239. Equi, quem Borytthenem Hadrianus ipse cognominavit, Dio meminit, in ejus Augusti rebus gestis. Circumfertur & Epigramma in ejus equi laudem:

*Borytthenes Alanus,
Cæsareus veredus,
Per aquor & paludes,
Et tumulos Etruscos,
Volare qui solebat:
Pannonios nec ullus
Apros eum sequentem
Dente aper albicanti
Ausus fuit nocere,
Vel extimam saliva
Sparsit ab ore caudam,*

*Vt solet evenire :
Sed integer juventa ,
Inviolatus artus ,
Die sua peremptus ,
Hoc situs est in agro.*

Sic in Honorii nummo quem vidimus, pars aversa effigiem exhibet aurigæ insidentis quadrigis : in ambitu sunt aurigæ equorumque nomina : E V G E N I V S. Id aurigæ nomen : equorum cetera : ACHILLEVS. S I D E R E V S. S P E C I O S V S. D I G N V S. Neque enim victorum ea nomina sunt, quos ille nummus nullos habet, quamquam ita visum eruditio viro, lib. de usu numism. pag. 854. sed equorum. Sic Verus Imp. equum quem dilexit, Volucrem appellavit, ita prodente Capitolino in ejus vita, pag. 39. Fuere & alia equorum nomina scitu digna, quæ apud Gruterum vide pag. 337. & apud Sponium. Aurigarum vero nomina nummis insculpta saepe alias observavimus, Neronis præsertim ac Trajani, in quibus E V T Y M I V S exhibetur in quadriga, flagrum dextra tenens, & palma lœva : apud Tristanum, pag. 217. & 385. Item in nummo Neronis, ac Juliani, S T E F A N A S, & S T E F A N. N I K. A. hoc est, Στεφάνας νικητής d seu ~~δρωτος~~. Stephanas primum vicit, cum flagello pariter & palma, victoriæ in Circo & cursu equorum adeptæ argumento: imposita pariter equorum frontibus palma, ut videre est apud eundem Tristanum, pag. 222. Est & O L I M P I V S cum iisdem insignibus, in Thesauro Patini, pag. 208. Sed hallucinari mihi egregie Tristanus videtur, aliquique eum secuti, cum aïunt prioribus Neronis ac Trajani nummis pugilem signari, de quo Plinius lib. VI. sect. XLVIII. Consecratus est vivus sentiensque oraculi Delphici jussu, & Iovis Deorum summi ad stipulatu, Euthymus pycta, semper Olympiæ vicit, &c. Olympiadibus scilicet LXXIV. LXXVI. & LXXVII. uti ex Pausania didicimus, lib. VI. seu Eliac. poster. pag. 183. hoc est, annis ante Neronem amplius quingentis. Cum procul dubio sint hæc omnia aurigarum

NUMMI ANTIQUI

nomina, qui sub iis Principibus vixerint, quorum nomina sunt in nummis signata. Sic tibicinis istud est, FILINVS, cuius capiti coronam sive Apollo, sive Trajanus imponit: aliter frustra sentiente Tristano, pag. 403. Sic idem auriga, de quo supra, in Trajani nummo insculptus cum equis duobus: ipsius quidem nomine in superiore nummi parte, EVTIMIVS: equorum in inferiore, sed diminutis illis ac vitiatis, TYRIBI. CAT.... apud Patinum, in Thesauro, pag. 104.

BOSTRA.

N. TPA. BOSTRA. *Nova Trajana Bostra.* Commodi, in Gaza Regia, cum effigie camelii, quod Arabiae vulgare symbolum est. Fuit Bostra videlicet Arabiae oppidum.

N. TP. BOCTPA. *Nea Tegeianē Bōstrā.* Severi numerus.

A. TYXH. BOCTPΩN. *Αγαθὴ Τύχη Βόστρων.* *Bona Fortunæ Bostrorum.* Caracallæ numimus, in eodem Cimelio. Non eadem est porro Bostra, quanquam aliter visum eruditis alioqui viris, in primisque Tristano, quæ Philippopolis in eodem Arabiæ tractu appellata est. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 63. in Provincia Arabiæ censentur hæ duæ civitates, *Βόστρα μητρόπολις*, & *Φιλιατρόπολις*.

COL. F. BOSTRA. ALEXAND. Juliæ Aquiliæ Severæ, in eadem Gaza. *Colonia Felix*, vel *Flavia Bostra Alexandrina*.

COLONIA. BOSTRA. Nummi Alexandri Severi, ac Juliæ Mæsæ, & Mamææ.

TRAIANAE. ALEXANDRINAE. COL. BOSTRA. Juliæ Mamææ. Ab Alexandro Severo Alexandrinæ cognomen, cum coloniæ jure traxit.

COL. METROPOLIS. BOSTRA. Philippi Partris, apud Mediobarbum, pag. 347. In corona deinde, CEB. hoc est, *Σελάσσια*, sive Augusta certamina, ut in nummo Damascenorum.

BΟΥΡΠΑΙΩΝ, in nummis Juliæ Domnæ. Plinio, lib. iv.

ILLUSTRATI.

99

sect. vi. in Achaia, *Bura*. Stephano : Βούρα, πόλις
 Ἀχαιῶν.... τὸ ἔθυκόν, Βουργᾶθ.

BΟΥCΙΠΙΤΩΝ. In vetere nummo Titi, e Thesauro
 Goltzii.

BΟΥCI. L. IA. *Bouσιετῶν*, *Λυράβαρτος* id. In Cimelio
 Regio, Hadriani nummus: qui anno ejus undecimo
 cufus dicitur, cum Isidis stantis effigie: quod Aegyp-
 torum peculiare numen fuisse tralatitium est. Plinius,
 lib. v. sect. x. *Busiriten* in Aegypto nomen habet. Ste-
 phano: *Bouσιεις*, πόλις Αἰγύπτου..... ὁ πολίτης, *Bouσι-*
εῖτης.

B R A C A R A.

C O L. B. A. Caii & Lucii Cæsarum nummus, in quo
 tauri cornupetæ signatae effigies, apud Mediobarbum,
 pag. 58. Hunc interpretari ita lubet: *Colonia Bracara*
Augusta. Plinio, lib. iv. sect. xxxiv. *Bracarum oppi-*
dum Augusta, hodie *Bragues*, in Lusitania. Ptolemæo,
 lib. ii. cap. vi. *Βρεγία* Αὐγούστα. Apud Gruterum,
 pag. 324. B R A C A R A V G V S T A N I.

B PETTIΩN. In Cimelio nostro nummi frequentes. Pli-
 nio, lib. iii. sect. x. *Ager Brutius*. Stephano, verbo
 Βρέτος, Βρέτοι, χρέα Βρέτοι. Nunc Calabria nuncup-
 atur, pars Italiae ultima. Nummos ii olim Jove, Ju-
 none sceptrifera: Marte, Pallade, Hercule, Vulcano,
 aliisque Numinibus signaverunt. Cancer his etiam in-
 terdum insculptus, oræ maritimæ symbolum.

B R I T A N N I A. Claudii Cæsaris nummus, visus a nobis,
 in quo stans mulier dextra clavum navigii regit. Est &
 Hadriani alter, apud Occonem, pag. 223. & Trista-
 num, pag. 463.

D E B R I T A N N I S. Claudii itidem, cum arcu triumphali. Plinius, lib. iii. sect. xx. *Claudius Cæsar ē Britaunia triumphans*, prægrandi illa domo verius quam
 nave intravit *Adriam*. Dio pariter, laudatus a nobis
 in notis ad eum locum. Tranquillus in Claudio: *Cum decretis sibi a Senatu ornamenti triumphalibus leviores*
majestati principali titulum arbitraretur, velletque justi
triumphi decus, unde acquireret, Britanniam potissimum

NUMMI ANTIQUI

elegit . . . ac sine ullo prælio aut sanguine , intra paucissimos dies , parte insulæ in deditio[n]em recepta , sexto quam profectus erat mense , Romam redit , triumphavitque maximo apparatu. Aurel. Victor , in Claudio : Britanicæ partes contusaæ , quam solim adiit , Ostia profectus mari , &c.

- RESTITUTORI BRITANNICÆ. Hadriani apud Occonem , pag. 231. Britanicæ in genua procumbenti Cæsar dextram porrigit. Lustravit Britanniam , ut & ceteras fere imperii provincias Hadrianus : *nec quisquam fere principum* , inquit Spartanus in ejus vita , pag. 7. *tantum terrarum tam celeriter peragravit.* Itaque scripsit ad Hadrianum hos versiculos Florus poëta :
- Ego nolo Cæsar esse ,
Ambulare per Britannos ,
Scythicas pati pruinias.*

EXERC. BRITANNICVS. Hadriani , apud Occonem , pag. 234. & apud V. Cl. I. Vaillant , tom. I. pag. 61.

BRITANNIA. S. C. Antonini Pii apud Occonem. Sedet Roma , dextra militare signum , hastam læva ac peltam gerens. Capitolinus in Antonino Pio , pag. 19. *Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit , alio muro cespitito summotis barbaris ducto.*

BRITANNIA. P. M. TR. P. X. IMP. VI. COS. IIII. P. P. *Britannia. Pontifex Maximus , Tribuniciæ Potestatis decimum , Imperator sextum , Consul quartum , Pater Patriæ.* Commodi nummus , apud Occonem , pag. 320. Ex parte antica , M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS. BRIT. Lampridius in Commodo , pag. 49. *Appellatus est Commodus etiam BRITANNICVS ab adulatoribus , cum Britanni etiam Imperatorem contra eum diligere voluerint.* Hinc & in Museo nostro ejusdem Commodi nummus inscriptus , VICT. BRIT. Victoriae Britannicæ.

VICTORIAE BRITANNICAE. Severi nummus , e Cimelio Regio , & apud Patinum , pag. 279.

Caracallæ quoque , qui Severi filius , & in expeditione ea comes , e Museo nostro .

VICT. BRIT. & VICTORIAE. BRIT. Eiusdem Severi , apud Occonem , pag. 361. Spartanus , pag. 71. de Severo : Britanniam , (quod maximum ejus imperii decus est) muro per transversam insulam duxit , utrimque ad finem Oceani munivit : unde etiam Britanici nomen accepit . Vide & Sex. Aurel. Victorem , in Severo .

B P O Y Z H N Ω N.

AΥΤ. Κ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟC. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΟC. K. Capita duo adversa Maximini & Maximi. Αὐτοκράτωρ Καῆσαρ Γαῖας Ἰουλίας Ὀυρεῖς Μαξιμίους. Γαῖας Ἰουλίας Ὀυρεῖς Μάξιμος Καῆσαρ. Imp. Cæsar C. Iul. Verus Maximinus. C. Iul. Verus Maximus Cæsar. Ex parte aversa, B P O Y Z H N Ω N. Apud Goltzium in Thesauro , pag. 216. ΗΡΟΥΖΗΝΩΝ perperam scribitur. Occo , pag. 425. ΟΥΣΙΝΩΝ. Hunc nummum Seguinus , pag. 169. ad Prutam primum , mox se ipse retexens , secutusque V. CL. P. Gabr. Cossartium e Societate nostra , doctrinæ ac famæ singularis , ad Βόρυζας urbem in Ponto refert Stephano memoratam : legique BOPYZHNΩN trajectis litteris censem oportere. Sed ab hac sententia deterrent me duo : alterum , quod trajectione litterarum laborare nummos veteres neque affirmari facile , nec temere credi oporteat: alterum quod Stephanus ipse hujus oppidi gentile nomen non Βόρυζων , sed Βόρυζης dici conceptis verbis præmoneat. Nos feliciore Minerva usi , ut remur , ad oppidum Phrygiæ Salutaris pertinere deprehendimus , quod oppidum in Notitia Eccles. vetere , pag. 29. Βεγύξ , in altera pag. 49. & apud Leunclavium , pag. 94. δ' Βρύζου. Cum legi utrobique justum sit , Βεγύξ & Βεγύζου. Sic in Conc. Calched. aet. vi. Αυξανων legitur Επίσκοπος πόλεως Βρύζου , sub Metropolita Synnadorum , pro Βεγύζου. Quæ emendatio constat in primis ex Conc. C.P. V. pag. 261. in qua subscribit Μακεδονίας ἐπίσκοπος ij

πόσις τοις Βεγυστανδροῖς πόλεως, pro *Βεγυζίωνδροι*. Cum idem ipse, pag. 96. inter Episcopos Phrygiæ appelletur, *Μακεδόνιος ἐπίσκοπος Βεγζίου*. Sed corruptissime pag. 60. & 73. *Μακεδόνιος Βεγανδροῦ*. Certe ex vestigiis harum vocum *Βεγζίου*, *Βρύζου*, *Βεγύζου*, *Βεγυστανδροῦ*, cum accedat in primis nummi auctoritas, quin *Βερδζου* & *Βεγυζίωνδροι* legi oporteat, dubium esse cordato nemini debet.

BRVN DISIVM:

BRVN. Arion delphino insidet, cum lyra & urceolo. E Cimelio nostro Parisiensi. Apud Goltzium, in Magna Græcia, tab. xxxiiii. pro lyra Copiæ cornu, pro urceolo victoriolam gerit: ex parte aversa, cum tridente Neptunus. Plinio, lib. xi. sect. xvi. *Brun-disium*. Nobis *Brindes*, in parte Italiae, *Terra d'Ortranto*.

BPE NΔHΣI NΩN. Numimus e Magna Græcia Goltzii, loc. cit. Arion delphino insidens, delphinum alium dextra, læva lyram gerit: quod nescivit Goltzius, qui Tarantem æque hic pingi, atque in Tarentinorum nummis, arbitratus est. *Arionem interficere nautis in mari parantibus ad intercipiendos ejus quæstus*, inquit Plinius lib. x. sect. viii. *e blanditum ferunt, ut prius caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cum se jecisset in mare, exceptum ab uno, Tænarium in litus pervenit*. Vide & Herodotum, lib. i. Clio, num. xxiv. pag. 9. & alios. Ex parte nummi altera Hercules est, Brenti pater, ejus qui oppidi conditor fuit, auctore Stephano: *Βρενθίοιο πόλις Ἰταλίας, ἢ πόλις Βρέντου τοῦ Ἡρεμάτεος*.

BVRDOVA. MVN. *Municipium Burdova*. Ptolemæo lib. xi. cap. v. in Lusitania, *Βουρδονα* est. Hic Tiberii nummus e Goltzii Thesauro petitus, pag. 242.

BVTCHR. *Buthrotum*, in Epiro. C. PAET. QVIN. ITE R. C. Pætus. *Quinquennalia iterum*. Apud Ill. Harlæum. Plinio, lib. xv. sect. i. *Colonia Buthrotum*. Nunc *Butrinto*. De ludis quinquennalibus ad Isthmum Neptuni fanum, atque alibi edi solitis Plinium consule, lib. xv. sect. ix. & nostras ad Plinium notas. Dicemus de iisdem & in parte Nummorum Historica.

ΒΟΥΡΩΤΙΩΝ, in Thesauro Goltzii, & in ejusdem Græcia vetere, Tab. v. quo in nummo Victoria bovem pede premit: & eundem cornu apprehendit: ex quo forte oppido ei nomen. Vel reportatam forte ab civi aliquo Buthrotio victoriam hic nummus indicat, domito Thessalorum more tauro ex equo. Plinius, lib. viii. sect. lxx. *Thessaliorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare. Primus id spectaculum dedit Romæ Cæsar Dicitur.* Vide Tranquillum in Claudio, cap. xxi. Dionem, in Neronem, lib. lxii. pag. 693.

ΒΥΒΛΙΩΝ. Nummus Augusti. Plinio, lib. v. sect. xvii. *Byblos.* Stephano, Βύβλος, πόλις Φουίκης.... τὸ ἔθνος, Βύβλιος, οἱ Βύβλιας. Cur nomen id urbi sit inditum, idem ibi prolixiore oratione investigat. Hodie Gebail. Venerem ii Cælestem quondam coluere. Vide Lucia-num, in opusc. de Syria Dea.

ΙΕΡΑΣ. **ΒΥΒΛΙΩΝ.** *Sacra Bybliorum civitatis.* Claudi, Commodo, & Severi. **ΙΕΠΑΚ.** **ΒΥΒΛΟΥ.** Caracallæ in Cimelio Regio, & Elagabali.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Passim in nummis occurrit. Plinio, lib. iv. sect. xviii. *Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum:* quare *Byzantina Lygos* Ausonio dicta, ut in Plinianis Notis observavimus. A fluviolo, credo, quo alluitur, quem τὸν Λύκον Cedrenus & Codinus vocant. Nobis *Constantinople*.

ΒΥΖΑΝΤΙΝΗ ΣΩΤΕΙΠΑ. *Byzantina Servatrix.* Lunæ effigies. Vedit Lambecius, in Codinum, pag. 139. edit. Regiae. Legi **ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ** malim, ut in nummis Cyzicenorum, **ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΣΩΤΕΙΠΑΚΟΡΗ.**

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Cum Neptuni effigie, delphino, ac tridente, Neptuni insignibus: quem Deum Byzantii, quod erat is Byzantis conditoris sui parens, coluere.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Uva appieta in Caracallæ nummo, vini feracem agrum conterminum fuisse significat. Apud Patinum, pag. 302.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ. ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ.

NUMMI ANTIQUI

Mithridates Eupator is est, quem Pompeius regno ac vita exuit. Urbis Byzantii vulgare symbolum, Lunæ crescentis effigies cum stella. E Museo nostro.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. KOINON. *Commune Byzantiorum.* E Goltzii Thesäuro, pag. 211. Nummus Augusti.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Ex eodem Goltzii Thesäuro, Caii Cæsaris nummus: sed vereor, ut sit genuinus.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ. Pisces duo. De pelamidum insigni capture Byzantii, quo fit ut nummis insculptur, Plinium vide lib. I x. sect. xx. Trajani nummus ex eodem Cimelio. Cum tergemino pisce, Plotinæ, quanquam epigraphe eadem, apud Patinum, pag. 188.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ. KAI. TO. Γ. Sub Trajano Cæsare tertium. *Byzantiorum* Pontifice scilicet. Nummus Trajani e Gaza Regia, cui insculpta galea est. Videtur omnino Trajanus Byzantiorum, ut Athenarum Hadrianus & Gallienus, ἀρχετονος hoc loco appellari, vel sacrorum ac ludorum Præses.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΔΗΜΟCΘΕΝΟΥC. Sub Demosthene Prætore. M. Aurelii, e Gaza Regia. Phari duo.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑ. ΚΕΒΑΚΤΑ. *Byzantiorum Antoniniana Augusti* certamina, hoc est, edita in gratiam Antonini Elagabali. Hoc Tristanus non intellexit, qui tom. II. pag. 206. *Antoniniam Augustam Byzantiorum ei oppido nomen fuisse in eo nummo putat.* Quanquam non sum nescius Severo superstite, ex filii nomine, Antonini Caracallæ, Α'πωγειας urbem eam esse appellatam, ut Hesychius Milesius prodidit, lib. de rebus patriis CP. Sed est hic nummus ut Occo vidit pag. 404. Elagabali, non, uti Tristanus putavit, Caracallæ.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΑΙΔ. ΠΟΝΤΙΚΟΥ. Sub Ælio Pontico. Lucillæ, e Gaza Regia. Crispinæ Commodi, ΕΠΙ. ΑΙ. ΠΟΝΤΙΚΟΥ. Η. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, ex eodem Cimelio. Sub Ælio Pontico oīties Prætore Byzantiorum. In utroque nummo tergemini pisces insculpti.

ΒΥΖΑC.

BYZAC. Cum senili capite galeato. Is oppidi conditor fuit. Stephanus : 'Εκπίθη Σπό Βύζατος τοῦ Ποσειδῶνος. *Conditum Byzantium est a Byzante Neptuni F.* In parte nummi altera, prora navis insculpta, nomenque Praetoris, ΕΠΙ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. Et simul Byzantiorum æra, ΓΟC. hoc est, conversis nempe litteris, (nam inversæ plerumque in nummis occurrunt, ut periti harum rerum sciunt) σογ', sive annus CCLXXIIII. post concessam scilicet a Pompeio libertatem, anno Urbis Romæ DCLXXXVIII. Mithridatico enim bello fidellem operam ea civitas Pompeio navavit: quare magnis beneficiis a populo Rom. donata, & inter urbes liberæ conditionis, ut Plinius ait, annumerata est. Tullium vide, orat. de Prov. Consul. Itaque annus hic Byzantiorum CCLXXIIII. plane in annum Urbis Romæ incidit DCCCCLX. Severi Imp. xvi. postquam is Antonini Caracallæ interventu sua Byzantiis jura restituit. In nummo Goltziano, Tab. XXVI. mendoza legitur, ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟC TOC.

BYZANTIΩN. ΕΠΙ. APX. M. AT. ANTΩΝΕΙΝΟΥ. Caracallæ, e Cimelio Regio. Βυζαντίου Αρχερέως Μάρκου Αυγούλιου Αυτοκράτορος. Ipse Caracalla in ea nummi area stat, Dea Praeside urbis pariter adstante, idemque Pontifex Byzantiorum Praesesque sacrorum vocatur. Debueret hunc ei honorem deferre Byzantii, vel grati animi nomine: nam ut auctor est Spartanus in Antonino Caracalla, pag. 85. *Byzantiis interventu suo jura vetusta restituit, quibus iratus fuit Severus,* (erat is Caracallæ pater,) *quod Pescennium Nigrum juverant.* Rursum pag. 87. *Per Thracias cum Praefecto Praetorii iter fecit, &c.* Tamen Alexander Severus convitii loco duxit, quod eum Antiochenses, Aegyptii, & Alexandrini ἀρχερέα appellarent, ut auctor est Lampridius in ejus vita, pag. 123. At Gallienus, teste Trebellio Polione, *& apud Athenas ἀρχώς erat, & civis adscribi desiderabat, & sacris omnibus interesse.*

BYZANTIΩN. Caracallæ, apud Tristanum, tom. II.

pag. 205. Isis in eo nummo rete explicat: quo uberrima thynnorum captura Byzantii significatur, id quod Tristanum fugit, qui plane ἀπόντα hoc loco affert. De eo piscatu Plinius, lib. ix. sect. xx. *Est in euripo Thracii Bosphori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustis, saxum miri candoris, a vado ad summa perlucens, juxta Calchedonem in latere Asiae.* Hujus aspectu repente territi thynni, semper adversum Byzantii promontorium, ex ea causa appellatum *Aurei Cornus*, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii est, magna Calchedonis penuria, mille passuum medii interfluentis euripi. Opperuntur autem Aquilonis flatum, ut secundo fluctu exeant e Ponto: nec nisi intrantes portum Byzantium capiuntur. Quo in loco ante nos legebatur, nec nisi intrantes Pontum & Byzantii capiuntur: quæ lectio mire torsit eruditorum ingenia, quod vera ei subesse sententia nulla possit. Qua ope medicinam ei loco fecerimus, disces ex nostris ad Plinium Notis & Emendationibus, ad librum nōnum, num. xxxiv.

Π. ΣΕΠΤ. ΓΕΤΑΣ. Κ. Πούσπλιος Σεπτίμιος Γέτας Καισάρ. Ex parte altera, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠ. Γ. ΣΑΛΛ. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ. Byzantiorum. Sub Caio Sallio Aristæneto. E Cimelio Régio. Europa tauro vecta fertur, qui typus situm urbis ad Bosphorum, cui inde nomen fecere fabulae, plane indicat. Apud Gruterum vetus inscriptio gemina, pag. cccc lxxv. 5. & 6. C. SALLIO. ARISTAENETO. V. C. SEPTEMVIRO. EPVLONVM, &c.

ΓΕΤΑΣ. ΑΥΓ. *Geta Augustus.* ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, cum uva, vini feracitatis in agro circumjecto indice. Apud Tristanum, tom. ii. pag. 283.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC. ΚΑΙ. ΑΦΗCTΟΥ. Phari duo, e Gaza Regia, Macrini numerus. Et Alexandri Severi, alter ibidem, ΑΥΓ. Κ. Μ. ΑΥΡΗ. ΣΕΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. ΑΥΓ. Αύτοκράτωρ Καισάρ. Μάρκος Αύρηλιος Σευηρής. Αλέξανδρος Αύγουστος. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΦΡΟΝ-

ΤΩΝΟC. ΚΑΙ. ΑΙΔ. ΦΗΣΤΟΥ. *Sub Duumviris Aurelio Frontone, & Aelio Feso.* Tertius ibidem Juliæ Mamææ, ΕΠΙ. ΦΡΩΝΤΩΝΟC. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Juliæ Soæmiadis, cum fortunæ effigie, Apud Tristananum, tom. i i. pag. 366.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΑΙΜ. ΣΕΥΗΡΟΥ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛ. ΣΕΥΗΡΑC. *Sub Æmilio Severo, & Julia Severa.* Item, ΕΠΙ. Μ. ΑΥΡ. ΣΩΤΗΡΙΧΟΥ. *Sub. M. Aurelio Sotericho.* Uterque e Cimelio Regio, sub Alessandro Severo cufus. Sic in nummo ΑΚΜΟΝΕΩΝ legas, ΕΠΙ. ΚΑΙΠΙΩΝΟΣ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛΙΑΣ. ΣΕΟΥΗΡΑΣ.

ΒΥΛΛΙΟΝΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia vetere, Tab. i i i. In eo nummo Jovis caput insculptum: ex parte altera, Copiæ cornu, ex quo spica & uva emerget, ubertatis ejus agri indices: ipsumque cornu anguis pluribus spiris complectitur. Id Æsculapii symbolum est in nummis vulgare. Plinio, lib. i i i. sect. x x v i. *Buliones.* Straboni, lib. vi i. pag. 326. *Bulliones.* Oppidum *Bullis*, Ptolemæo, lib. ii. cap. x i i i. unde *Bullidensis colonia* Plinio, lib. i v. sect. x v i i. in Epiri, Illyrici, Macedoniæque confinio.

C

CABELLIO.

COL. CABE. *Colonia Cabellio.* Nummus apud Tristananum, tom. i. pag. 63. Plinio, lib. i i i. sect. v. *Cabellio* oppidum Latinum dicitur: Ptolemæo, lib. ii. cap. x. *Καβελλίων κολωνία.* Nunc *Cavaillon*, in Comitatu Avenionensi.

CABE. Apud Patinum, in Æmilia familia, pag. x i. Ex parte aversa, LEPI. cum Copiæ cornu. Hunc utrumque nummum ad Africæ oppidum Tristanus, Patinusque referunt, quod ille Tacapen esse suspicatur, iste quodnam sit haud indicat: Oiselius vetustissimum Carthaginis nomen, *Karthagēn*, cuius Stephanus meminit, priore sui parte diminutum, repræsentari hoc loco comminiscitur: nos multo verisimilius, uti remur,

Cabellionem. Triumvirorum nominibus, interdum & capitibus nummos suos passim insignivere Galliae. Vide LVGDVNVM, REMI, NEMAVSVS. Ac deinde Augustorum ævo, COL. AVENIO, COL. ARELATE, &c.

C. A. C. Vide ASIDO.

CADO. Vide KAΔOHNΩN.

CÆSAR AVG VSTA. Q. LVTAT. M. FABI.
IIVIR. *Q. Lutatio, M. Fabio, Duumviris.* Colonus boves aratro junctos agit, coloniae deductæ in plerisque nummis symbolum. M. Varro, lib. i v. de ling. Lat. auctor est coloniam sic inchoari solitam, juncto bove & vacca, ut vacca tamen coloniae, quam conderent, propinquior esset: exterius vero bos araret: ductoque aratro terminos designabant coloniae, qua moenia ducerentur: & aratro portato, ubi portam statui vellent. Plinius, lib. 111. sect. i v. *Cæsaraugusta colonia immunis, amne Ibero affusa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba.* Vetus inscriptio, in Thesauro Goltzii, pag. 238. **COL. CAESAREA AVG. SALDVBA.** Hodie *Sarragoſſe*, in Aragonia.

C. C. A. MONTANO. E T. GERMANO.
IIVIR. hoc est, *Duumviris.* Caligulæ nummus, in Cimelio Regio: ubi & Tiberii alii duo qui sequuntur. De Duumviris & Decurionibus dicemus, verbo CORINTHVS.

C. C. A. SEX. AEBVTIVS. LVCRETIVS. IIVIR.

C. C. A. M. CATO. L. VETTIACVS. IIVIR.

C. I. C. A. GENIO. P.R.D.D. *Colonia Iulia Cæsaraugusta, Genio Populi Rom.* Decreto Decurionum. Antonini Pii.

C. C. A. D. D. *Coloniae Cæsaraugusta Decuriones:* vel, *Colonia Cæsaraugusta, Decreto Decurionum.* M. Aurelii nummus est, quem Antonius Augustinus, Dialog. 7. Antiq. pag. 111. ad Calagurim perperam refert: legitque, *Colonia Calaguris Augusta*: cum Augustæ cognomen non obtinuerit Calaguris, sed Juliæ. Verum graviore etiam errore ducuntur ii, qui hos nummos interpretantur, *Colonia Carthago Antiqua.*

C. I. C. A. D. D. Caracallæ, in Cimelio Regio: ibi lupa Romulum & Remum lactat. Patinus Getæ nummum exhibet, pag. 319. O C I C A. in quo vir nudus gestat Copiæ cornu: cum legi oportuerit, (utinōs in eo nummo Regiæ Gazæ vidimus,) C. I. C. A. D. D.

CÆSAREA ANTIOCHIA. Vide **ANTIOCHIA Pisidia.**

CÆSAREA BITHYNIAE. Hujus Cæsareæ mentio, tum in Notitia Hieroclis, aliisque, inter sedes Episcopales Provinciæ Bithyniæ, tum in Conc. C P. V. pag. 73. in qua appellatur Ἰωάννης Καισαρείας ἢ Βιθυνίας, & pag. 170. Παῦλος ἐπίσκοπος Καισαρείας Βιθυνίας. Ad hanc vero potius, quam ad quamvis aliam, hos nummos referimus, quod ceteræ suas habeant notas, quibus ab ista secernantur: hæc peculiares nullas, nisi quod **KAI-CAPEION** sine adjuncto inscribitur.

KAICAPEION SEBASTHNON. Vide **SEBASTHNON.**

KAICAPEION. **ΑΓΗΝΩΝ.** Caracallæ nummus e Cimelio Regio, in quo nummo Bacchus insculptus, cum tigride, & Satyro. Affert hunc Patinus, pag. 306. *Cæsarienses* autem *Agenenses* intelligit, quos si Roscius aliquis aut *Æsopus* appellat in scena, quis credat audiri sine risu ac strepitu posse? Neque enim fuere *Agenenses* usquam: nec aliud in eo nummo **ΑΓΗ-ΝΩΝ** est, quam Ionica dialectus, pro **ΑΓΩΝΩΝ**, *Cæsariensi*usque certamina ibi signantur, ut Leucadiensem in altero nummo, **ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ** **ΑΓΗΝΩΝ**. Sic apud Goltzium in vetere Græcia, & in Museo nostro, Dyrrachenorum nummi, **ΔΑΜΗΝΟC**, & **ΑΠΙCTHNOC**, pro **ΔΑΜΩΝΟC** & **ΑΠΙCTΩΝΟC** exhibent. Apolloniarum, **XAI-PHNOC** pro **XAIΡΩΝΟC**. Et in nummis Massiliensium, **ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ**, pro **ΜΑΣΣΑΛΙΩΤΩΝ**. Quid quod ne *Cæsarienses* quidem eo forte nummo signantur, sed *Cæsarei* ludi tantum, *Cæsarea*que certamina, qualia a Metropolitis Phrygiæ legimus edita in Gallieni nummo, **CEBACTA KAICAPEIA**. **ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ**. Sic enim verius est

de ludis certaminibusque hunc nummum accipi, quam de Cæsarea ulla, cui adjuncta Metropoleos appellatio fuerit.

CÆSAREA *Cappadocia.*

ΑΥΤΟΚ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ. ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ. ΤΡΙΩΝ.
ΑΝΔΡΩΝ. *Imp. Antonius Augur Triumvir. KAISAREIAΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ.* Apud Occonem,
pag. 28.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Nummus Neronis, apud Platinum,
pag. 130. cum monte p'æcelso. Plinius, lib. v i. sect.
111. *Sub monte Argæo Mazaca, quæ nunc Cæsarea nominatur.* A Caio Julio Cæsare id ei nomen datum affirmat Justinianus, Novella x x x. de Cappadocia: & Constantinus Porphyrogen. lib. i. them. ii. pag. xvi. cum prius Mazaca diceretur a Mousoch, (*Μουσῶχ*) primo Cappadocum auctore. A Claudio Cæsare, Niccephorus Callist. A Tiberio verius Suidas, & Hieronymus, ut diximus in Plinianis Notis.

ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙCA. ΕΤ. ΙΓ. Μητροπόλεως Καισαρέως,
ἐπι τῷ anno 111. Caracallæ, apud Tristananum, tom.
ii. pag. 223. in quo editissimi montis effigies, cui stella
in vertice imminet. Sunt & Juliæ Domnæ apud Pati-
num in Thesauro, pag. 82.

ΚΑΙCAPEIAC. Caracallæ iterum ibidem: sed pro
stella Aquila est.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCAPEIAC. ΕΤ. Α. Apud Trista-
num, pag. 230. Hos nummos Cæsareae Panæadi perpe-
ram Tristanus adjudicat.

ΜΗΤΡ. ΚΑΙCA. ΕΤ. Β. Apud Platinum pag. 302.
ejusdem Caracallæ.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCAPEIAC. ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΕΤ. Β.
Macrini apud Tristananum, pag. 292. nunc Cimelii Regii.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCAPEIAC. Diadumeniani, p. 316.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCAPEIAC. ΕΤ. Α. Alexandri Se-
veri, pag. 399. & quos eodem Imperatore cūsos Pati-
nus affert, pag. 351.

ΕΥCEBEIAC..... APEIAC. Nummus media sui
parte exesus, quem sic legi nos auctores sumus, ΕΥ-

C E B E I A C. K A I C A P E I A C. & ad hanc Cæsaream referri. Aquila in eo nummo Argæi montis vertici insistit, ut in superioribus. Cæsaream utique, in qua versamur, Eusebiam appellatam esse, ex Strabone monuimus in Plinianis Notis. Stephanus quoque: Καισαρεια μητρόπολις της Κατωπαδικίας, η τοπίου Εύσεβεια, καὶ Μελάνη. M H T P O. K A I C. B. N. Δ. Μητρόπολεως Καισαρείας δις Νεωκόρευ, anno Gordiani junioris, quo ciusus ille nummus est, dicitur hoc est, quarto. E Gaza Regia.

CÆSAREA Mauretanica.

COL. I O L. CAESAREA. IVBAE. REG. Claudii nummus, in Thesauro Goltzii. Plinius, lib. v. sect. i. Oppidum celeberrimum Cæsarea, antea vocatum Iol, Iubæ regia, a Divo Claudio Colonia jure donata. Hodie *Alger*, in Africæ litore, qua Siciliam spectat.

REX. IVBA. In Cimelio Regio. Ex parte aversa, CAESAREA. R. XXXII. hoc est, anno regni xxxii. In Museo nostro Jubæ senioris nummus est, cum epigraphe, REX. IVBA. Et junioris alter, REX. IVBA. XXXX. Vidimus & in quo inscriptus annus esset xxxxii. Atque ex ea quidem anno numra nota colligimus ad eam ipsam Cæsaream subsequentem quoque nummum pertinere:

C. I. C. XXXVI. cum Augusti capite, hoc est, Colonia Iol Cæsarea, e Cimelio Regio, & in Patini Indice, pag. 3. Ex parte altera, caput Cæsaris Julii Dictatoris, E X. D. D. Ex decreto Decurionum. Sic in Babbae coloniæ nummo annorum hunc quoque signari numerum vidimus, C. I. B. XXXVI.

CÆSAREA Palæstinae.

C. F L A V. C A E S A R. Apud Patin. pag. 195. Hadriani nummus: cui similis alter Faustinæ Aurelii conjugis, pag. 249. In his figura stans captivum pede calcat.

COL. P. FL. A V G. C A E S A R E A. Ejusdem Hadriani in Cimelio Regio. Colonia Prima Flavia Augusta Cæsarea.

COL. PRIMA. FL. A V G. C A E S A R E A.

M. Aurelii nummus e Museo nostro, in quo Serapidis caput, cum modo, calathóve. Plinius, lib. v. sect. xiv. *Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia Prima Flavia, a Vespasiano Imp. deducta.* Prima vocatur, vel Primana, quod primæ legionis milites colonos haberet, ut in Arelatensium nummo præmonuimus. Flavia a Vespasiani nomine. Ulpianus, lib. I. Digest. tit. xv. de Censibus: *Divus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit, &c.* Hieronym. in Chron. anno i v. Olymp. c x c i. *Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ prius Turris Stratonis vocabatur.* In vetustis inscriptionibus nondum occurrit, *Legio prima Flavia.* At LEG. III. LEG. IV. LEG. X. & LEG. XVI. cum FLAVIAE appellatione, passim. Nunc est Casair, provinciæ caput, la Principauté de l'Hemir de Casair.

C. P. F. AVG. CAESAREA. Diadumeniani.

CAESAREA Philippi, ab Herodis M. Filio Philippo tetrarcha sic appellata, seu Paneas, a fonte.

COL. CAESAREA. PHILIPPI. Augusti nummus, e Thesauro Goltzii.

COL. CAESAREA. PANIAE. Titi, ibidem, pag. 238.

KAIC. CEB. IEP. KAI. ACT. YP. ΠΑΝΕΙΩ. Καισαρεῖας Σεΐσαῆς ἵερῆς ύπατοι πόλεων Πανείω. M. Aurelii nummus, apud Spanhem. lib. de usu Numism. pag. 985. Plinius, lib. v. sect. x v. *Iordanis amnis oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsarea.* Et sect. xvi. *Paneas, in qua Cæsarea cum supradicto fonte.* Alterum ei fonti nomen Dan fuit: eidem amni fons alter, Jor: unde nomen Jordani.

CALAGVRIS.

MVN. CAL. IVLIA. Augusti nummus, apud Patin. pag. 34. nunc gazæ Regiæ. MVN. CALAG. IVL. Augusti pariter, ex eodem Cimelio.

M. C. I. C. CELERE. C. RECTO. IIVIR. *Municipium Calaguris Iulia. Caio Celere, Caio Recto, Duumviris.* Tiberii nummus e Cimelio Regio. Plinio, lib.

lib. 111. sect. 1 v. *Calaguritani*, qui *Nassici cognominantur*. Ambr. Morales, ex vetere inscriptione, MVN. CALAGVRIS. IVLIA. NASSICA. Nunc est *Loharre*, ab *Huesca* in Arragonia Hispaniae provincia, leucis 1 v. distita. Duumviri porro, qui Græcis *Arfūnari*, duorum Consulum, penes quos Romæ olim summa rei publicæ constituendæ atque administrandæ fuit, instar erant in civitatibus & municipiis.

C A L E N O. Nummi veteres e Museo nostro, cum gallinacei, Minotauri, aliave effigie. Plinio lib. 111. sect. 9. *Calenum* in prima Italæ regione. Nunc *Calvi* dicitur, 1 v. fere pass. mill. citra Capuam, in Campania, ut in Plinianis notis monuimus, secuti Camillum Peregrinum, in Campania Felice, pag. 436.

C A L E N O. Ibidem, cum Minotauri effigie: & ex parte altera, C A L E N O rursum, cum Apollinis capite.

K A ΛΕΝΙΤΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 218. & ex Magna Græcia, Tab. xix.

C A L L E T. Meminit hujus nummi Rod. Carus, lib. 111. cap. LXX. pag. 197. Plinio, lib. 111. sect. III. *Callet*, in Baetica, Astigitani conventus. Situs ignotus. Nam quæ nos argumenta deterreant, ne viris eruditis assentiamur, Jo. Fr. Andrez, lib. de patria S. Laur. pag. 212. & Rod. Caro, loc. cit. eosque secuto Lucæ Holsteno, ea in Notis & emendationibus ad librum Plinii tertium, num. xiv. prolata sunt a nobis, & abunde explanata.

C A L P E.

C. I. C A L P E. *Colonia Iulia Calpe*, ex Spanhemio, lib. de usu & præst. Numism. pag. 766. Plinio, lib. 111. sect. 111. ad Gaditanum fretum, *Mons Calpe*. Oppidi cognominis meminere Antoninus in Itiner. & Strabo, lib. 111. pag. 140. Sed idem illud est cum Carteia, monti apposita. Plinius, loc. cit. *Fretum ex Atlantico mari. Carteia, Tartessos a Græcis dicta. Mons Calpe*. Nunc rudera vix supersunt. Portus superest in primis capax, cum castello, *Torre di Cartagena*, corrupto a vetere Carteïæ nomine,

114 NUMMI ANTIQUI
CAMALODVNVM.

COL. CAMALODVN. Claudii nummus, e Thefauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. 11. sect. LXXVII. *Camalodunum Britanniae oppidum*. Tacito, lib. XII. Annal. pag. 181. *Colonia Camalodunum*. Apud Gruterum, pag. 439. COLONIAE. VICTRICENSIS. QVAE. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODVN. Hodie deminuto vocabulo *Malodon* vocant, teste Cambdeno. Neque enim Colcestria est, ut quidam volunt.

S. P. C. Carausii Augusti nummus e Museo nostro, cuius in ima parte hæ noræ sunt: quas sic interpretari nunc lubet, *Signata Pecunia Camaloduni*, quod ex Britannia, in qua id oppidum est, Carausius pedem non extulit.

C. A. O. A. F. Vide OEA.

CAPPADOCIA.

ΚΑΠΠΑΔ. & ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ. ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. IEPA. ΣΥΝΚΛΗΤΟC. *Dea Roma. Sacer Senatus.* Nummi Goltziani in Asia. Plinio, lib. VI. sect. III. *Cappadocia*.

CAPPADOCIA. S. C. Hadriani nummus e Cimelio Regio, Museoque nostro, & apud Patinum, pag. 191. Dextra montem, Argæum scilicet, cui Cæsarea Cappadociæ primaria civitas imposita est, quo & tota fere Provincia attollitur: læva, labarum gestat. Nihil ad præsens negotium attinet, quod Maximus Tyrius, Dissert. XXXVIII. narrat, Montem Cappadocibus esse Deum, & jusjurandum, & statuam. Οὐες Καππαδόκες ἔθος, ὁ ὄρος, ὁ ἄγαλμα. Nisi montem ipsum Argæum Jovis nomine coluere, ut Casium Seleucenses. Unde in nummis ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ, ΖΕΥΣ ΚΑΣΙΟΣ, uti monuimus in Plinianis notis. Spartianus in Hadriano, pag. 7. *A Cappadocibus servitia castris profutura suscepit.* Hoc labarum in eo nummo insculptum significat. Exercitus enim Cappadocici vexillum olim labarum fuit, ut dicturi sumus, verbo ΠΑΝΝΟΝIA.

ADVENTVI. AVG. CAPPADOCIAE, &
RESTITVTORI CAPPADOCIAE. S. C.

Occo in Hadriano, pag. 230. & 231.

EXER. CAPPADOCICVS. Hadriani , apud
Spanhemium , pag. 843.

CAPVA. Vide ΚΑΠΥΑΝΩΝ.

CARPICA VICTORIA. Nummus Philippi Patris,
quem Occo , pag. 439. VICTORIA CARDICA
perperam legit. Circa Istrum Carpi fuere, Mœsis vi-
cini, Capitolino , Ammiano , aliisque. In Pannonia in-
feriore , Ptolemæo , lib. 11. cap. xvi. In Præfectura
Mœsiæ , Constantino Porphyrog. lib. 11. them. 1. pag.
84. Καρπιος.

VICTORIAE CARPICAЕ. VOTIS X. De-
cii , apud Occonem , pag. 450 Lepidum est quod nar-
rat Vopiscus , pag. 219. de Carpici cognomine , quo
donatus a Senatu Aurelianus Augustus fuit: *Pacato*
Oriente in Europam Aurelianus rediit vicit, atque illuc
Carporum copias afflixit: & cum illum CARPICVM
Senatus absentem vocasset, mandasse illico fertur: Su-
perest, P. C. ut me etiam Carpisculum vocetis. Car-
pisculum enim genus calciamenti esse satis notum est, quod
cognomen deforme videbatur, &c.

CARTENNA.

COL. AVG VSTA. KARTE NNA. Nummus
Othonis, e Thesauro Goltzii , pag. 237. ubi K A P-
C E N N A , perperam scribitur , cum ut omittam ce-
tera , nondum Othonis ævo hic mos obtinuerit , C pro
Σ pingendi , aut Græcas cum Latinis in eodem nummo
litteras vocesque jungendi. Nihil hic Arcena Syriæ,
quam Victor Aurelius Arcam vocat , Alexandri Severi
Imp. patria , attinet: sed ea quam nummus coloniam
Augustam appellat: coloniam Augusti Plinius , lib.
v. sect. 1. *Cartenna colonia Augusti, legio secunda, in*
Mauretania Cæsariensi. Cartennas coloniam vocat An-
toninus in Itiner. In Notitia Africæ , inter Episcopos
Mauretanias Cæsar. Lucidus Cartennitanus. Hodie Ao-
chora. In vetustioribus paulo nummis oppida Africæ

Carthago & Cartenna, per K ex æquo scribi solita.
CARTHAGO, in Africa.

KARTHAGO. Apud Patinum, pag. 15. & in Cimelio Regis Christianissimi. Plinio, lib. v. cap. 111. *Colonia Carthago, magnæ in vestigiis Carthaginis.*

KART. VENERIS, cum templi effigie, quod esset ibi Veneris Cælestis templum, de qua alii bene multa, Pausanias in primis. Ex parte aversa, SVF. ARISTO... hoc est, *Sufetis, Aristone &c. Sufes Consul est lingua Pænorum*, inquit Paulus ex Festo: *Summus Pænis est Magistratus*, inquit Livius, pag. 333. Ab Hebreo Σεφ, *Iudeo*. Est hic nummus e Museo nostro.

KART. PAN. Vide PANOPMITAN.

COL. AVR. KAR. KOMM. P. F. Severi, Carrallæ, & Trajani Decii numimi, quos vir pereruditus, operis sui de numismatibus pag. 727. sic interpretatur: *Colonia Aurelia Carrhenorum Commagene Pia Felix.* Spanhemium sequitur Mediobarbus, pag. 354. At qui Carrhas in Commagene collocet, auctorem certe reperias neminem. Deinde Latina inscriptio in Carrhenorum numimis nulla dum visa. Quanto nos felicius? *Colonia Aurelia Carthago Commodiana Pia Felix.* Ut ab ejusdem Imperatoris nomine Aurelia, a cognomine Commodiana dicta Carthago intelligatur. Mire Lampridius conjecturæ favet, cum in vita M. Aurelii Commodi Imp. ait: *Ridicule Carthaginem Alexandriam Commodam Togatam appellavit, cum classem quoque Africanam Herculeam Commodianam appellasset.* De Felicis cognomine Carrhis attributo, nusquam mentio: Carthagini, passim: & in hoc fere tractu aliis: Piæ appellatio etiam Hadrumeto in eodem tractu, ut infra dicemus, concessa. Deducta porro non nunc primum est colonia Carthaginem: sed multo ante a C. Graccho, deinde & majore fama a Cæsare, ut ait Solinus, cap. xxvi. cui Livius præivit, in Epitome, lib. Lx. Deductam autem ab eo Dictatore, altero ejus Consulatu, auctor est Dio, lib. xliii. pag. 239. Vide & Plutarchum in Cæsare, pag. 734. Appianum in

Libyc. pag. 85. & Strabonem, lib. xvii. pag. 833.
Carthago, inquit Mela scite, ut solet, lib. i. cap. 7.
nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax
æmula: jam quidem iterum opulenta: etiam nunc tamen
priorum excidio rerum, quam ope præsentium clarior. Ex
urbis ruderibus Tunetum nunc juxta conditum, *Tunis*.

I N D V L G E N T I A A V G G . I N . C A R T H . *In-*
dulgentia Augustorum in Carthaginem. Severi nummus,
e Cimelio Regio, Caracallæ e nostro: cui ille similis,
I N D V L G E N T I A A V G . I N . I T A L I A M ,
ejusdem Severi, in Regio pariter Cimelio.

Κ ΑΡΘΑΓ. **ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ.** Severi, e Thesauro
Goltzii, pag. 218.

Κ ΑΡΘΑΓΗΝΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. ΔΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.
Nummus Gordiani, e Thesauro Goltzii, pag. 218.

F E L I X . K A R T H A G O . Diocletiani, Maximiani,
Constantii. Et K A R T . F E L I X . apud Seguinum,
pag. 43. ex parte altera, D. N. HILDERIX. REX.
Vandalorum is nempe in Africa rex pæne postremus.

C A R T H A G O . N O V A . C O L . Nummus Caii Cæ-
sar is, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. 111.
sect. 1 v. *Carthago nova, colonia*, in citeriore Hispania.
Incolis, *Cartagena*, in regno Murciæ. Nova hæc
porro appellata est, ad discri men veteris, cuius nunc
supersunt vestigia in oppido Catalauniæ, *Villa Franca*
de Panades, ut diximus in Plinianis notis.

C. C. N. A. T. M A N L I O . C. P E T R O N I O . I I V I R .
Colonia Carthago nova Augusta. Tito Manlio, Caio
Petronio Duumviris. Et in parte aversa rursum, **C O -**
L O N I A . C A R T H A G O . N O V A . A V G V S -
T A . Augusti nummus, apud Mediobarbum, pag. 47.
ex Sponii schedis. Sed hunc insigni uterque errore
ad Carthaginem Africæ refert, quam neque ab Au-
gusto deduc tam, neque Novam cognominatam ali-
quando fuisse, monumenta ulla testantur.

C A S C A N T V M .

M V N I C I P . C A S C A N T V M . Tiberii nummus
apud Patinum, pag. 68. nunc Gazæ regiæ. Plinio, lib.

111. sect. iv. *Cascantenses*. Ptolemaeo, lib. 11. cap. vi. *Kastaror*, in Vasconibus, hoc est, Navarris. Nunc oppidum Navarræ, *Castante*, trans Iberum, prope Turiasonem. In eo nummo bos insculptus, nempe major hostia, qua litare se Diis, pro salute Tiberii Principis Cascantenses eo nummio declarant.

CASILINVM.

CAES. DICT. PERP. Ex parte aversa: TI. SEM-
PRON. GRACCVS. Q. DESIG. I T E R.
COL. CASILIN. *Tiberius Sempronius Graccus*,
Quæstor designatus iterum, *Colonia Caslinum*. Nummus
quem vidimus, & quem Goltzius affert in Thesauro,
pag. 238. & 256. Tullius, Philip. 11. *Coloniam Casli-
num deduxisti*, (Antonium alloquitur,) quo Cæsar ante
deduxerat. Plinius, lib. 111. sect. ix. *Sunt & morien-
tis Caslini reliquæ*. Fuit illud oppidum, ubi nunc est
Capua nova, & quidem ad utramque ripam Vulturni
amnis, qui & *Caslinus* inde dictus.

C. C. A. & C. I. C. A. Vide CÆSAR AVGUSTA.

C. C. I. B. Vide BABBIA.

C. C. I. H. P. Vide HADRVM ET VM.

CELSA.

COL. VIC. IVL. CELSA. Tiberii nummus in
Thesauro Goltzii, pag. 242. *Colonia Victrix Iulia Cel-
sa*. Plinius, lib. 111. sect. iv. *Celsenses*, ex *colonia*.
Nunc *Xelsa*, ad Iberum, Hispaniæ amneum. A situ ob-
tinuisse nomen, ex nummis intelligimus: nam in Ha-
driani nummo, quem mox afferemus, celso editoque
in monte positam appetet.

C. V. I. CELSA. Apud Patinum, pag. 71. Tiberii:
Augusti similiter, pag. 34. C. V. I. CELSA. L.
BACCIO. MN. FESTO. II VIR. Hoc est,
Colonia Victrix Iulia Celsa. *L. Baccio*, *Manio Festo*
Duumviris. In hisce nummis taurus insculptus, neque
in his modo, sed & in aliis Hispaniæ nummis: quo vi-
ctimas signari majores pro ejus salute Principis ibi cæ-
fas, cuius honoris causa cusi nummi forent, cum Ant.
Augustino censemus, Dialogo vi. Vide GRACCV-

RIS. Nunc uterque nummus Cimelii Regii est.

COL. V. IVL. C. Hadriani nummus, apud Tristatum, tom. I. pag. 383. quas ille notas sic perperam interpretatur: *Colonia Viētrix Iulia Calaguris*, vel *Iulia Constantia*: cum neutra Viētricis nomen in ulla vetustis monumentis obtineat. Celsam vero cum prærogativa coloniæ monumentis omnibus constet fuisse insignitam, Plinii locum paulo ante laudatum, ante nos interpunctionis vitio laborantem, sic merito castigavimus: *Celsenses*, ex *colonia*: *Calaguritanos &c.* cum prius legeretur, *Celsenses*. Ex *colonia Calaguritanos*: At Calaguris apud neminem vetustiorum paulo scriptorum, nec ullius nummi lapidisve auctoritate, atque, ut ita dicam, suffragio, in coloniarum albo censetur, sed municipiorum tantum: Celsam fuisse coloniam, certe numimi clamant. Fuere autem in Hispania citeriore, ita prodente Plinio, lib. 111. initio sectionis i v. coloniæ omnino duodecim: Carthago nova, Illici, Valentia, Tarraco, Barcino, Celsa, Cæsaraugusta. Ceteræ quinque ad Carthaginensem conventum attinent, ab eoque sic appellantur: *Carthaginem convenientiunt . . . ex colonia Accitana Gemellenses, & Libisosona cognomine Foroaugustana, quibus duabus jus Italiæ datum: ex colonia Salariense oppidani Latii veteris Castulonenses: Sextabitani, qui Augustani: Valerientes*. Neque enim Ant. Augustinum audimus, qui nullo adductus argumento, Dial. vi. Antiq. pag. 101. pro Libisosona, Sætabi, Valeria, Julióbricam, Cluniā, Asturicamque in coloniarum classe reponit. Tam enim esse e coloniarum numero saltem Libisosonam, quam sit Accitana, Plinius ipse perspicue arguit, loco proxime allato, cum subdit, *quibus duabus. Julióbricæ, Cluniæ, Asturicæ, coloniæ jus quæ monumenta afferant, vindicentque, desideramus.*

CER MENO. Vide ΓΕΡΜΗΝΩΝ.

C. F. P. D. Vide DEVLTON.

CHALDÆI.

DE CHALDAEIS. S. C. *Senatus Consulto. Tra-*

NUMMI ANTIQUI

jani nummus, apud Occonem, pag. 215. Plinius, lib. vi. sect. xxx. *Babylon Chaldaicarum gentium caput, &c.*

CICA. GENIO. DD. Nummus Antonini Pii, quem ad insulas Cicas nescio quis insulse retulit, de quibus Plinius, lib. i v. sect. xxx i v. in ora Lusitaniae, cum ad Cæsaraugustam spectet, ut diximus suo loco.

CILICIA.

A D V E N T V I . A V G . C I L I C I A E . Hadriani, e Cimelio Regio. Vide ΚΙΛΙΚΩΝ.

C. L. I. Vide CORINTHVS.

CLVNIA. Tiberii nummus, in Cimelio Christianissimi Regis. Et apud Patinum, pag. 71. cui nummo bos insculptus, deductæ index coloniæ est.

C O L . CLVNIA. Goltzius in Thesauro, pag. 239.

MVN. CLVN. *Municipium Cluniense.* In eodem cimelio.

HISPANIA. CLVNIA. S V L P . *Clunia Sulpicia.* Galbae Sulpicij nummus, ibidem. Plinio, lib. 111. sect. i v. *Clunia Celtiberiae finis*, Hodie pagus est *Cruña*, vel *Coruña del Conde*, ad Durium, in Castella vetere.

COELIVM.

AEL. MVNIC. COEL. ANT. *Aelium Municipium Cœlium Antoninianum.* Nummus Antonini Caracallæ, in Cimelio Regio, in quo vir saccum humeris gestat, coloniæ argumentum, ut in nummis Neapoleos Samariæ. Plinio, lib. 111. sect. xv i. *Cœlium*, in Calabria: haud procul Brundisio.

AE L. M V N I C I P . C O E L . Macrini, & Treboniani, ibidem: quem nummum alii perperam ad Cœliobrigam Hispaniæ referunt. Sic in eadem Italia, AEL. MVN. FANE. de quo dicemus, verbo FANVM FORTVNÆ.

COMANA Cappadociæ.

COL. IVL. AVG. C. I. F. COMANORVM. *Colonia Iulia Augusta. Colonia Iulia Felix Comanorum.* Vel forte, *Colonia Iulia Augusta Concordia Invicta Felix Comanorum.* Caracallæ nummus e Gaza Regia. Sed prior interpretatio magis arridet, quod in nummis eadem repeti subinde solent: ut in nummis Antiochenorum,

Antiochenorum , ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤΟC. ΤΟ. B. Δ. E. ubi postremæ litteræ rursum Δημαρχίας ἐξουσίας , Tribunicia potestate , significant. Plinius , lib. vii. sect. iii. in Cappadocia : Oppida : Comana , quod Sarus præfluit , &c. Porro Iulia Felix in nummo ea colonia vocitatur , quo nomine & Sinopensis quoque in eo tractu colonia appellata est , ut suo loco dicturi sumus.

C O M A N A *Pisidiæ*. Vide KOMANΩN.

C O N S T A N T I N O P O L I S. Nummus Constantini Magni , allatus a Patino in Indice , pag. 32. iterumque in Thesauro , pag. 206.

C O P I A. Vide LVGDVNVM.

C O R D V B A.

C O L O N I A . P A T R I C I A. Nummus Augusti , e Cimelio Christianissimi Regis. Plinius , lib. iii. sect. iii. *Corduba colonia , Patriciæ cognomine*. Sic porro appellata Antonio Augustino videtur , lib. viii. Antiq. pag. 124. quasi colonia veteranorum & honestorum , quibus , ut Patribus , honos debeatur. Gruteri inscriptio , pag. 323. **C O L O N I A E . P A T R I C I A E**. **C O R D V B E N S I S**. Hodie *Corduba la veja* , leuca fere una a Corduba nova , quam nos *Cordouë* dicimus.

C O L . A G R I P P A . P A T R I C I A. Vide ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ.

C O L . C O R D V B A . P A T R I C I A. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii , pag. 239.

C O L . P A T R . Claudi nummus , e Museo nostro.

C O R I N T H V S.

K O P I N Θ I Ω N. Nummi Goltziani in Græcia , in quibus Chimæra , & Bellerophon Pegaso vectus , Chimæramque conficiens. Corinthiorum id fere insigne. Hyginus , fab. vii. *Bellerophontem Praetus ad Chimaram interficiendam misit , quæ tripartito ore flammam spirare dicebatur: item prima leo , postrema draco , media ipsa chimæra*. *Hanc super Pegasm sedens , interfecit*. Chimæra capra silvestris est : Hesychius : Χιμάρειον , αἵγα αἵγια.

KOPINΩN Jovis caput, ibidem. Pausanias, in Corinth. pag. 48. Υἱὸς τῷ θέατρῳ δὲν οὐεῖν Διὸς Καπεταλίου φωνῇ τῇ Ρωμαιῶν, καὶ ἐλάδα ἢ γλωσσα, Κορυφῆς ὄνομαζοιτ' αὐτόν. *Supra theatrum Corinthi, templum est Iovis, quem Capitolinum Romanorum voce, Græca lingua Coryphaeum recte appellaris.*

KOPINΩN. Veneris caput: de cuius Deae fano Corinthiaco mox dicemus, ex Pausania. Strabo interim audiendus, lib. viii. pag. 378. Τόπε δὲ Αφεδίτης οὐεῖν ἔπει πλούσιον Καπηλός &c. *Fanum Veneris Corinthi ita locuples fuit, &c.*

KOPINΩN. Neptunus proræ insidet, dextra tridentem gerit. Apud Goltzium, Tab. xiii. Pausaniam vide loc. cit. & pag. 45. ubi de Neptuni fanis ac signis, prope Corinthum.

ΔΗΜΟΣ KOPINΩN. *Populus Corinthiorum*, laureato capite adumbratus. Altera nummi superficies Solem exhibet in quadrigis. Soli cessisse Acrocorinthum, Neptuno Isthmum, Briareo judice, narrat Pausanias in Corinth. sub initium ejus libri, pag. 44. Βειαρέων δὲ θελλακτὴν ψεύδη σφίσιν, Ιαδμὸν μὲν καὶ σόσα ταύτη μηχανταῖς Ποσειδῶνθ, τὸ δὲ ἀκρα Ηλίῳ δύντος τὸν Καρπὸν πόλεως. Atque eam ob causam alterum Acrocorintho nomen Ηλίου πόλιν, seu Solis urbem, fuisse, auctor est Stephanus. In ima nummi parte Prætoris nomen, ΔΙΑΓΟΡΑΣ.

COL. IVLI. CORIN. *Colonia Iulia Corinthus*, & **LAVS. IVLI CORINT.** *Laus Iulia Corinthus*.

Nummus uterque delineatur a Patino, Augusto Principe cufus, nunc Cimelii Regii. Plinius, lib. xv. sect. v. *Colonia Corinthus*, &c. Missos eo a Cæsare Dictatore colonos libertini generis, ipso quintum, M. Antonio collega Coss. auctor est Dio, lib. xlvi. pag. 239. & Plutarchus in Cæsare, pag. 734. Vide & Pausaniam in Corinthiacis, statim initio ejus libri, pag. 44.

ROMAE. ET. IMPERIO. In parte averfa, L. CAN.

AGRIPPA. IIVIR. COR. Z. *Caninio Agrippa Duumviro. Corinthus.* Apud Seguinum, pag. 65.

ILLUSTRATI.

12;

M. BELLIO. PROCVLO. IIVIR. COR. Pegasus. In Augusti nummo, e Museo nostro.

COL. AGRIPPA. COR. Vide ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. CORINT. cum Victoriae iconē. Ex parte aversa, Chimæra: L. CASSIO. IIVIR. In Museo nostro.

COL. IVL. COR. Cum Bellerophonte & Chimæra, in Régia Gaza.

CAESAR. AVG VST. Augusti caput. Ex parte altera, M. BELLIO PROC.... IIVIR. COR. *M. Bellio Proculo. Duumviro. Corinthus. Pegasus alatus, Corinthiorum insigne. Julius Pollux, lib. ix. cap. vi. Καὶ πᾶλιθοῦ, τὸ νόμισμα Κορίνθιον, ὃπ πήγασον εἶχεν ἐπετυπωμένον. Et pullus, sive equulus, nummus Corinthius vocabatur, quod Pegasus haberet in sculptum.*

OCTAVIO.... CINO. IIVIR. ITER. COR. *Octavio.... cino Duumviro iterum. Corinthus. Claudii nummus e Gaza Regia: in quo templum edito monti impositum: sive arci quæ vocatur Acrocorinthus, ut Plinius ait, loco cit. Templum Veneris ibi fuisse, & in eo Deæ armatae signum, auctor est Pausanias in Corinth. sive operis sui lib. II. pag. 48. Ἀνελθούσι δὲ εἰς τὸν Ἀκροκόρηνθον, ναὸς ἔστιν Ἀφερεῖτης· Αγάλματα δὲ, ἀντὶ τε ὡπλῶν, εἰς Ήλίου, καὶ Ἐρωτῶν τόξον.*

ADVENTVS. AVG. C. COR. *Adventus Augusti. Colonia Corinthus. Neronis nummus, in quo sculpta triremis. Isthmi Corinthiaci angustias ut perfoderer: Nero, eo se contulit, Plinio inter ceteros teste, ut suo loco monuimus.*

C. IVLIO. POLY AENO. IIVIR. COR. *C. Iulio Polyæno Duumviro. Corinthus. Neronis nummus, quem ex Patino Mediobarbus affert, pag. 96. legit: que cum ipso perperam, C. IVLIO POLYRENO. IIVIR. Fuere in municipiis coloniisque Duumviri, eodem fere jure Magistratus, quo Romæ Consules bini: nec deducendis modo coloniis, sed & regendis, præfuerere. Ut Consules Romæ sub Imperatoribus, sic & hi in coloniis municipiisque Senatum cogebant, qui Curia ibi dicebatur: quique huc admitterentur, Des-*

Q. ij.

NUMMI ANTIQUI

curiones dicti, ut Romæ Senatores: quæque illi statuerint, *Decurionum Decreta* dicta, ut Romæ *Senatus-consulta*. Est in hoc nummo Pegasus insculptus, quem Bellerophon inhibit currentem.

OCTAVIAE. NERONIS. AVG. Ex parte averfa. GEN. COL. COR. IVL. FLACCO. IIVIR. Genius Coloniae Corinthi. Iulio Flacco Duumviro.

COL. IVL. AVG. COR. Colonia Iulia Augustæ Corinthus. Hadriani nummus in Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 195. cum Dianæ Ephesiæ iconē. Item Commodi, ibidem. Aquæductum Corinthiis inter cetera beneficia erexit ab Hadriano Principe, auctōr est Pausanias, lib. 11. sive in Corinth. pag. 46. item lib. V III. in Arcad. pag. 253.

COL. IVL. COR. Nummus Sabinæ, e Cimelio Regio: in quo puer Melicertes, sive Palæmon, delphini dorso vehitur. Rem narrat Pausanias, tum initio libri secundi, pag. 44. ubi Corinthiacum describens agrum, Καὶ Μελικέρτου βαρύς ἦν, inquit. Εἴς τοῖς τὸν τόπον σκηνοισθίαν τὸν παιδία τῷ δελφῖνος λέγουσι· κειμένῳ δὲ τητυχόντα Σίουφον θέλει τε τῷ Ιαθμῷ, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ ποιῆσαι τῷ Ιαθμίῳ. Fuit ibi & Melicertæ ara: eo enim a delphine vēctum puerum memorant: quem cum expositum Sisyphus offendisset, & humaverit in Isthmo, & Isthmicos in ejus honorem ludos instituerit. Tum libro primo extremo, pag. 43. Λόγοι δὲ εἰσιν... ὡς τὸ ταύτης (πέρης Μολούείδος) αὐτὴν ἐσ θάλασσαν Ἱωάριφας, Μελικέρτης ἔχυσα τῷ παιδίῳ νεώτερον. τὸν δὲ ἀρεστοῦτον αὐτῷ Αέαρχον ἀπέκτεινε ὁ πατήρ. Λέγεται μὲν δὴ καὶ μανέντα δρᾶσαι ταῦτα Ἀθαμαντα.... Τότε δὲ φεύγοντα ἐσ θάλασσα, αἵτινα καὶ τὸν παιδία τὸπο τοῦ πέρης τῷ Μολούείδος ἀφίσιν. Ἐξερχέντος δὲ ἐσ τὸν Κορινθίων Ιαθμὸν τῷ δελφῖνῳ (ὡς λέγεται) τῷ παιδί, πιμελέτης καὶ ἀλλαγὴ τῷ Μελικέρτῃ δίδυνται μετονομαζέντι. Περλαύσοντο, καὶ τῷ Ιαθμίῳ ἐπ' αὐτῷ τὸν ἀγῶνα ἀγουσι. Fabula prodita hujusmodi est. Ino se cum Melicerte, natu minore filio de saxo, quam Moluridem petram appellant, in mare precipitem dedisse, cum natu majorem Leurchum pater occidisset: & Athaman-

tem quidem in uxorem & liberos furore impulsum, sunt qui dicant ita secessisse..... Illam igitur tunc aieunt arrepta fuga se cum filio in mare de Moluride petra abiecisse: puerum quidem a delphine exceptum, cum in Corinthiorum Isthmum fuisse delatus, mutato nomine ex Melicerte Palamonem appellatum: eique cum alios habitos honores, tam vero Isthmicos ludos decretos. Non potuit apertius causa prodi, cur in nummis ista sit insculpta effigies. Sunt & similes M. Aurelii, ac L. Veri nummi.

C. L. I. C O R. Arbor ex ara emicans, in nummo M. Aurelii, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 236. Eam esse arborem credimus, ex qua Pentheum aieunt opertanea seminarum sacra speculatum: quae deinde oraculi jussu quæsita a Corinthiis, mox & divinis culta honoribus. Auctor Pausanias in Corinth. pag. 49. Πενθέα... καὶ ἀλλα τολμάντι λέγουσι, καὶ πέλθως ἐσ τὸν Κιθαιρώνα ἐλθεῖν· ὅπις καπακοπῆ τῷ πολυάρχῳ. ἀναβάντα ἦτος δὲ δρόν θεάσασθαι τὰ ποιούμενα..... Τυπερινή, ὡς Κοεντίοι λέγουσιν, ή Πυθία γένεσι σφισιν ἀνδρεύτας τὸ δένδρον σκένειο ἵστα τῷ θεῷ σέβειν.

C. L. I. C O R. Colonia Laus Iulia Corinthus. M. Aurelii nummus, ex eodem Cimelio Regio, cum templo pariter in edito monte. Sunt & in quibus Chimæra, Bellerophon, &c.

C. L. I. C O R. cum Herculis nudi effigie, qualem a Dædalo factam Pausanias refert, positamque Corinthi juxta theatrum, in Corinth. pag. 48. Περὶ τοῦ θεάτρου... ξόανον γυμνὸν Ηγεμονέος. Δαμάλου ἦτορ τοῦ φασιν εἴδε τέχνην. Est hic M. Aurelii nummus.

C. L. I. C O R. Sedet in Acrocorintho Mercurius, cum petaso & alis, caduceoque, adstante ei Deo ariete. L. Veri nummus apud Patinum, pag. 256. Pausanias in Corinth. pag. 46. Αὐθίς δὲ ιοδον ἐπὶ Λευκίου τῷ δέσμῳ, χαλκοῦς καθίμονός εἶται Ἐρμῆς, παρέτηκε δέ οἱ κρίσις. ὅπις Ἐρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεόν ἐφορχῆν καὶ αὐξεῖν ποίμνας, καθὼς δὴ καὶ Οὐμηγες τὸν Ἰλιάδας ἐποίοιστεν. Υἱὸν Φόρβεας πολυμήλου, τὸν ἃ μάλιστα Ερμείας Τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν ὄπασε.

Tὸν δὲ τὴν πελετὴν Μητρὸς ἐπὶ Ἐρμῇ λεγόμενον καὶ τῷ κριῶ λό-
γῳ ἐπισάμβανθρός, οὐ λέγω. Rursus in via qua ad Lechæum
recte iter est, (navale hoc Corinthiorum est,) Mercurius ex ære sedens visitur, cui adficit aries, quod unus
præ ceteris Mercurius greges tueri & augere existimatur:
ut Homerus in Iliade significat:

Hic tibi natus erat, pecoris ditissime Phorba,
Quem sibi præ cunctis carum Cyllenia proles
Ditarat Teucris.

Quæ cognita in Magnæ Matris initii mihi sunt de Mer-
curio & ariete, consulto reticeo.

C. L. I. C O R. Nummus Severi, e Cimelio Regio: in
quo Ino rupi insistens, ex qua se præcipitem dejectit,
puerum Melicerten dextra tenet, posito ante pedes
delphino. Vide quæ proxime diximus. Exhibit hunc
nummum Patinus, pag. 282.

C. L. I. C O R. Bos ante ædem sacram, cui ædi del-
phin impositus: is nempe qui Melicerten exceptit. Ei
majore hostia, tauro videlicet, litatum esse hic num-
mus Severi docet. Est in Cimelio Regio, & apud Pa-
tinum, pag. 282.

R O C. I. I. C. Litteris nempe inversis, quas sic legi
necessæ est, C. L. I. C O R. Severi nummus apud Pa-
tinum, pag. 282.

C. L. I. C O R. Liberi Patris effigies in Acrocorintho.
sedentis, cum urceo. Caracallæ nummus apud Pati-
num, pag. 312. Bina Dei illius in primis fuisse Corin-
thi simulacula Pausanias refert, in Corinth. pag. 46.
quorum alterum Λύσιον, Βάνχειον alterum appellarent.

C. L. I. C O R. Getæ nummus, e Cimelio Regio, cum
Dianæ venaticis effigie. Pausanias, in Corinth. pag.
46. "Ἐπιν οὐν ἐπὶ τὸ ἀγρεῖς (ἅνταλτα φό πλεῖστα τῇ τῆς
ἱερᾶν)" Αρτεμις τε ἐπίκλησιν Ἐφεσία &c. In foro Corin-
thi, ubi plurima sunt templæ, Diana est. Ephesia cogni-
mento, &c. Et mox, ubi de fonte Pirene: Ἐπὶ δὲ αὐτῇ
λέγουσιν, ὡς ή Παιρήνη γένοιτο Κελεψίας Κελεψίας
πηγὴ, τὸν παῖδα ὁδυρεύμόν Κελεψίας Κελεψίας
Αρτεμίδος ἀκού-
σις ἀποδεικνύτα. De eo fonte fabulis vulgatum, Pirenēn

nympham, cum filium Cenchriam lugeret, quem Diana per imprudentiam occiderat, tantam profudisse lacrymarum vim, ut in fontem conversa sit. Rursumque: Μετὰ Ποσειδῶνα Ἀρτεμίση προσέσθουσα ἐπηκε. Post Neptunum Dianae venatrixis simulacrum stat.

COSSA.

C O L . I V L . A V G . COSSA. Nervæ nummus, apud Tristanum, tom. i. pag. 365. Plinius, lib. III. sect. viii. *Cossa Volcientium a populo Rom. deducta.* Ex ejus urbis ruinis crevit Ansedonia: mox & ipsa postmodum in vicum redacta. *Et desolatae mania fæda Cosæ,* cecinit Rutilius in Itiner. pag. 307. Deducta hæc colonia est in agrum Volcentium, anno CCCCLXXXI. Velleio teste, lib. i. Vide plura in Plinianis notis.

K O S Ω N. Apud Tristanum, pag. 366. & in Magna Græcia Goltzii, tab. xxxvii. In Etruria fuit. Græci per unicum σ, id oppidi ejus scripsere nomen, & in multitudinis numero extulere: quod & Maro secutus, *Quique urbem liquere Cosas.*

C O S S E T. Nummus antiquus, quem a se visum ait Ant. August. Dial. 7. Antiq. pag. 108. Gruteri inscriptio, pag. 499. T A R R A C . V R B S . COSITANOR. haud immerito suspecta nobis est. Plinio, lib. III. sect. iv. *Regio Cossitania, colonia Tarraco.*

C O N S T A N T I N I A N A . D A F N E . Constantini M. apud Occonem, pag. 537. & apud Platinum, in Indice, pag. 32. Id ei suburbanò nomen, a quo cognomen Antiochiæ Syriæ Epidaphnes fuit. Erat id ramen aliquot passuum millibus ab urbe dissitum. Vide Glossarium Pithœi in Novellas Juliani. Antecessoris, verbo *Proastium.* Describitur eleganter a Sozomeno lib. v. Eccles. hist. cap. xix. Vide ANTIOCHIA Syriæ.

C O S S V R A , in Museo nostro, & apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. xiv. *Cosyra.* Et lib. v. sect. viii. *Cosyra cum oppido.* Gruteri inscriptio, pag. 297. DE C O S S V R E N . *De Cossurenibus triumphus.* Stephano, Koσύρα. Insula est Libyci maris, medio intervallo inter

C. V. T. Vide TARRACO.

D

DAC. CAP. & DACIA CAPTA. Trajani, apud Occonem, pag. 201. & 202. & in Cimelio Regio. In his pileatum videoas Dacum. Sex. Aurel. Victor, in Trajano: *Primus, aut solus etiam vires Romanas trans Istrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum pileatis nationibus &c.* De pileis Dacorum, Dio in Trajano, Jornandes de rebus Geticis, Rodericus Toletanus, aliquie. De pileatorum appellatione multa eruditæ, ut solet, V. Cl. Du-Cangius in Glossario. De triumpho Dacico Dio apud Xiphilinum.

DACIA AVGUST. PROVINCIA. S. C. Trajani, apud Patinum, pag. 175. in Cimelio Regio. Item **DACIA AVGUSTA PROVINCIA**, in eodem Cimelio. De Trajano Pausanias in Eliac. prior. pag. 159. Οὗτος ἀφεστήσατο δὲ βασιλέως Γέτας τῶν Τραγίδων. *Hic imperio populi Rom.* Getas qui sunt supra Thraces, adjunxit. Xiphilinus ex Dionе, pag. 247. Δεκέβαλος δέ, ὃς καὶ τὸ Βασίλειον αὐτῷ, καὶ οὐ χάρα καπείληπτό σύμπασα, καὶ αὐτὸς ἐκινδύνευε ἀλλοια, διεχεῖσατο ἔωτὸν, καὶ οὐ πεφαλὴ αὐτῷ ἐστὶ Ράμψις απεκομιθός καὶ οὐ τοσούτη Δακια Ρωμαϊών ιστορία ἐγένετο, καὶ πόλεις τοῦ αὐτῆς Τραγίδαιος κατέψυσεν. Decebalus postquam regiam, regionemque suam omnem captam esse cognovit, ac periculum imminere, ne ipse quoque caperetur, manus sibi intulit. Eius caput Romam perlatum est, & sic Dacia in potestatem populi Romani venit: in eamque Trajanus colonias deduxit. Eutropius, in Trajano: *Daciam Decebalo victo subegit, provincia trans Danubium facta.* Itaque Augusta Provincia dicitur, quod ab Augusto subacta: quemadmodum, ut id dicamus obiter, **PAX AVGUSTI** saepe in nummis occurrit, quam scilicet orbi Romano præstaret Imperator. Unde Seneca, lib. de Clementia, Neronem

Neronem ita loquentem inducit: *Hæc tot millia gladiorum, quæ PAX mea comprimit, ad nutum meum stringentur.* Quanquam & alio sensu Augusti Provincia dici merito possit, quod ab Augusti Cæsaris temporibus divisæ bifariam orbis Romani provinciæ fuerunt: quarum partem alteram sibi vindicaret Imperator, partem populo daret. Sibi quidem quæcumque militum præsidio essent tenenda, cujusmodi erant regiones barbaræ, & regionibus nondum subactis finitimæ: Senatui populoque reliquam partem concederet, quæ pacata facile sine armis sub imperio retineretur. Vide Strabonem, in fine operis Geographici. Quæ porro Augusto parerent, eæ a Proprætoribus, vel Præfectis regebantur: a Proconsulibus, quæ Senatui populoque. Ex earum vero fuisse numero Daciam, quæ Augusti imperio tenerentur, docet inscriptio vetus, apud Gruterum, pag. CCLIX. 7.

IMP. CAES. M. AELIO. ANTONINO. PIO. AVG.

PONT. MAX. TRIB. POT. XVI. P. P.

CVIVS NVTV. ET. AVSPICIIS.

PROVINCIA. DACIA.

GVBERNATVR.

M. SVRRIANVS. PR. PR. NVMINI. EIVS.

Ubi PR. PR. *Proprætore* per notarum compendia significat. Sed pro *Surriano*, Scaurianum legi oportere intelliges, ex inscriptionibus antiquis duabus, quarum alteram afferemus in nummis Ulpiæ Trajanæ Dacicæ, alteram Gruterus retulit, pag. x. 3. I. O. M. E T. D I S
P E N A T I B V S. S C A V R I A N V S. Hoc nummo Dacia, matronæ habitu, monti insidet: quo situs ejus regionis, vel regiæ potius Dacorum, quæ monti imposita, indicatur. Papinius, lib. i. Thebaïdos:

Et conjurato dejectos vertice Dacos.

Iterumque, Silvarum tertio:

Quæque suum Dacis donat clementia montem.

Xiphilinus in epitome, ex Dione, ubi Trajani cum Dacis bellum describit: Ω's ἔχει ἐπ' αὐτὰ, inquit, τὰ ἐπ' αὐτῷ ἐπεχέρησεν ἀναβλῆσαι, λόφους σὺν λόφων μὲν παθόντων

NUMMI ANTIQUI

καταλαμβάνω, καὶ τοῖς τῷ Δάσκων βασιλεῖσι ἐπέλασε. Postea contendit ad editiora montium loca, indeque aliis occupatis collibus, non sine periculo ad Regiam Dacorum pervenit. Huc vetus inscriptio pertinet, apud Gruterum, pag. CCXLVI.

IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE. F.

NERVA. TRAIANVS. AVGUSTVS.

GERMANICVS. DACICVS. PONTIF. MAXIMVS.

TRIB. POT. IIII. COS. IV.

VICTO. DECEBALO.

DACIA. Hadriani nummi. Plinio, lib. I V. sect. xxv.
Getae, Daci Romanis dicti. Ostia illi primum Danubii tenuere, mox & interiorem ripam. Nunc Transylvania dicitur, & Moldavia, cum parte Bulgariæ. Dacia, præcipua Hadriani cura, ab eo Turboni credita est, quem ille Pannoniæ Daciæque præfecit, ut refert Ælius Spartianus, in ejus vita, pag. 4. Sed quem ille Martium Turbonem vocat, Marium dici oportuit, ut ex vetusta inscriptione discimus, quæ exstat apud Gruterum, pag. CCCCXXXVII. I.

Q. MARIO. TVRBONI. FRONTONI.

PUBLICIO. SEVERO. PRAEF. PRAET.

IMP. CAES. TRAIANI. HADRIANI.

AVG. P. P. COL. VLPIA. TRAIAN.

AVG. DACICA. SARMIZGETVSA.

Suum ei Præfecto nomen asserere, integrumque obiter proferre, quoniam id neglectum a Casaubono, Salmasioque, in vegrandi volumine Commentariorum ad scriptores historiæ Augustæ, operæ pretium fore du-ximus.

EXERCITVS DACICVS. Hadriani, e Cimelio Regio. Sedet in equo Imp. & ante eum signiferi quatuor. Eutropius, de Hadriano: *Trajanus gloriæ invidens, statim provincias tres reliquit, quas Trajanus addiderat, id est, Assyriam, Mesopotamiam, & Armeniam.* Revocavit exercitus, ac finem imperii voluit esse Euphratem. Idem de Dacia facere conatum, amici deterruerunt, ne multi cives Romani barbaris traderentur: propterea quia

a Trajano victa Dacia ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominum transtulerat ad agros & urbes condendas. Huc spectat inscriptio, DACIA FELIX, mox afferenda in nummis Trajani Decii.

DACIA COS. II. S. C. Antonini Pii apud Occonem, pag. 250. Capitolinus in Antonino, pag. 19. *Dacos rebellantes contudit per praesides & legatos.*

PROVINCIA DACIA. Philippi Filii, e Museo nostro. Adiectæ voculæ, AN. I. quo patris imperii annus primus signatur. Est & Otaciliae similis apud Patinum, pag. 385.

DACIA CAPTA. Trajani Decii, apud Occonem, pag. 450.

DACIA & DACIA FELIX. Trajani Decii nummus e Museo nostro. Cur Felix dicatur, ex vetusta inscriptione intelliges, facta olim sub Hadriano:

IMP. CAES. DIVI. NERVAE. TRAIANO.
HADRIANO. PONT. MAX. COS. III.
P. P. CVIVS. VIRTUTE. DACIA. IMPERIO.
ADDITA. FELIX. EST. &c.

Exstat ea apud Gruterum, pag. CCCLIX. 4.

DACTONIUM. MVN. *Municipium Dactonium.* Caii Cæsar's nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 243. Δακτόνιον Ptolemæo, lib. 11. cap. vi. Hispania Tarragonensis oppidum est.

DAFNE. Vide CONSTANTINIANA DAFNE.
ΔΑΙΔΑΛΕΩΝ. Nummus Vespasiani, e Thesauro Goltzii, pag. 213. Plinio, lib. v. sect. xxix. Δædala, in Lyciæ Cariæque confinio. Stephano: Δαιδαλα... δολίτης Δαιδαλος.

ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ. Nummus Juliae Domnae apud Tristan. tom. 11. pag. 143. ΕΠΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΗΦΑΙΣΤΙΩΝ. ΑΡΧΙΕΡ. Ἐπὶ Μ. Αὐρηλίου Ηφαίστιων Αρχιερέως. Sub M. Aurelio Hephaestione Pontifice. Ibi Apollinis Venatoris seu ποζοφόρου, cum cervis canibusque, effigies. Cultum in eo oppido Apollinem, testis est Artemidorus, lib. 11. Onirocrit. sub finem: Οὐδὲ οὐδὲ θεματὸν ἐν Δαλδίᾳ Απόλλωνα, ὁ Μύσην καλούμενον πατεῖων.

ονόματι, ταῦται με περιηγήσασθαι. Est & Gordiani junioris in Cimelio Regio. Δάλδις urbs Lydiæ Suidæ: Ptolemæo lib. v. cap. 11. Δάλδεια. In Notitia Eccl. Hieroclis, inter Episcopos Provinciæ Lydiæ, ὁ Δάλδης, ἡ Λέγη ὁ Δάλδης, pag. 45. uti & pag. 13. Leunclavius, ὁ Δάλδεων.

DALMATIA.

ADVENTVI. AVG. DELMATIAE. Sic enim scribitur in nummis, non Dalmatia. Quanquam in inscriptione vetusta apud Gruterum, pag. CCLVI. 2. PROPR. PROVINCIAE DALMATIAE legimus. Sed & pag. DLXXIV. 5. DALMATIA. Nummus hic est Hadriani, ex Occone, pag. 230.

MET. DELM. Hadriani, e Cimelio Regio. Metal-lum Delmaticum. Vide PANONIA. Fuit Dalmatia e provinciis, quæ Augusto cessere, ut diximus, verbo D A C I A. Quare qui ei regendæ missus a Cæ-sare fuit, LEG. AVG. PR. PR. DALMATIAE. Legatus Augusti Proprætore Dalmatiæ, in antiqua inscrip-tione appellatur, apud Gruterum, pag. CCCCII. 6.

DAMASCVS, in Decapolitana Syriæ regione.

DAMASKHNON. Augusti nummus apud Patinum, pag. 47. in quo caput turritum Cornu copiæ gerit, adjecta natantis viri effigie, quo situs oppidi ad Chrysorrhoam aminem, agrique fertilitas indicatur.

EPI. T. DAMA. Nummus Neronis, apud Tristatum, tom. i. pag. 230. & in Patini Indice, pag. 7. quem illi referendum ad Damascenos putant. Falso: cum sit ibi Praetoris nomen, Titus Damasias. Hygia seu Salus in eo nummo signata. Vide EPETRIEON.

MHTROPOLĒΩC DAMACKHNON. Commo-di, Severi, & Caracallæ nummi. Ob amplitudinem civitatis honorario Metropoleos titulo donata Damascus est: nec mediterraneæ modo Phœnicia, ut loquitur Hieronymus, quæst. x. in Genes. (quanquam id verius Edessæ decus fuit, ut suo loco dicemus) sed & Syriæ totius Metropolis credita.

KOΛΩΝΙΑC. ΔAMACKOU. MHTROP. Caracallæ. IEpac. KAI. ACTAOY. ΔAMACKOU. Cara-

callæ iterum , apud Patinum , pag. 308. *Sacrae & Inviolatae Damasci*. In parte aversa intra coronam querceam , CEBACMIA , hoc est , *Augusta certamina*. Huic similis est Elagabali alter apud eundem , pag. 334. sed exesus ille quidem : verum ad hujus similitudinem resarcieundus.

KOΛ. ΔΑΜΑ. ΜΗΤΡΟ. Gordiani junioris.

COL. D A M A S. M E T R O. ΠΗΓΑΙ. *Coloniae Damasci Metropoleos Fontes*. Otaciliae nummus e Regia Gaza , in quo aquæ ductus ejus civitatis exhibit fluvii effigies sub templo & arcu depicta. Plinius , lib. v. sect. xv i. *Damascus ex epoto riguis amno Chrysorrhoæ fertilis*. Derivatos , ut ex Bellonio teste ἀντόφη diximus in Notis ad eum locum , fontes , in urbis ædes & horitos , hic nummus indicat. Hodie *Damas*. Pausaniæ Græci scriptoris patria hæc fuit , ita prodente Constant. Porphyr. lib. i. them. 11. pag. 12. id quod iis adhuc latuit , qui de eo aliquid prodidere.

C O L O N I. D A M A S C O. M E T R O P. In corona , CEBACMIA. Occo , in Otacilia , pag. 446.

COL. Δ A M A. M E T R. Otaciliae nummus , apud Patinum , pag. 385. cum Lupa & gemellis , deductæ eo a Romanis coloniæ indicibus. In labaro deinde , LEG. VII. quod argumentum est deductos eo milites septimæ legionis.

C O L. D A M A S. M E T R. Volusiani nummus e Cimelio nostro.

COL. Δ A M A. M E T. Labarum cum duabus aquilis , quibus Imperatores bini signantur , Gallus nempe Trebonianus , & , quem in imperii consortium adsciverat , Volusianus filius : frustra aliter accipiente Patino , pag. 398. & 399. Treboniani nummus hanc habet epigraphen : IMP. CAE. C. VIB. TREB. GAL. LV. AVG. Imp. Cæsar Caius Vibius Trebonianus Gallus. Volusiani , istam : IMP. G A L L O. V O L O S I A N O. AVG. Ex quo communicatum cum patre imperium intelligis : id quod & Eutropius , & Sex. Aurel. Victor prodidere. Similes aquilas in

nummis M. Aurelii ac L. Veri vidimus.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΓΠΣ. Pallas galeata , & eadem alata , nummi aream ex parte antica obtinet : ex altera , nuda viri species , dextra Damascena pruna , læva caduceum gerentis : cujus ante pedes sistrum Ægyptiorum . Apud Tristianum , tom. i. pag. 231. & tom. ii. pag. 239. Damascenorum anno σπ'. hoc est , cclx . nam illud Γ. (id quod saepe hoc volumine animadversi sumus) pro L. hoc est , λυχεύστος ponitur : æræ , ut arbitror , Seleucidarum , quæ Olympiade cxvii . ineunte cœpit , Urbis Romæ cccxlri . Quare hic Damascenorum nummum omnino cusum esse oportuit anno Urbis Romæ DCCI . quo fere M. Crassus in Parthis occisus .

DANVVIVS. Trajani nummus e Cimelio Regio. Et apud Tristianum , pag. 395. tom. i. Danubii jacentis typum exhibit , qua pingi fluvii forma solent , nempe ex urna effundentes amnem . Maro :

Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.

PONS TRAIANI DANVVIVS. Pons super Danubium fabricatus in nummo apud Occonem , pag. 204. Meminere pontis illius Dio : Et Sex. Aurel. Victor , in Trajano : *Pons Danubio impositus*. Ejusdemque mentio in vetusta inscriptione , quam Gruterus affert , pag. clxii .

PROVIDENTIA AVGV VERE.
PONTIFICIS VIRTVS ROMANA QVID.
NON DOMET SVB IVGVM ECCE.
RAPITVR ET DANVVIVS.

DARDANICI. Ex parte aversa , ROMA . E Museo nostro. Plinio , lib. iii . sect. 29. *Dardani in Maeſia*. Quos hic spectare haud temere forsan existimamus .

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. Getæ nummus e Cimelio Regio. Plinio , lib. v . sect. xxxiii . *Dardanium* Stephano , Δαρδανος , πόλις Τρωάδος Incolæ Δαρδανιοι . Pugnam gallinaceorum , αλεκτρύνων μαχη , horum nummis insculptam , Julius Pollux docet , lib. ix . cap. vi .

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ PODIOC. Juliae Domnæ nummus

ex eodem Cimelio : in quo nummo fluvii decumbentis effigies. Plinio , loc. cit. *Rhodius amnis.*

ΔΑΡΡΑΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii , pag. 113. In ea regione forte nummus ille cusus , in qua comprehensus olim Darius ab Alexandro , unde ei nomen. Stephanum vide , verbo Δάρραι , cuius gentile nomen ait esse Δαρρίως & Δαρρόωθ : admonetque idem & alias præterea esse Darrhas juxta mare rubrum : Εἰσὶ δὲ Δαρρέαι Δάρραι δύο ῥρ., ἐθνόθεα τοις τῷ ἐρυθρᾷ θαλασσῃ.

ΔΑΣΚΥΛΙΩΝ. Galbae nummus e Thesauro Goltzii , pag. 213. Plinio , lib. v. sect. x l. *Dascylos.* Stephano : Δασκύλιον , οὐδὲ Βιθυνία... τὸ ἐθνικὸν , Δασκυλίτης.

ΔΑΥΛΙΔΩΝ. Vide **ΑΜΦΡΥΣΙΕΩΝ.**

ΔΑΦΝΟΥΣΙΩΝ. Nummus Caii Cæsaris , e Thesauro Goltzii , pag. 213. Plinio , lib. i v. sect. x i i. *Phocidis in litore oppidum unum Daphnūs.* Stephano : Δαφνος , πόλις Φωκίδος ὁ πολίτης , Δαφνουόπος , ἡ Δαφνουσιος.

ΔΕΙΗΝΩΝ.

KOINON. ΔΕΙΗΝΩΝ. *Communitas Dienorum.* Caracallæ nummus , ex Tristano , pag. 220. Getæ quoque ex Goltzio. Neuter , quo spectaret hic nummus , vidit. Atqui sic habeto , **ΔΕΙΗΝΩΝ** pro **ΔΙΗΝΩΝ** in nummis scribi , ut ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ citeriore ævo ac sequiore , pro ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ , In nummo Caracallæ apud Occonem , pag. 384. **ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΠΕΙΟC** , pro Ἀγωνῖθ Πιθ , **ΣΑΜΕΙΩΝ** pro **ΣΑΜΙΩΝ.** **ΤΕΙΜΗΤ.** in Vespasiani numinis frequenter , & apud Gruterum , pag. 173. **ΤΕΙΜΗΤΗΣ** pro **Τιμητός** , hoc est , *Censor* , ac similia sexcenta. Est autem a Dio , urbe Decapolitanæ regionis in Syria , de qua Plinius , lib. v. sect. xvi. *Dion , Pellam aquis divitem , &c. Ptolemæo , lib. v. cap. xv. in Decapolitana pariter , Διον , Pellam inter & Gadara. Stephano : Διον , πόλις Κοίλης Συελας , κτήσια Ἀλεξανδρου , ἡ γέ Πέλλα , ἦς τὸ ὑδωρ νοσησύ. Καὶ τὸ ἐθνικὸν , Διενως , &c. Pellam is cum Dio miscet , ceteri verius fecernunt.*

ΔΙΗΝΕΙΤΩΝ. Maximi nummus apud Occonem ,

pag. 425. quem hoc spectare quoque credimus.

ΔΕΛΦΟΥ, & ΔΕΛΦΩΝ, obvii passim nummi. Plinio, lib. i v. sect. i v. *Liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis, &c.* In his fere caput Apollinis laureatum, cum lyra, laurove. In parte aversa Apollo delphino insidet. Stephanus: Δελφοί, πόλις ἔπει τῷ Παρνασσῷ ωψὲ τῇ Φωκίδι Ἐκλίθησαν ἐπὶ Δελφοῖς, ὅντας Ἀπόλλων συνέπλανσε δελφῖνι εἰκασθέσις καὶ ἴδρυται Ἀπόλλωνι ιερόν. *Delphi, urbs in monte Parnasso ad Phocidem..... Delphi vero vocati sunt, quod Apollo navigavit sub Delphini forma: & est Apollini templum exstructum.* At Plutarchus aliter, ac verius, lib. de solertia animal. pag. 984. Δελφινίου Ἀπόλλων θεός ιερῷ Εὐρυμοῖ ωρῷ πολλοῖς Ελλήσσιν είσιν. ὃν ἐπὶ αὐτῷ ἐπέποντος ἐξάρετον ὁ θεός πεποίηται, Κρητῶν πόλογόνος οἰκουμένας ἡγεμόνις δελφῖνι γενοσαμένων. Οὐ γὰρ θεός ωφελεῖτο τῷ φόλου μεταβαλλών εἶδος (ώς οἱ μυθογράφοι λέγουσιν) ἀλλὰ δελφίνα πέμψας, τοῖς ἀνδράσιν ἴδύνοντα τὸν πλοιῶν καταγαγόντος εἰς Κίρρας. *Apollinis Delphini templum & arae passim sunt apud Graecos: & locum quem Apollo eximium sibi delegit, coloniam putant esse Cretensem, qui sunt delphino duce usi. Non enim Deus ante classem mutata forma natavit, ut fabularum narratores tradunt: sed delphino misso, qui cursum hominum dirigeret, eos Cirrham deduxit.*

ΔΕΛΦΩΝ. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ. Prætoris id, vel Pontificis nomen est, *Euthydemus*. Legit perperam Nonnius in Goltzii Græciam, **ΕΥΡΗΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΟΣ.**

ΔΕΛΦΟΥ & ΔΕΛΦΩΝ. Capræ effigies, ejus nimisrum quæ Delphicum oraculum prima prodidit. Vide Diodorum Sicul. lib. xvi. Bibl. pag. 427.

ДЕОБРИГА. МВН. Galbae, e Thesauro Goltzii, pag. 242. Vettonum urbs est, in Lusitania, Ptolemæo, lib. ii. cap. v.

ДЕРТОНА.

TI. CAES. C. I. A. D. *Tiberius Cæsar. Colonia Julia Augusta Dertona.* Ex aversa parte, AVG. C. I. A. D. *Augustus. Colonia Julia &c.* In Cimelio Regio. Plinius, lib.

lib. III. sect. VII. *Dertona* *colonia*, in *regione Italiae nona*, qua *Liguria* continetur. *Hodie Tortona*, in *Ducatu Mediolanensi*. Apud *Gruterum*, p. CCCCLXXXVII. 6.

IVL. DERTONA.

DERTOSA, in *Hispania*, ad *Iberum*.

DERT. ILERGAONIA. Nummus Tiberii, apud *Suritam*, in *Itiner. Anton.* pag. 548. *Plinio*, lib. III. sect. IV. *Dertusani*. Et paulo ante, *Regio Ilergaonum: Iberus amnis*, &c. Nunc est *Tortosa*, in *Catalaunia*.

M. H. ILLERGAVONIA. **DERT.** apud *Spanhemium*, pag. 766. &

MVN. HIBER. Hoc est, *Municipium Hibera Ilergavonia Dertosu*.

MVN. DERTOSA. Tiberii, e *Thesauro Goltzii*, pag. 243. Apud *Gruterum*, pag. CCCCI. **ORDO. DERTOSAI**.

DEVLTION, in *Thracia*.

C. F. P. D. Trajani nummus: in quo ex parte aversa bovis caput insculptum. E *Cimelio Regio. Colonia Flavia Pacensis Deulton*.

COL. FL. PAC. DEVLT. Caracallæ nummus, apud *Patin.* pag. 301. & Mamææ, pag. 343. ille cum lupa & gemellis, deducetæ a Romanis militibus coloniæ argumento: iste, cum Dianæ venaticis effigie. Sunt & nummi similes Macrini, Alexandri Severi, Gordiani, Tranquillinæ, &c. omnes in *Cimelio Regio. Colonia Flavia Pacensis Deulton*: non *Pacifera*, ut *Patinus* interpretatur: nec *Pacifica*, ut *Tristanus*, tom. II. pag. 454. & ahii eum secuti. Sic lib. III. sect. V. *Forum Julii in Narbonensi Provincia*, *Pacensem Coloniam appellatam esse*, tum *Plinius*, tum, ut ibi diximus, nummi testantur. *Eidem*, lib. IV. sect. XVIII. *Develton*, quod nunc *Deultum* vocatur, *veteranorum. Ptolemaeo*, Δεούελτος κολωνία, lib. III. cap. XIIII. in *mediterraneis Thraciæ civitatibus. Eusebio*, lib. VI. *Eccles. Hist.* cap. XI. Δεούελτος κολωνία δ Θράκης.

COL. PL. FAC. DEVLT. Cum *Apollinis nuda effigie*. Maximi nummus apud *Patinum*, pag. 358.

HERCVLI. DEVSONIENSI. Postumi nummus, e Cimelio Regio. Ab oppido Germaniae Deusone facta ei Deo appellatio est. Hieronymus in Chronico, Gratiani Augusti principatu, *Saxones*, inquit, *cœsi Deusone in regione Francorum*. Plerique *Duiz* oppidulum esse prope Coloniam putant.

ΔΗΛΙΩΝ, in nummis Graeciae veteris, apud Goltzium, Tab. xvii. Plinio, lib. iv. sect. xxi. *Ipso longe clarissima, & Cycladum media, ac templo Apollinis & mercatu celebrata, Delos: &c.*

ΔΗΛΙΟΣ. Apollo scilicet, vel Sol radiatus, in bigis.

ΔΗΛΙΟΥ. Solis, sive Apollinis, in quadrigis.

ΔΗΛΙΑΣ. Diana, curru vectæ, juncto bobus. Vide IKAPIΩΝ.

Δ. ΘΕΩΝ. ΑΔΕΛΦΩΝ. Δηλίων Θεῶν Αδελφῶν. *Deiorum Deorum fratrum*, Apollinis & Diana: hunc arcus & laurea, illam imago falcatae Lunæ in capite prodit.

ΔΗΛΙΩΝ. Diana gemini trahunt muli. Festus: *Mulus vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam sterilis ea sit quam mulus: vel quod ut mulus non suo genere, sed equi creetur, sic ea Solis, non suo fulgore luceat.*

ΔΗΜΗΤΡΙΩΝ. Ex parte altera, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ. In vetere Graecia Goltzii, Tab. xx. Plinius, lib. iv. sect. xv. *Oppidum Pagase, idem posseas Demetrias dictum.* Stephano: Δημητριας, πόλις Θεσσαλίας... τὸ ἐθνικὸν, Δημητριοῦ. Neptunus fere in iis nummis expressus, victoriarum, quas navalii prælio plurimas oppidi conditor Demetrius Poliorcetes retulit, argumentum. Vide Strabonem, lib. ix. pag. 436.

ΔΙΑΔΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Domitianus nummus e Thefauro Goltzii, pag. 213. Stephanus: Διας, πόλις Λυκίας, οὐ Διάδης ἐκλογε. Τὸ ἐθνικὸν Διαδεύς.

DIENSIS colonia.

COL. IVL. AVG. DIENSIS. *Colonia Iulia Augusta Diensis.* Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Colonia Diensis*, in

Macedonia. Ptolemæo item, lib. i i i. cap. xii i. Διον
κολωνία. Stephano : Δῖον... ἡ Μακεδονίας... τὸ ἐθνικὸν,
Διός.

C O L . I V L . D I E N S I S . Caracallæ nummus, in ea-
dem Gaza regia.

ΔΙΚΤΥΝΝΑ. K P H T . Trajani nummus apud Seguinum,
pag. ii 6. Δίκτυννα Κρητῶν. Dictynnæus mons Plinio,
lib. i v. sect. x x. nomen ex ea re habet, quod cum
Dictynnam Minos insequeretur, ea inde se præcipitem
egit. Vide Pausaniam, in Corinthiacis, pag. 72. Quin
& ipsi Dianaæ, cujus ope Dictynna evasit incolumis,
piscatorum excepta retibus, quæ Græci δίκτυα vocant,
Dictynnæ quoque nomen hæsit, eoque nomine est a
Cretensibus religiose habita, ut in ΚΝΩΣΙΩΝ num-
mis dicemus. Hesychius : Ἀφαία, έ Δίκτυννα, ή Αρτέ-
μις. Scholiares Aristoph. ad Ranas : Φασὶ δὲ, ὅπις νύμφη
ποιεῖ, Βειτόμαρτης καλουμένη, θηρόντουσα ποτε, δίκτυοις ποιεῖ
χτενά τύχον ἐνέπεστεν τοιούτῳ Αρτέμιδος ρυθμίσα, Δίκτυννης
Αρτέμιδος ιερὴν ιδρύσατο. Aīunt Nympham quandam,
Britomartin appellatam, cum esset aliquando in venatu,
in retia quedam fortuito incidisse: servatamque a Diana
fanum Diana Dictynnae extruxisse. Scholiares Euripi-
dis, ad Hippolytum : Τινὲς δὲ Δίκτυννας ή Αρτέμιν, οὐδὲ
ἡ κανονιδος Νύμφης, εμπεσσόντος εἰς δίκτυα, Βειτόμαρτιδος
φυγούσης η Μήνη. Quidam Dictynnam appellatam Dia-
nam tradunt, a venatrice Nympha, in retia illapsa,
Britomartide, cum fugeret Minoëm. Habet hæc prolixæ
& Callimachus hymno in Dianam, vers. 190. & seqq.

ΔΙΟΚΑΙ ΚΑΠΕΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. Severi nummus.
Plinio, lib. v i. sect. i i i. Diocæsarea in Cappadocia
memoratur quidem, sed alteram quæ Phrygiæ a Pto-
lemæo adscribitur, lib. v. cap. i i. signari hoc nummo
verius crediderim : ac voce altera, ΑΔΡΙΑΝΩΝ,
vel concordiam significari cum oppido Bithyniæ, de
quo diximus suo loco, vel cognomen Diocæsareæ al-
terum.

ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Phrygiæ.

ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus antiquus, a
S ij

NUMMI ANTIQUI

Gōtzio Tab. xxvii. Thraciae perperam attributus, cum sit in eo Diana Ephesiae simulacrum, & ex aversa parte ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, *Sacer Senatus*, capite velato: quod in nummis hujuscē tractus, hoc est, Phrygiæ, usuvenire animadvertisimus: ΒΟΥΛΗ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ, ΑΠΑΜΕΩΝ ΒΟΥΛΗ, ΓΕΡΟΥΡΓΙΑ ΙΕΡΑ ΠΟΛΕΙΤΩΝ. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Dionysopolitæ.*

ΔΙΟΝΥCO. K. ΜΗΤΡΟΠ. ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΑΥΡΗ. ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ. ΤΩΝ. ΑΝΩ: Διονυσοπολιτῶν καὶ Μητροπολιτῶν. Επὶ Αρχερέως Ἀυρηλίου, Κιλεῖας τῷ δὲ ναῷ. Trium oppidorum concordiam inter se, nummus hic Iuliæ Domnæ e Cimelio Regio indicat, Dionysopolitarum, Metropolitarum Ioniæ, & Cilbianorum superiorum, qui Ioniæ pariter adscribendi. Vide ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ. Hunc porro Aurelium Tertullum esse arbitror, cujus mentio facta superius in nummo ΑΠΟΛΑΩΝΙΕΩΝ.

ΔΙΟΝΥCΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in Thracia. Hadriani, & Gordiani tertii, in Cimelio Regio. Plinio, lib. i. i. sect. xviii. *Dionysopolis*, &c. In Iuliæ Domnæ nummo, Herculis stantis effigies.

ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΤΩΝ. In corona ederacea. Apud Goltzium, in vetere Græcia, tab. xxvii. Ex parte altera Bacchus corona pariter cinctus ederacea.

ΔΙΟΝΥCΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Alexandri Severi nummus, tum e Cimelio Regio, tum e Museo nostro: in quo draco multis involutus spiris, qualis in nummis Marciopolitanorum, Tomitarum, aliarumque tractus illius civitatum ferme occurrit.

ΔΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii.

ΔΙΟΠΟΛΙ. M. L. ΤΑ. Διοπολιτῶν μεγάλων λυχθεῖστος ια'. *Diospoli magnæ*, anno undecimo, Hadriani scilicet principatus, quo nummus ille percussus. Plinio, lib. v. sect. xi. *Diospolis magna*. Stephano: Διὸς πόλις, ἡ μεγάλη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας Θηρεύδος. . . . ὁ πολίτης, Διοπολίτης.

ΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hadrianus equo insidens.

ΔΙΟΣΠΟΛΙΤΩΝ. ΔΙΟΣΠΟΛΙΤΩΝ. Λεύκα Σεπτίμιος Σεουνηρος. Διόσπολις. Juliae Domnæ effigies ex parte una: ex altera, Serapidis.

ΔΙΟΣΠΕΡΙΤΩΝ. Nummus Augusti, in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxi. in fine, *Dioshieritæ*. Stephano: Διὸς ἵερῳ, πολιχνιον Ἰωνίᾳ, μεταξὺ Λεβέδου καὶ Κελοφόρῳ. Τὸ εἴθικὸν, Διοσπερίτης. In Notitia Episc. Provinciae Asiae adscribitur. In Conc. C.P. pag. 1035. Ζόντος ἐπίσιμος Χειρουργός, ὅτι Διὸς ἵερῳ δὲ Αστακῷ ἐπαρχίας.

ΔΙΟΣΠΕΡΙΤΩΝ. Caracallæ nummus, in quo AEsculapius & Hygia, apud Sponium in Itiner. Athen.

ΔΙΟΣΠΕΡΙΤΩΝ. Getæ nummus, in quo AEsculapii stantis effigies, e Cimelio Christianissimi Regis.

ΔΙΟΣΠΕΡΙΤΩΝ. ΔΗΜΟC. E Museo nostro.

ΔΟΚΙΜΕΩΝ, cum AEsculapii iconе. Nummus e Cimelio Card. Maximi. Juxta Synnadam vicus fuit, Δοκιμία Straboni dictus, lib. xii. pag. 577. quem a Docimo nomen habuisse nummus hic significat, cuius in altera parte cinctum corona caput insculptum, cum epigraphe ΔΟΚΙΜΟC. Stephano: Δοκίμειον, πόλις Φρυγίας ... τὸ εἴθικὸν, Δοκιμεύς, καὶ Δοκιμηός. Fuit hic porro Docimus Macedo, unus ex Antigoni ducibus, qui Philætærum Paphlagonem eunuchum habuit, ærario deinde præfectum a Lysimacho, a quo postea defecit, novique apud Pergamum Phrygiæ majoris oppidum imperii princeps extitit: quanquam non ipse regium nomen, sed frater Attalus primus usurpavit, ut auctor est Strabo, lib. xiii. Vide Pausaniam in Atticis, sive lib. i. pag. 7. Ἀνὴρ Μακεδῶν, Δοκιμος ὄνομα, φρατηῆς Ἀντιγόνου, ... Φιλέπαιεν Παφλαγόνα ἔχεν εὐνοῦχον, &c.

ΔΟΛΙΧΑΙΩΝ. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio, & Caracallæ, ad Pelasgiotarum in Macedonia oppidum forte spectat, cuius meminit Ptolemæus, lib. iii. cap. xiii. Δολίχη. Non ad Commagenes urbem cognominem, aut Lyciæ: cum illius incolæ Δολιχῖci, istius Δολιχῖes, teste Stephano, vocitentur. Tamen Δολιχῖas

NUMMI ANTIQUI

in corona laurea nummus ille M. Aurelii jam laudatus exhibet, ut BEPOIAIΩΝ quoque Syriae, ut credimus, nummi prae se ferunt.

ΔΟΛΙΧΕΩΝ. Goltzii nummus in Thesauro, pag. 213. ab urbe Lyciae Doliche. Stephano, Δολιχὴ Λυκαιανή, cuius gentile Δολιχεύς. Nihil hic loci Icaros insula habet, quanquam & ipsa Doliche, teste Plinio, appellata.

ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ. Maximini nummus majore forma ex are. Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Dorylae.* Stephano: Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας . . . τὸ ἔθνος, Δορυλαεύς.

ΔΟΥΜΑΘΗΝΩΝ. Ligorii nummus, apud Spanhemium, pag. 190. Stephano Δουμαθῶοι ab oppido Δουμάδῃ: quod Plinio quoque *Domatha*, lib. vi. sect. XXXII. in Arabia. Sed suspecta mihi pariter nummi auctoritas est: & eruditis, etiam Ligorii fides.

ΔΡΕΠΑΝΩΝ, apud Parutam, cum Proserpinæ effigie, vel Veneris potius. Plinio, lib. III. sect. xiv. in Sicilia. *Drepana.* Stephano, τὰ Δρέπανα. Τὸ ἔθνος, Δρεπανεύς. Incolis, *Trapano Citta Invitta.* Servius, ad illud Æneidos, lib. 111.

Hinc Drepani me portus.

Drepanum, inquit, civitas est, ante pedem montis Erycis, trans Lilybæum: dicta vel propter curvitatem litoris, in quo sita: vel quod Saturnus, post amputata virilia Cælo patri, illuc falcem projecerit, quod δρέπανον dicitur Graece: quod veri simile putatur, propter vicinitatem Erycis, consecrati Veneri, quæ dicitur nata ex Cæli crux & spuma maris. *Quidam Drepanum dictum volunt a falce Cereris, quam ibi, cum filiam suam Proserpinam quereret, amisit.*

ΔΥΠΑΧΗΝΩΝ.

ΔΥΡ. in nummis Musei nostri, adjectis Prætorum, vel Præfectorum monetæ nominibus: ΦΙΛΩΤΑC, APIC-TANΔPOR, ΖΩΠΥΡΟY, ΣΤΡΑΤΩΝΟC, ΔΑΜΩΝΟC, &c. Et plura Goltzius in Graecia exhibet. Insculpta nummis clava Herculis, quod hunc conditorem suum Dyrracheni putarent, Appiano teste: spica, ubertatis agri ejus index: bos cum lactente vitulo,

Iæti pabulo armentorum soli argumentum: tripus, Apollinis, quo cultum ibi Deum hunc in primis fuisse significatur. Plinio, lib. i i i. se&t. x x v i. *Epidamnum colonia, Dyrrhachium appellata*. Stephano: Δυρράχιον, incolæ Δυρράχιοι. Nunc Durazzo.

ΔΩΡΙΕΩΝ. Vide ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ.

ΔΩΡΩΝ.

ΔΩΡΙΕΩΝ. ACTA. AYTTON. NAT. & NATAP. Δώρων ἱερὸς, ἀστλου, ἀπονόμου, ναυαρχίδος. Dororum, sacrae, inviolabilis, liberæ, classice civitatis. Trajani & Hadriani nummi, in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. se&t. x vii. in Phœnlice. Vrbs Doron, quam instauratam denuo hi nummi declarant. In Conc. CP. V. pag. 192. inter Episcopos Palæstinæ subscriptibit, Βαρώχος ἐπίσκοπος Δώρων. Ναυαρχίδα porro Classicam interpretor, quo nempe modo Forum Julii in Provincia Narbonensi, lib. i i i. se&t. v. *colonia Classica* nuncupatur, quod Imperatoriæ classis navale id foret: τὸ ναυαρχὺ τὸ Καϊσαρεῖ, inquit Strabo, lib. i v. pag. 184. Fuere tamen & aliæ coloniæ Classicæ, quod ex militibus constarent legionis Classicæ, qualis est in nummis Antonini LEGIO XVII. CLASSICA, e clasiariis conscripta militibus. Vide Tacitum, lib. i. & 2. Histor. Et in mediterraneis quoque civitatibus Ναυαρχίδες, ut remur, quæ suis sumptibus classem alerent. Ut ut alii hanc vocem accipiant, nihil moror. Nostrum interim nobis commentum arridet.

ΔΩΡΑ. IEPA. Trajani nummus, e Gaza Regia.

E.

E BORA.

LIBERALITATIS. IVLIAE. EBORAE:
LIBERALITATIS. IVL. EBORAE. PERM.
CAES. AVG. P. M. Permissu Cæsaris Augusti Pon-
tificis Maximi.

MVN. LIBER. IVLIA.

Omnis ii Augusti principatu cusi nummi, e Cimelio

Regio. Plinius, lib. iv. sect. xxxv. *Ebora*; quod item *Liberalitas Iulia cognominatur*, in Lusitania, nunc *Evora*, inter Anam & Tagum. Hinc intelliges quo pacto legenda vetus inscriptio sit apud Gruterum, pag. cccclxxxix. 9. LIB. IVL. E B O R A. *Li-*
beralitas Iulia Ebora, non *Libertas*, ut Scaligero vi-
sum in Gruteri indice. Sic in M. Aurelii nummo, e
Gaza Regia, ubi Marcus & Verus Impp. in suggestu
sedent, epigraphe hæc est: LIB. AVGVSTOR.
Hoc est, *Liberalitas Augustorum.*

EBORACVM.

COL. EBORACVM. LEG. VI. VICTRIX.

Severi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239. Nota ex scriptoribus rerum Romanarum Britannica Severi expeditio est. *York*. Apud Gruterum, p. cccclxxxv. 1.

COL. E B O R .

ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. Vide ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ.

ΕΓΙΑΛΕΩΝ. Vide ΑΙΓΙΑΛΕΩΝ.

ΕΔΕΣΣΑ, in Mesopotamia.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΘΕΟΣ ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. Tiberii num-
mus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxii. *Edeffa*,
&c. Stephano: "Εδεσσα, πόλις Συνταγη... Κατα βούνον
εγχωρίους, Εδεσσώντος τούς τοῖς πλείστοις τούς δέχχιων,
Εδεσσάρος. Nunc est, ut in Plinianis Notis admonui-
mus, *Roha*. Notitia Eccles. antiqua, pag. 74. Sedes
tertia *Edeffa*, ubi *beatus Thomas Apostolus requiescit...*
modo dicitur *Roas*.

ΕΔΕΚΚΑΙΩΝ. Hadriani & aliorum, in eodem Ci-
melio: & Gordiani junioris, apud Tristanium, p. 510.
ΚΟΛ. ΕΔΕΚΚΑ. Caracallæ. Spartianus in ejus vita,
pag. 87. Cum iterum vellet Parthis bellum inferre, at-
que hibernaret *Edeffe*, &c. quo nempe anno Carrhis est
interficiens, haud procul *Edeffa*.

ΕΔΕΚΚΑ. ΠΟΛΙC. Macrini.

ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩ. ΕΔΕΚΚΑ. Μάρκος Αὐρηλίος Α' ν-
τάρειος. *Εδεσσα. Elagabali, ex eadem *Gaza*. In altera
superficie rursum, ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙ-
ΝΟC. ΖΕB. Αυτοκράτορας Καῖσαρ Μάρκος Αὐρηλίος Α' ντ-
άρειος

νέος Σελαῖος. Sunt & alii ibi in primis Alexandri Severi , inscripti pariter , M A P. A Y P. E Δ E C C A. Μάρκος Αὐρηλίος. Εὐδοστα. Sic ipse Caracalla , & Severus Alexander , saepe in nummis M A P. A Y P. inscribuntur. Mutilum hunc nummum Patinus affert : M A P. E Δ E C C A. pro M. A Y P. E Δ E C C A.

MΗΤΡΟΠ. Ε Δ E C C H N Ω N. Nummi Alexandri Severi , apud Tristanum , pag. 405. & Patinum , pag. 353. quos illi Occonem secuti , pag. 438. **MΗΤΡΟΠ.** Δ E C C H N Ω N frustra legunt , atque in Dessa investiganda desudant inani conatur ; ut ante nos Spanheimius vidit , lib. de usu numism. pag. 87.

MΗΤΡΟΠ. ΚΟΛ. Ε Δ E C C H N Ω N. Alexandri Severi , e Cimelio Regio. Μητρόπολεως κολωνίας Ἐδεσσαίων. Fuit Edessa Metropolis Phoeniciae ad Libanum sitae. Notitia antiqua , pag. 61. Ἐπαρχία Φοινίκης Λιβανούσιας. "Ἐδεσσα. Μητρόπολις.... Δάμασονθ... &c."

ΩΛΕ.. Δ E C C H N Ω N. Ejusdem Alexandri Severi , apud Occonem , pag. 420. Lege , ΚΟΛ. Ε Δ E C C H N Ω N. Porro in nummis Edessenorum nulla dum nobis ἀντιτομείωσι , seu notatio temporis occurrit , qualis est in Antiochenorum , Tyriorum , Emisenorum , aliarumque civitatum nummis expressa. Fuit eorum tamen æra peculiaris , quam hic obiter indicare operæ pretium fuerit , simulque errorem unum notare Eusebii , alterumque Scaligeri , quos adhuc nemo deprehendit. Et ille quidem ad annum primum Olympiadis c c l x i v . Secundo anno Probi , inquit , juxta Antiochenos c c c x v . (de horum æra suo loco egimus) juxta Edessenos d l x x x v i i i . Æra itaque Edessenorum caput cœpisse oportuit , anno tertio Olymp. c x v i i . biennio post Seleucidarum æram , quæ primo ejusdem Olympiadis anno incepit : Urbis Romæ , c c c c x l i i . ut in nummis A P A Δ I Ω N diximus. Nam si statuatur annus primus Edessenorum æra , is qui Romæ fuit cccccxlii . plane annus ejusdem æra 588. incidet in annum Urbis Romæ m x x x i . qui Probi secundus. Non itaque cum æra Seleucidarum hæc Edessenorum æra competit , ut

Scaligero visum: sed biennio toto subsequitur. Et omnia Eusebius miscuit, qui anno uno eodemque sex oppida refert a Seleuco condita, anno primo scilicet Olympiadis c x i x. Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Apameam, Edessam, Berœam, & Pellam: quamquam Antiochiāmonet anno Seleuci tantum duodecimo conditam. Cur enim & de ceteris sileat? ac de Edessa præsertim, quam constat annos æræ suæ numerasse jam ab anno c x v i i. Olympiadis tertio: atque adeo jam tum fuisse conditam. Sed uno scilicet conspectu, temporum securus, condita auspiciis ac jussu Seleuci oppida exhibuit.

M H T. ΕΔΕΕCHNΩΝ. Gordiani junioris.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ.

Nummus Antiochi IV. in Hist. Regum Syriæ, pag. 199. Verum non ad Callirhoēn in Palæstina positam ad Jordanem, de qua nos diximus ad Plinium, lib. v. sect. x v. nummus hic spectat: quanquam vir eruditus ita censet: Quis enim veterum Antiochiæ nomen ei oppidulo inditum fuisse aliquando prodidit, quod Edessa monumenta non levia adserunt? Nam quæ octavo loco a Stephano Antiochia appellatur, Ἐδέσσας λίμνης, ipsa plane Edessa est, Plinio teste, lib. v. sect. x x i. Arabia habet Edessam, quæ quondam Antiochia dicebatur, Callirhoēn a fonte nominatam. Est autem Antiochus ille, ut & id obiter dicamus, cuius in nummis sic nomen inscribitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, hoc est, REGIS ANTIOCHI DEI PRAESENTIS, non uti vulgo reddunt, *Dei Illustris*, vel *Apparentis*: sed *Præsentis*, inquam, hoc est, qui præsentem affert opem invocatus. Plinius in Paneg. Trajani, pæne statim initio, de Jove: *Deus ille tam manifestus ac præsens.* Vetus inscriptio apud Sponium, in Itin. Athen. pag. 50.

IMP. CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. PIO.

FELICI. AVG.

PRINCIP. IVENTVTIS. NVMINI. PRAESENTI.

RESTITVTORI. ET. CONSERVATORI. SEMPER.

ILLUSTRATI.

147

VITAE. ATQVE. DIGNITATIS. SVAE.

DEVOTISSIMVS. NVMINI. EIVS. A. AEMILIUS.

M A C E R. F AV S T I N I A. V. C.

Ovidius, lib. 11. Tristium, sub initium.

Per te præsentem conspicuumque Deum.

Horatius:

Præsenti tibi maturos largimur honores.

Philoxeni *vetus Glossarium*: *Præsens*, Ἐπιφανής. Ubi quidam Ἐπιφανεῖς emendare temere conantur. *Præsentiam Deorum* Tullius ipse appellat, quoties insigni prodigio aliquo adesse ii se comprobant.

ΕΘΝΕΣ ΘΑΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. Stephano: Ἐθνέσθαι, ἔθνος Θεωραλίας, &c. At nummus ipse Græciæ veteris Tab. xx. ex parte altera Palladem exhibit, ex aversa Noctuam fulmini insidentem, cum litteris ΕΘ quas inverso nos ordine positas credimus, erasamque priorem, A, quæ supremam nummi partem obtinuit, substitui oportere, legique ΑΘΕ, & ad Atheniensium nummos referri.

ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummi Gordiani junioris e Cimelio Regio, in quo AEsculapius & Hygia. Nota Ptolemæo in Cilicia urbs. Notitia Eccles. in Cilicia secunda habet Ειρηνόπολιν, pag. 34.

ΕΛΑΙΤΩΝ. Hadriani & Sabinæ, cum effigie Cereris, Commodi, Severi, & Hostiliani nummi, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Oppidum Elæa*, & ex Mysia veniens Caicus amnis, in Aëlide. Straboni, lib. xi i. pag. 571. regio per quam Caicus elabitur, Ελαιῆς. Stephano: Ἐλαιά, πόλις δὲ Ασίας, Αἰολικῇ... incolæ Ἐλαιῖται.

ΕΛΑΙΤ. & ΕΛΑΙΤΩΝ, in nummis quos vidimus.

ΕΠΙ. СТР. П. САΛΩΝΙОΥ. Ἐπὶ στρατηγῷ Πουπλίου Σαλωνίου, Sub Praetore Publio Salonio, aliove simili Magistratu. Ex parte aversa, ΘΕΑ ΡΩΜΗ. Apud Gruterum, pag. 159. P. SALONIVS. TI. F.

ΕΛΑΙΤΩΝ, in Sabinæ nummo, in quo Patinus infeliciter, pag. 206. legit САЛИТΩН.

СТРА. ΠΥΡΑΜΟΥ. ΕΛΑΙΤΩΝ. Praetore Pyramo.

T ij

NUMMI ANTIQUI

Commodi nummus e Gaza Regia.

ΕΛΑΙΤΩΝ. Juliae Domnae, e Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 290. cum solita Aesculapii effigie.

ΕΠΙ. СТРА. ΔΗΜ. ΟΔΟΣΟΥ. ΑΡΧ. Α. ΕΛΑΕΙΤΩΝ. Caracallæ, ex eodem Cimelio, cum simili Aesculapii & Hygiæ stantis effigie. Sub Prætore Demetrio Voluso Pontifice Primo Elaitarum. Sunt qui Α Σ Α Λ ΗΝΩΝ hic perperam legant: ignari scilicet priorem litteram A ad sacerdotium referri oportere: iidemque similitudine litterarum Ε & Ζ in nummis, quod & in aliis observaturi sumus, decepti. Elaitarum esse hunc nummum, periude ac superiorem, ut cetera desint argumenta, idem in utroque Numen insculptum admonet.

ΕΛΑΙΤΩΝ Plautillæ, ex eadem Gaza, cum Aesculapii stantis effigie. Est & apud Tristananum, tom. II. pag. 257.

ΑΥΤΟ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. ΠΟΥ. (Πούπλα) ΣΕΠΤΙΜΙΟC. ΓΕΤΑC. ΚΑΙC. Capita Antonini & Getæ. ΕΠΙ. СТРАΤΗΓΟΥ. ΑΥΡΡΙΟΥ.....ΝΩΝ. ΕΛΑΙΤΩΝ. Sub Prætore Lurio, Pergamenorum forte concordia, & Elaitarum. E Cimelio Regio, & apud Occonem, pag. 383. In Augusti nummo, apud Occonem, pag. 80. LVRIVS. AGrippa. IIVIR. S. C. Et apud Gruterum, ex Sirmondo nostro, pag. M C XI. 6. TIBERIUS. TI. CAES. AVG. SER. *Tiberius Tiberii Cæsaris Augusti servus.* Sed in Sirmondi schedis ipsi legimus, TI. LYRIVS. TI. CAES. AVG. SER.

ΕΠΙ. ΔΟΡΥΛΑΟΥ. ΕΛΑΙΤΩΝ. Herennii Etrusci nummus e Cimelio Regio. Tristanus, tom. II. pag. 651. & Patinus, pag. 394. legunt infeliciter ΚΑΑΕΙΤΩΝ. At qui Σελεῖται sint, frustra inquiras. In eo nummo Herennius patera ante aram laurumque libat: unde sacrum Apollini facere eum intelligas. Prætori nomen *Dorylaus* fuit.

ΕΛΕΝΙΤΩΝ. In nummis Græciæ veteris, in quibus Helenæ vel Veneris caput. Plinio, lib. IV. seet. XX. *Helenæ insula.* Contra Atticum litus. Stephano: Ελένη,

τῆς Αθηνᾶς... τὸ ἔθνικὸν, Εὐλευθέρον, ή Ἐλεύθερον. Et verbo Κερανόν. Εἶναι καλεῖται νῦν... τὸ ἔθνικὸν, Κερανάς της. Pausanias in Laconicis, pag. 105. Ή ἡ τῆς ή Κερανή περικείται Γυθείου. Καὶ Οὐμεσσ' Αλέξανδρον αἴρπασαντα Ἐλέυθερον, ἐνταῦθα ἐφη συγχρέατης οἱ τρεῖς τοῦ. Κατὰ ἣ τὸν ιερὸν θεῖον Ἀφερεῖται, &c. Ante Gytheum Cranaë insula est, in qua Alexandrum rapta Helena cum ea primum congressum dixit Homerus. Quare in opposito litore templum est Veneris &c. Hodie Macronisi, hoc est, μακρὰ τῆς appellatur.

ΕΛΕΝΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΚΑΙ. ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ. Vismam a se hanc nummi epigraphen ad nos retulere viri summæ eruditionis ac fidei. Hanc ipsam insulam priscis temporibus Κερανῷ appellatam esse, Strabo quoque est auctor, lib. ix. pag. 399. atque haec gemina appellatio nummo designatur: *Helenitarum, qui & Cranaatae.*

ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ. Apud Spanhemium, lib. de usu numism. pag. 902. & in Græcia vetere Goltzii, tab. xxvii. ubi... ΥΘΕΡΝΑΙΩΝ nummus, in quo Solis caput in sculptum, & ex parte altera Apollo cum cithara & Sole, ad Ternæos perperam refertur, cum ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ legi in plenum oporteat. Plinio, lib. iv. sect. x. *Eleuthernæ. Stephano, οἱ πολῖται, Ἐλευθερναῖοι, καὶ Ἐλευθερναῖοι.* In insula Creta oppidum id fuit.

ΕΛΥΡΙΩΝ. Capræ caput: ex parte aversa, apis. Stephanus: Ἐλυρος, πόλις Κρήτης.... ὁ πολίτης, Ἐλύρος. Pausanias in Phocicis, seu lib. 10. pag. 331. Εἳπεν ἡ ἀποκριτικοῖς ὄρεσι τὸ κατ' ἐμὲ ἐπι "Ἐλυρος πόλις. οὗτοι οὐδὲν αἴγα χαλκῆν ἀπέτειλαν εἰς Δελφούς. Διδωσι δὲ τηπτοῖς ή αἴγα Φυλακίδι τὴν φιλανθρωπίαν γάλα. Πάμβας δὲ αὐτοῖς οἱ "Ἐλυροι φασιν Ἀπόλλωνός περι τὴν καὶ Ἀκαγελλίδος νύμφην. Exstat adhuc in Cretæ montibus, ut opinor, oppidum Elyros. Et civitas capellam æneam Apollini dono misit. Lac præbere videtur infantibus, Phylacidi, & Philandro. Liberos suisse eos Elyri dicunt Apollinis & Nymphæ Acacallidis, &c. Est autem apis ei nummo apposita, quæ mel-lis ubertatem ac præstantiam in eo tractu significet.

NUMMI ANTIQUI

Plinius, lib. xxi. sect. xlvi. *Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est Carina, (is videtur esse, cui imposita urbs Elyriorum a Pausania dicitur:) ix. milium passuum ambitu: intra quod spatium muscae non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis eligitur.*

EMERITA.

COL. AVGUSTA. EMERITA. Augusti ac Tiberii nummi, e Gaza Regia. IMP. CAESAR. AVGUSTVS. Ex parte altera: P. CARISIVS. LEG. PRO. PR. EMERITA. Hunc Dio Titum Carisium vocat, loc. cit. Vide infra, TOLETV M. Plinio, lib. iv. sect. xxxv. *Colonia Augusta Emerita.* Vestigia tantum supersunt: loco nomen est Merida, ad Anam fluvium. Sunt & alii apud Patinum in familia Carisia, pag. 65. hujus coloniae deductæ indices ac testes. Et apud Gruterum inscriptio, pag. 13. COLONIAE. EMERITE NSIS. Veteranos milites eo deductos Augusti jussu, auctor est Dio, libro l. pag. 514.

EMIΣHNΩΝ. Nummus Antonini apud Patinum, pag. 228. in quo picta aquila, globo imposta, rostro coronam gerens, penes Antoninum esse totius Romani orbis potestatem significat. Plinio, lib. v. sect. xix. *Emeseni: & sect. xxi. Emesa.* Stephano: "Εμσα.... ΕμσαιΘ τὸ θυρῶν, γ' Εμεσηνός. Constant. Porphyrog. de administr. Imp. cap. xxv. pag. 59. Χέμψ, ἡποι τὸ Εμσα. Nostri Hemz efferre solent, ut Χάλεπ Alep. Nam χ Græci fere, uti nos b, asperiore spiritu efferrunt.

EMICΩΝ. KOΛΩΝΙΑC. Juliæ Domnæ, quæ Severi Aug. conjux, apud eundem Patinum, pag. 290. Similis alter Caracallæ, qui Severi filius, in Cimelio Regis Christianissimi. Ulpianus, lib. l. Dig. tit. xv. de censibus, lege 1. Sed & Emisenæ civitati Phœnices, Imperator noster jus coloniæ dedit, jurisque Italici eam fecit. In hoc utroque nummo adjectæ notæ KΦ, quibus annus indicatur D x x. nempe æræ Seleucidarum, cuius

initium anno Urbis Romæ cccc xlii. a quo si numerentur anni dxx. occurret annus Severi xvi. Urbis Romæ dcccclxii. sive, ut alii malunt, dcccclxii. cum esset jam ante decennium fere Imperator Caracalla salutatus: cuius nummum Patinus, pag. 304. sic mutilum edidit, ΕΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑ. ΚΦ. & ad Antiochenses falso retulit, quorum æra fuit a Seleucidarum æra diversa, ut suis locis monuimus: nec quid valerent istæ litteræ ΚΦ, intellexit. Ad Emisenos spectare, vel ex altero Juliæ Severi nummo intelligere potuit, quem ipse affert, pag. 290.

ΕΜΙΚΩΝ. ΚΟΛΩΝΙΑC. ΑΥΓ. Εμισῶν πολωνίας αὐγούς. Caracallæ, apud Tristatum, tom. ii. pag. 221. Aquila globo insistit: vel Jovis in orbem universum imperii, vel Caracallæ in Romanum, index.

ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛ. ΕΜΙΚΩΝ. ΗΛΙΑ. ΠΥΘΙΑ. Μητρόπολειος πολωνίας Εμισῶν Ήλια Πυθια. Elagabali nummus e Gaza Regia. "Ηλια ludi sunt, quibus ab Elide primum appellatio facta videtur, non a Sole, Ήλιος, quamquam ita visum est viris alias eruditis: alioqui Ήλιανη dici, non ΗΛΙΑ, ars postularet. Urbs Ήλια in Peloponneso nota, a qua ludi Ήλιοι, certamina "Ηλια dicta videntur: & ab Olympia, quæ finitima ei civitas est, ΟΛΥΜΠΙΑ. In vett. Inscript. apud Gruuterum, 'Ολύμπια τὰ ἐν Πίσῃ, 'Ολύμπια τὰ ἐν Σμύρνῃ, 'Ολύμπια ἐν Αθηναῖς, 'Ολύμπια ἐν Αλεξανδρείᾳ. Eadem "Αλια Dorico more appellata, ab Aristide in Ρ'οδιακῷ: ubi Rhodios alloquens, Καὶ τὸν μὲν τὸν Αλίων, inquit, ἀγάνα ποιήσεται.

ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. Cave nummos ita inscriptos, in quibus ex una parte Pegaso effigies, Arethusæ caput ex altera cum delphinis, ad Emporias Hispaniæ oppidum referas, de quo Plinius lib. iii. sect. i v. Nam ad Siciliam illi spectant, & emporia quatuor, quæ ibi in primis frequentabantur, Agrigentum, Leontinorum, Segestanum, & Selinuntiorum: quibus ex Tullio Syracusanum addimus, Panormitanum, ac Lilybætanum. Vide nummos ΛΙΔΥΒΑΙΤΑΝ.

ENNA.

MVN. HENNAE, apud Spanhem. pag. 906. Plinio, lib. 111. sect. xiv. *Hennenses*, ab Enna urbe Siciliæ, quæ Proserpinæ & Cereri sacra. Strabo, lib. vi. pag. 272. Eν ἡ τῆ μεσογεία ή "Ervar, εν ἡ τὸ ιερὸν δ' Δημητρὸς, &c. Vocem hanc Latini sæpius aspirarunt: non item Græci, quibus Εύρα scribitur. Sic nos Hannonem dicimus, Græci "Avvara. Apud. Jul. Firmicum, lib. de errore prof. relig. pag. 24. *Ceres Hennensis mulier. Hodie, Castro Giovanni, Citta Inespugnabile.*

▲ AMATHP, Dorica dialecto, pro Δημήτηρ, *Ceres*. Cereris caput, cum spicis. Ex parte aversa, ENNA, apud Parutam: cum capræ effigie, quæ Diti patri, seu Plutoni sacra: cratere, ex quo flamma emicat, quod Ætnæ montis symbolum: (nam & craterem Ætnæ Plinius ipse dixit, lib. 111. sect. xiv.) spicis, Siculo fertilitatis indicibus: denique & viola, pratorum Ennenium amoenitatem prodente. Violis ceterisque generibus renidere prata Hennensia, accensisque ex Ætna facibus quæ sitam a Cerere Proserpinam, quam ex eo loco Pluto asportarat, autores varii prodidere, in primisque Diodorus Siculus, sub initium libri v. Solinus, in descriptione Siciliæ: *Hic campus Hennensis, in floribus semper, & omni vernus die, &c.*

EN. Cum effigie Liberæ, sive Proserpinæ, apud Parutam, num. 111. Egregius est Ciceronis locūs, de religione ejus Deæ in hoc tractu, Verrina 1 v. *Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Graecorum litteris atque monumentis: insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cum ceteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Nam & natus esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primum reperitas arbitrantur: raptam esse Liberam, quam candem Proserpinam vocant, ex Ennenium nemore: qui locus quod in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur. Quam cum investigare & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse tadas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt:*

erumpunt: quas sibi cum ipsa preferret, orbem omnem peragrissē terrarum. Enna autem, ubi ea quae dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito: quo in summo est æquata agri planicies, & aquæ perennes: tota vero urbs omni aditu circumcisæ atque dirupta est: quam circa lacus lucique sunt plurimi, & lectissimi flores omni tempore anni: locus ut ipse raptum illum virginis, quem jam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim propter est spelunca quædam, conversa ad Aquilonem, infinita altitudine: qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstissem: abruptamque ex eo loco virginem secum asportasse, &c. Iterumque: Qui accessistis Ennam, vidistis simulacrum Cereris e marmore, & in altero templo Liberæ, &c.

ΕΝΤΕΛΛΙΝΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. Entellini. Stephano: "Ἐντελλα, πόλις Σικελίας.... τοῦ Ἐθνῶν, Εὐτελλῖθος. Oppidum" Εὐτελλα Diodoro, lib. XVI. pag. 461. Rudera ad Crimisum amnem visuntur, qui amnis Panormitanum agrum rigat. In nummis uva pingitur, feracitatis vini typus: in aliis Ceres faciem accensam dextra, læva spicam gerens: in aliis Minotaurus, &c.

ΕΟΡΔΑΙΑ. MAKE. Εօρδαία Μακεδονῶν. Plinio, lib. IV. sect. XVII. in Macedonia Eordenses. Nummus est Hadriani. Εօρδαία Stephano: Eordeam urbem Livius appellat, lib. XLII. pag. 545. In Notitia Hieroclis, pag. XXI. Εօρδαία. Apud Occonem, pag. 242. hic nummus sic vitiose exhibetur: ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΑΙΑΙΟC. ΤΡΑΙΑΝΟC. ΑΔΡΙΑΝΟC. ΖΕΒΑΚΤΟC. ΟΠΔΑΙΑ. ΜΑΚCE. Lege, ΕΟΡΔΑΙΑ. MAKE. In eo nummo Hermathena aream obtinet, hoc est, Terminus, cui Pallas pectore tenus imposita: id vero conflata voce e duabus una, (nam Terminos Græci Ερμῆς τεργάρων vel κυκοδεῖς, Mercurios quadratos, vel effigie cubi, uti ex scholiaste Thucydidis scimus, ad lib. V. Palladem Αθλων vocant) id, inquam, Hermathenam dixer. Iconem apud Tristatum vide, tom. I. pag. 47. Cicero lib. I. ad Attic. epist. 3. Quod ad me de Her-

NUMMI ANTIQUI

*mathena scribis, per mihi gratum est, & ornamentum
Academias proprium meae, quod & Hermes commune
omnium, & Minerva singulare est ejus gymnasii.*

ΕΠΙ. & ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ, in vetere Græcia Goltzii:

Tab. xii. cum serpente, vel Aesculapii capite. Plinius, lib. iv. sect. ix. *Epidaurum oppidum, Aesculapii delubro celebre, in australi sinus Saronici litore, in Achaia. De Aesculapii delubro Epidaurio, Pausanias prolixo, lib. ii. in Corinth. pag. 71. Strabo, lib. viii. pag. 374. aliisque.*

ΕΠΙ. in laurea. Apud Goltzium. In superficie nummi altera, caput Aesculapii, adjecto ΣΩΤΗΡΟΣ cognomine, hoc est, *Servatoria*, quod ei in primis Numini in nummis adscribitur. Et apud Gruterum, p. LXIX. 8.

ΑΚΛΗΠΙΩ ΘΕΩ
ΣΩΤΗΡΙ.

ΕΠΙRVS.

ΑΠΕΙΡ. & ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ, in Museo nostro, Doria dialecto, pro ΗΠΕΙΡΩΤΩΝ. Stephano: "Ηπειρος.... εξ αυτης Ηπειρωτης. Apud Goltzium, in nummis insculpta Aquila fulmini Dodonæi Jovis insidens, vel fulmen ipsum, in corona quernea, quæ arbos ipsa Jovi sacra. Phædrus, lib. iii. Fabul.

Olim quas vellent esse in tutela sua

Divi legerunt arbores: Quercus Iovi,

Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea, &c.

Cicero, lib. ii. ad Attic. epist. i v. *Quid queris? præter quercum Dodoneam, nihil desideramus, quominus Epirum ipsam possidere videamur. Fuit enim in Epiro Dodona, apud Molossos. Plinius, lib. iv. sect. i. Epirus in universum appellata... In ea Molossi, apud quos Dodonæi Iovis templum, oraculo illustre. Ex parte altera Jovis ipsius vultus expressus, vel Jovis simul ac Junonis: addito Magistratus seu Prætoris nomine, ΚΛΙΤΑΡΧΟΥ, ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΥ, &c.*

ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ, cum bove cornupeta, in corona quernea. Plinius, lib. viii. sect. lxx. *In nostro orbe bubus Epiroticis laus maxima, a Pyrrhi (ut ferunt) jam inde*

regis cura. Arist. lib. i i i. hist. anim. cap. xvi. pag. 361. Η'πειρωνικού βόες αγέ μεγάλα�. Plura diximus in Pliniianis notis, quæ confule.

AΠΕΙΡΩΤΑΝ, cum meta in corona laurea, quæ ludorum certaminumque in honorem Apollinis editorum index.

ΕΠΙΦΑΝΕΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. Plinio, lib. x v. sect. xxi. *Epiphania Ciliciæ.* Quanquam sunt & alia ejus nominis oppida: huc tamen spectare nummum eum verius arbitramur. Stephano: Ε'πιφάνεια πόλις Κιλικίας... ὁ πολίτης, 'Επιφανός.

ΕΠΕΣΙΩΝ.

E. & EPEΣΙ. Nummi Goltziani e Græcia vetere. Plinio, lib. v. sect. xxxix. *Eresos.* Stephano: "Ερεσος, πόλις ἐν Λέσβῳ... τὸ ἔθνικὸν, Ερέσιος." Straboni, lib. x i v. pag. 618. Ερέσος. Hæc Theophrasti patria. Hodie *Geremia.* In hisce nummis clava, Herculis: lyra, Apollinis: dolphin, Neptuni: spicæ, Cereris symbolum, ipsaque Ceres ex parte altera insculpta cernitur: omnes, ut palam est, Dii Eresiorum Præsides & Custodes.

ΕΠΕΤΡΙΕΩΝ. ΔΑΜΑΣΙΑΣ. Cum juveneræ effigie, quam Græci δάμαλιν vocant: quo Præfecti seu Magistratus nomen alludit: in Cimelio Regio. Plinio, lib. i v. sect. xx i. *Eretria.* Stephano: 'Ερετρία, πόλις Εὐ-*αιας*.... ὁ πολίτης, 'Ερετρίος, & 'Ερετρίος, υ 'Ερετρια-*κός.* Juvencam in nummis illi quidem, in sacrificiis dominisque publicis bovem adhibebant. Vide Pausaniam in Eliac. prior. pag. 177. Forte huc spectat nummus Neronis inscriptus, ΕΠΙ Τ. ΔΑΜΑ. de quo egimus, verbo DAMASCVS.

ΕΠΕΤΡΙΕΩΝ. ΦΑΝΙΑΣ. In Cimelio Regio. Uvae geminæ ex uno palmite. Φανιας Magistratus nomen est.

ΕΡΓΑVICA.

MVN. ERGAVICA. Augusti nummus, apud Patin. pag. 34. nunc Cimelii Regii: itidemque Tiberii alter. Apud Gruterum, pag. 382. EX. CONVEN. CAESAR. ERCAVIC. Hoc est. *Ex conventu Cæsaraugustano, Ercavicensis.* Plinius, lib. i i i. sect.

IV. de citeriore Hispania: *Nunc universa provincia dividitur in conventus septem: Carthaginensem, Tarracensem, Cæsaraugstanum, &c.* Et eadem sect. num. 11. *Cæsaraugsta colonia immunis, amne Ibero affusa, recipit populos CLII.* Ex his *Ergavicense.* De tauro iis nummis insculpto, egimus verbo, CELSA, & CORINTHVS.

EPMIONEΩΝ. Severi nummus, apud Tristan. tom. 11. pag. 99. & alter Juliæ Domnæ apud Patin. pag. 290. nunc Cimelii Regii. In hoc Mercurii stantis effigies, quem Græci Ερμῆ vocant. Itaque hunc civitatis suæ auctorem ac Præsidem Deum haberi Hermionenses voluere, & esse ab Ερμῆ dictam Ερμόνιον. Plinio, lib. IV. sect. 10. in Peloponneso, *Hermione*. Stephano: Ερμόνιον τὸ ἐθνικὸν, Ερμονός. In illo stat Mercurius pariter cum Venere Anadyomene, hoc est, emergente e mari, quam & *Pelagiam* ex vetere inscriptione vidimus appellatam. Pausanias, lib. 11. sive Corinth. pag. 77. *Venerem Pontiam*, hoc est, Pelagiam, sive Marinam, ab Hermionensibus cultam asseverat. Αφεδίτης ναὸς ὅστιν, ἐπίκλησιν Ποντίας ἀγαλμα ἡ λέκχος λίγου, μεγάθει πεμέχα, καὶ ὅστιν τὴν τέχνην Ἰάσος δίξιον.

EPMIONEIΩΝ. Plautillæ nummus in eodem Cimelio.

EPMICEΙΩΝ. Vide TEPMHCCΕΩΝ.

EPMΟΠΟΛΙΤΩΝ.

EPMO. L. IA. Ερμοπολῖτῶν. Λυκεῖας ια'. hoc est, anno undecimo principatus Hadriani, cuius ille nummus est. Plinius, lib. v. sect. 10. *Hermopoliten* in Ægypto nomon seu præfecturam habet. Stephano: Ερμούπολις ὁ πολίτης, Ερμοπολίτης. Et ad Hermopolitas referri quoque oportere numimum Antonini Pii putamus, ex Cimelio Regio, in quo Mercurius stat, qui Græcis Ερμῆς, cum notis anni quarti Cæsaris principatus, L. TETAPT.

EPTYΘPAIΩΝ. Nummus antiquus, apud Sponium in Itiner. Athen. cum prora navis: ejus videlicet, quæ signum Herculis e Tyro Phœnices Erythras advexit. Vide Pausaniam in Achaic. pag. 210. Ex parte averfa,

E PYΘPAI, cum turrito capite. Plinio, lib. v. sect. xxxi. in Ionia, *Erythrae*. Stephano : 'Ερυθραὶ, πόλις Ἰώνων . . . ὁ πολίτης Ἐρυθραῖος.

E PYΘPAI ΩΝ. Elagabali nummus, quem laudat *Tristanus*, tom. ii. pag. 331. In eo nummo aream obtinet templum ingens, cuius in medio Herculis effigies cum clava, quam dextra: & leonina pelle, quam læva gerit. Pausanias, in *Achaicis*, seu lib. vii. pag. 210. Ήδεῖν δ' αὖ καὶ τῷ εἰναι 'Ερυθρᾶς Ήρευλείῳ . . . καὶ δέχαιοτητα. *Erythris magna cum voluptate videoas Herculis fanum . . . propter vetustatem*. In nummi ejus ambitu præterea legas, **EΠ. CTP. AYP. NEIKΩNO C. B.** 'Επὶ Στρατηγὸς Αὐρηλίου Νείκων β'. *Sub Praetore Aurelio Nicone iterum*. In priore nummi parte, **A. K. M. AYP. ANTΩNEINOC.** Ipse Elagabalus laureatus, vesti assutam, qua dextrum humerum tegit, effigiem habet, non Herculis, ut *Tristanus* existimavit, sed Antonini Caracallæ, a quo genitus volebat videri, teste Lampridio in *Elagabalo*, pag. 201. unde *& Antoninum se Bassiani* (hoc est, Caracallæ) filium scripsit.

E PYKEINΩΝ, apud Parutam, cum Veneris Erycinæ, atque, ut opinor, Butæ effigie: quos Eryx parentes habuit, a quo huic oppido nomen: vel Anchilæ. Hyginus, in *Mythol. fab. cclx.* *Eryx Veneris & Butæ filius fuit: qui, occisus ab Hercule, monti ex sepultura sua nomen imposuit: in quo Æneas Veneris templum constituit. In hoc autem monte dicitur etiam Anchises sepultus, &c.* Pomponius Sabinus in illud Æneidos libro quinto,

Nec litora longe

Fida reor fraterna Erycis.

*Eryx filius fuit Veneris & Butæ: aut, ut alii volunt, Neptuni. Is cum Hercule pepigit, si certamine vincetur, insulam perderet: si victus Hercules, amitteret boves. Hercules victor Eryci & vitam & regnum eripuit. Mons ab eo Eryx nominatus: in quo templum Veneris Erycinæ. Plinio, lib. iii. sect. xiv. in Sicilia, *Erycini*. Stephano: 'Ερύκη, Σικελικὴ πόλις . . . τὸ ἐθνικὸν, 'Ερυχῖος.*

Addē, ἡ Ἐρυκείνος, vel Ἐρυκηνός. In Eryce monte, qui nunc Monte S. Iuliano dicitur, ingentes oppidi ruinæ visuntur, teste Fazello, lib. x. decad. i.

E. In corona, pro Ἐρυκείνων, in Parutæ nummis.

ΕΡΥΚΕΙΝΩΝ. Hercules cum clava stat. Apud Parutam.

ERYMANTHVS.

HERCVLI. ERYMANTINO. Postumi nummus e Gaza Regia. Hercules aprum humeris tollit: qui tertius ejus labor fuit. Apud Tzetzen, Chiliad. ii. ex Q. Smyrnæo labores Herculis recensentem:

To τρίτον αὐτὸν ἔπειτα τοῖς Ἐρυκανθίον ἐκταρε γέγονεν.

Ausonius, vel quisquis est alius:

Tertius evictus sūs est Erymantius ingens.

Et Epigr. cxxxix.

Mox Erymantheum vis tertia pertulit aprum.

De Erymantho Plinius lib. i v. sect. x. *Erymanthus* amnis e monte ejusdem nominis defluens. Hesychius urbem ait quoque fuisse amni montique cognominem.

ECBOYC. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 63. in Provincia Arabiæ, cuius Bostra metropolis, inter sedes Episcopales censetur *Eboyc*. In Conc. Calched. Ζάσιος ἐπισκόπος πόλεως *Eboyciā*, sub Bostra Metropoli, pag. 606. Ptolemæo, in Arabia Petræa, lib. v. cap. xvii. *Eboyciā*.

EYAIΩN. In Græciæ veteris nummis, ab oppidulo seu pago Eva, de quo Stephanus: Εὔα, inquit ille, πόλις Ἀργεδίας ἐπολίτης Εὐαῖος. In his Pallas armata, Evæorum Dea Præses. Adjectum in eodem nummo alterius pagi appellatio, in eodem tractu: quicum fœdus icum, amicitiave, BABIK, cum turrito capite muliebri. Βαβύκη Plutarcho in Pelop. est, pag. 287. agri Laconici, qua nempe hic ager contingit Arcadiam. Sic in Hispanicis numismatibus, BILBILI, & ITALICA, ut dicemus verbo OSCA, simul copulantur: & in Græcis oppida bina vel terna passim.

EY. EYBO. EYBOIAΣ, & EYBOIEΩN, in nummis Græciæ veteris, apud Goltzium. Plinio, lib. i v. sect. xxi. Eubæa, &c. Hodie Negrepont: olim Egripo,

voce ab *Euripos*, ut arbitror, deflexa: deinde *Negrē*-
ponit, quasi εὐεῖτω. His fere nummis bovis caput
insculptum: causam hujuscem moris ex Pausania indaga-
turi sumus, in nummis ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ. Stephano:
Εὐεῖα γῆσσος.... τὸ ἐθνικὸν, Εὐεῖας.

ADVENTVI. AVG. EVBOEAE. Occo, in Hadriano, pag. 230.

EVFAPA. Musei nostri nummus ignotus, sed Bœotiae
tamen adscribendus, quod, ut ceteri Bœotorum num-
mi, craterem, clavam, clypeumque præfert: quibus,
ut verbo ΒΟΙΩΤΩΝ diximus, Liberi atque Her-
culis patria designatur.

EVFRATES. Nummus Trajani, apud Occonem, pag.
215. in quo pons amni impositus, ad deducendas in
Assyriam Mesopotamiamque copias. Vide Xiphilinum.
De Euphrate multa Plinius, lib. v. sect. xx.

ETYTHONITΩΝ. Ex Thesauro Goltzii, pag. 215. Plinio,
lib. v. sect. xxix. *Euthene*. Stephano: Εὐθύναι, πόλις
Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐθύναις, Εὐθύνως, Εὐθύνης.

ETYKAPΠΕΩΝ. Juliæ Domnæ, cum Cybeles stantis ico-
ne, ac Treboniani nummi, e Cimelio Regio. Plinio,
lib. v. sect. xxix. *Eucarpeni*, in Phrygia. Stephano:
Εὐχερπία δῆμος τὸ μικρᾶς Φρυγίας... τὸ ἐθνικὸν, Εὐχερπίας.
Facetam deinde idem appellationis ejus rationem af-
fert: Sic enim esse appellatam ex Metrophane docet,
ob vitis præstantiam, quæ uvam tantam producit, ut
plaustro imposta id medium frangat. In Notitia Ec-
cles. antiqua, pag. 49. Phrygiæ Salutari adscribitur.
Matrem Deum Cybelen præcipuo cultam honore in
Phrygia, veteres inscriptiones aliaque monumenta edo-
cent. Inde enim Berecyntia & Phrygia Mater appella-
ta. Maro in sexto:

Qualis Berecyntia mater

Invehitur curru Phrygias turrita per urbes &c.

ETYKAPΠΕΙΑ. Turritum caput.

ETYMENEΩΝ. In laurea: ex parte aversa, Jovis caput.

ETYMENEΩΝ. ΓΑΑΥΚΟΣ, cum fluvii iconi vul-
gari, apud Spanhem. lib. de usu numism. pag. 890.

Plinius, lib. v. sect. xxix. *Est Eumenia Cludro flumini apposita, Glaucus amnis, &c.* Ex quo intelligis nec Glauicum quoque ipsum ab ea urbe procul abfuisse. Non vidit hunc Plinii locum vir eruditus, qui de Glauco Achaiae amne hunc nummum accepit, ibique, quæ nulla unquam in eo tractu fuit, Eumeniam statuit. Stephano: *Εὐμένεια δὲ Καρίας... δὲ πόλιτης, Εὔμενος.*

ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ΦΛΑΒΙΩΝ. *Eumenenium Flavien-*
sium. Apud eundem Spanhemium, pag. 771. Hoc ei
est a Flavio Vespasiano cognomen inditum, qui Cili-
ciam, Lyciam, finitimasque regiones in Provinciæ for-
mam rededit, teste Tranquillo in ejus vita, cap. viii.

ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ΑΧΑΙΩΝ. Amazon ex equo, bipen-
nim humero gestat, in nummo M. Aurelii, e Cimelio
Regio. *Eumenenium Achæorum.* Cognomen id horum
Eumenensium est, ut ab aliis ejusdem nominis civita-
tibus, quæ multæ sunt, secernantur. Achaïs autem ea
regio appellabatur, in qua hæc Eumenia fuit, aut Ly-
diae proxima, aut ipsius Lydiæ pars. Stephanus: *Μαγ-*
ονία, ἡ Λυδία, ὅποι Μαγοὶ ποταμοί, τῷ αἰσὶ τῷ Αχαϊδα
γῆν ρέοντος. Μακονία, Lydia, ab amne Μακονε, qui
Achaïdos agrum circumfluit.

ΕΠ. Φ. ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΑΡΧΙ. **ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ΑΧ.**
Nummus Otaciliae Severæ, in eodem Cimelio. *Ἐπὶ*
Φλασιοῦ φιλίσπου Ἀρχιερέως Εὐμένεων Αχαίων. Sub Fla-
vio Philippo Pontifice *Eumenenium Achæorum.*

ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ. Vespasiani nummus e Thesauro Golt-
zii, pag. 214. Stephanus: *Εὐπάτεια, πόλις Λυδῶν. οἱ*
πολῖται, Εὐπατεῖδαι. Hinc alterum Vespasiani nummum
emendabis, in eodem Goltzii Thesauro, **ΑΥΠΑΤΡΙ-**
ΔΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. pro **ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ.**

ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. Vide **ΚÆSAREA. Cappadocia.**

ΕΦΕΣΙΩΝ. Passim in nummis. De Epheso Plinius, lib.
v. sect. xxxi.

ΕΦ. ΑΙΧΜΟΚΑΗ ΑΟΥΙΟΛΑ ΑΝΘΥΠΑΤΩ.
Templi effigies. Neronis nummus est e Gaza Regia.
Αἰχμοκλῆς Αὐστρίας Αἴγυπτων Εφέσοι, subintellige, ἀνέ-
θηκεν. *Aichmocli Aviolæ Proconsuli Ephesii posuere.* A

voce αἰχμὴ id nomen deflexum : ut apud Gruterum, pag. CCCCV. i. ΑΡΙΣΤΑΙΧΜΟΣ. ΑΡΧΩΝ In aliis quoque monumentis H pro EI vidimus.

ΕΦΕΣΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΑΣΙΑΣ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ.
ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii , pag. 214. Ephesiorum , qui primi Asiae , sacræ civitatis , & suæ viventis legibus.

ΕΦΕ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Ἐφεσίων, Περγαμηνῶν , subintellige, δρόνοια, concordia , quam utriusque civitatis numina , Diana Ephesiorum , AEsculapius Pergamenum , insculpta significant Domitiani , e Cimelio Regio. Est & Gallieni similis , apud Sponium in Itiner. Athen.

ΕΦΕ. ΝΕΙΚΗ. ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΥ. *Victoria Domitia-*
ni. Nummus Domitiani Imp. e Cimelio Regio, cum
Victoriae stantis effigie. Alias in Ephesiorum nummis
signari Diana solita : aut cervus , qui Diana sacer.
Libanius, in Diana encomio : Εὐφεσίοις δὲ τὸ νόμισμα
ἢ ἐλαφούς ἔφερεν. Hinc ipsi Diana Elaphiae nomen , "Αρ-
πις Ἐλαφία , apud Strabonem , lib. v i i i . pag. 343.
est enim cervus Græcis ἐλαφός. Et apud Reinesium ,
in vetere inscriptione , pag. 354. D I A N A E. AVG.
LAPHIAE. fortassis ex eo lapide , pro ELAPHIAE.
Dianam porro Elaphiam eandem esse intellige , au-
ctore Pausania , quæ & Venatrix est appellata. Ean-
dem , ut credimus , vir Phocensis Laphrius , de quo
Pausanias idem in Achaïcis , pag. 224. suo nomine pro
Elaphia Laphriam cognominavit : qua appellatione a
Patrensis postea culta & observata est. Πατρεῖσον δὲ
άνθρακα τῇ πόλει Λαφείας ιερόν γέτιν 'Αρτέμιδος Γε-
ρεθῆ δὲ ἐπίκλησιν τῇ Θεῷ Λαφείας οὐδὲν αὐτὸς Φωκέως φασίν.
Hinc nummus Neronis e Cimelio Regio , hanc epigra-
phen exhibit , D I A N A L A P H R. cum ejusdem
Deæ venatrixis iconē.

ΕΠΙ. ΟΨΕΩΝΟC (forte ΚΛΕΩΝΟC) OMO.
ΕΦΕΣΙΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Diana multimam-
mia , utriusque civitatis communis Dea , inter mulieres
duas , quibus utraque civitas signatur : Sub Cleone :

οὐρίοια Ἐφεσίων, Σμυρναίων. Concordia Ephesorum & Smyrnacorum. Domitiani nummus e Cimelio Regio.

APTEMIC. ΕΦΕCΙA. Diana Ephesia. Domitiani, & Commodi nummi, cum Diana multimammia, e Cimelio Regio. Est & Trajani in Museo nostro.

ΣΜΥΡΝ. ΕΦΕ. OMONOIA. ΑΝΘΥΚΑΙCΕΝ. ΠΑΙΤΟΥ. Sic enim legit Patinus, pag. 169. in gemino Domitiæ nummo, qui nunc est Cimelii Regii: quorum in altero Diana Ephesia est, utriusque civitatis, Ephesi ac Smyrnæ, commune Numen. In altero, utriusque civitatis, habitu muliebri, typus. Sed quod infeliciter legit Patinus, sic nos paulo felicius: ΑΝΘΥΠΑΤ. ΣΕΠ. ΠΑΙΤΟΥ. Hoc est. Σμυρναίων, Ἐφεσίων οὐρίοια. Ανθυπάτου Σεπτιμίου Πάτου. Proconsule Septimio Pæto, vel CEN. Σεπτου. De Concordia Smyrnæorum & Ephesiorum, Dio Prusæus, orat. xxxix. pag. 489.

ΚΑΙCΑP. ΟΛΥΜΠΙΟC. ΑΔΡΙΑΝΟC. Cæsar Olympius Hadrianus. Ex parte aversa, ΕΦΕCΙΩN, cum templo, in Gaza Regia. Cum Jove communem esse sibi Olympii appellationem voluit Hadrianus. Spartianus in ejus vita, pag. 7. Athenis Iovis Olympii ædem & aram sibi, eodemque modo per Asiam iter faciens, templa sui nominis consecravit.

ΕΦΕCΙΩN. ΔΙC. ΝΕΩK. Hadriani & Aelii Cæsaris in eo nummo capita adversa. Apud Sponium, in Itiner. Athen.

ΕΦΕCΙΩN. ΝΕΩKOPΩN. OMONOIA. ΚΤΖΙΚΗΝΩN. Antonini Pii, cum Dianæ, ac forte Proserpinæ effigie.

ΕΦΕCΙΩN. Antonini Pii nummus, apud Tristanum, tom. i. pag. 587. Leonem is insculptum exhibit.

ΕΦΕCOC. ΚΤΖΙKOC. APXONTOC. Nummus Antonini Pii, e Gaza Regia: quo nummo Ephesiorum ac Cyzicenorum οὐρίοια, consensioque significatur: Archonte Ephesiorum Prætore, seu Duumviro. Viri proprium nomen hic Archon videtur: quanquam alias Αρχων Prætorem vel Duumvirum sonet, ut in nummis ΑPOXEΩN monuimus: fueruntque & in plurimis

oppidis" Αρχοτες, Neapoli, Syracusis, Delphis, Athene, &c. ut ex inscriptionibus vetustis liquet.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΠΙΟC. & ΠΕΙΟC. Nummi Antonini Pii, apud Patinum, in Indice, pag. 13. & apud Seguinum. Nunc Cimelii Regii. In priore Diana stat, & Hercules: illa Ephesios, a quibus colitur: iste, Antoninum repræsentat, quem Ephesii Herculis vice habent. Nummum alterum apud Seguinum ipsum vide.

ΕΠΙ. ΠΑΙΤΟΥ. ΓΡΑΜΜΑΤΕΩC. ΑΡΤΕΜΙC. ΕΦΕCΙΩN. Antonini Pii nummus, e Gaza Regia, cum Diana πολυμάτω. **Τ. ΑΙΔΙΟC. ΚΑΙCΑP.** **ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.** Sub Pæto Scriba. De Scribæ munere dicemus in nummis ΜΥΛΑΣΕΩN.

ΑΥΤ. ΑΙΔ. ΑΔP. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. ΕΥC. ΣΕB. E Cimelio Regio. Αὐτοκράτωρ Καῆσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Αὐγουστῖνος Εὐστέφης Σεβαστός. Ex parte altera Diana multimammia, ac simul Ceres tediæra: illa Ephesiorum Dea peculiaris, hæc Cyzicenorum. Epigraphe: **ΕΠ. ΣΕΞΤΙΑΙΟΥ. ΟΜΟΝΟΙA.** Sub Sextilio Proconsule, *concordia*, duarum scilicet civitatum: quæ superius allato nummo adhuc apertius, nec Deorum tantum suorum simulacris, sed & nominibus ipsis, proditur: **ΕΦΕCOC. ΚΥΖΙΚΟC.** Legit hunc nummum infeliciter Occo, nec intellexit, pag. 269. **ΕΠΙΕCΤΙΑΙΟΥ ΟΜΟΝΟΙA.** Et rursum, pag. 271. **ΕΠΙΕCΙΛΙΟΥ. ΟΜΟΝΟΙA.** Nec alii ante nos felicius. Est unius e majoribus hujus Proconsulis mentio in vetusta inscriptione, Græca ac Latina, juxta Ephesum reperta, allata a Sponio in Itin. Athen.

ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΕΦΕΣΙΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙ ΤΙΒΕΡΙΩ
ΚΑΙ ΔΗΜΩ ΤΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ ΓΑΙΟΣ
ΣΕΞΤΙΑΙΟΣ ΠΟΠΛΙΟΥ ΥΙΟΣ ΟΥΟΤΟΥΡΙΑ
ΤΗΝ ΓΕΦΥΡΑΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ.
DIANAЕ. EPHESIAЕ. ET. IMP. CAESARI.
AVG. E T. T I. CAESARI. A V G. F.
ET. CIVITATI. EPHESIORVM. CAIVS
SEXТИLIVS P. F. VOT.

NUMMI ANTIQUI
PONTEM DE SVA PECVNIA
FACIVNDVM CVRAVIT.

Ubi V O T. sive *Voturia*, idem est atque e tribu *Voturia*. Sic Plinius lib. v i i. se^tt. l. M. *Macius M. F. Galeria Felix*. Namque ita libri MSS. omnes: quamquam vocem eam, *Galeria*, editores omnes ad hunc diem, minus sane caute, masculino more ac sono deformarunt: ignari scilicet tribuum nomina solita sic efferi. Ita Cicero orat. in Verrem: *Fortem amicum Q. Verrem Romilia*. Quem in locum Asconius Pedianus, pag. 62. *Verrem*, inquit, nomen est proprium. *Romilia*, nomen est tribus, ablativi casus: ut sit, ex *Romilia*, &c. Plura vide in Plinianis notis & emendationibus, ad lib. viii. num. cxxxix. De Cerere porro tedi^ra, ac Diana multimammia, h^cec obiter accipe. De priore Tullius, 4. in Verr. *Proserpinam cum investigare & querere Ceres vellet, dicitur inflammaisse pedes iis ignibus*, qui ex *Ætnæ* vertice erumpunt: *quas sibi cum ipsa preferret, orbem omnium peragrassæ terrarum*. De posteriore, Hieronym. in procem. ad epist. i. ad Ephes. *Dianam colentes, non hanc Venatricem, sed illam multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant: ut scilicet ex ipsa quoque effigie mentirentur omnium eam bestiarum & viventium esse nutricem*.

A P T E M I C E F E C I A. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Aurel. Victor, in M. Aurelio: *Multæ urbes conditæ, deductæ, repositæ, ornatæque: atque in primis Asia Ephesus, confrata terre motu, &c.*

E F E C I Ω N. P N. M. Aurelii nummus, apud Patinum, pag. 241. cum cervi effigie: nunc est Gazæ regiæ. 'Eφεσίων. πρ'. hoc est, anno c l. nempe post restitutam, quæ terræ motu collapsa erat, Ephesiorum civitatem: quod cum anno Urbis Romæ D C C L X I X. Tiberii quarto, Cælio Rufo, Pomponio Flacco Coss. contigisse, Tacito ita prodente, in nummo CIVITATI-BVS ASIAE RESTITVTIS dixerimus, annus hic erit Urbis D C C C X V I I I. M. Aurelii sextus.

E F E C I Ω N. B. NEΩKOP. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΟΜΟ-

ΝΟΙΑ. Diana Ephesia cum Jove, in nummo L. Veri, apud Sponium in Itiner. Athen. Vide ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ-ΑΡΤΕΜΙC. ΕΦΕCΙΩN. Commodi.

ΕΦΕCΙΩN. ΑΠΗ. &

ΑΠΗΝΗ ΙΕΡΑ ΕΦΕCΙΩN. *Tensa Sacra Ephesiorum.* Commodo, Juliae Domnae, Gordiani junioris, & Gallieni numismata, e Cimelio Regio: atque ex his postremum quidem Patinus affert, pag. 412. cum epigraphe mutila, ΑΠΗ..... ΕΦΕCΙΩN. vehiculique sacri effigie: at cur sit hoc loco posita, aut quæ vis verbis istis subsit, neque ipse, neque nummariorum quisquam alias, quod sciam, attigit. In ludis supplicationibusque Deorum imagines ferebantur sacris tensarum vehiculis: quem ritum accurate describit Dionys. Halic. lib. 7. sub finem. Festus: *Tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae Deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur. Fuit & ex ebore.... & ex argento.* Macrobius, lib. I. Saturn. cap. xxi. *Vehitur simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circensem Deorum simulacula. Mulis, equis, asinis, eæ tensæ vehebantur, ut in nummis proxime appellatis liquet: quare in Glossis vett. Tensa, ἄρμα Θεῶν vertitur. Απίνη, vētabulum.*

ΕΦΕCΙΩN. ΜΑΡΝΑC. Commodi nummus, quem vidimus: quo Jovem Marnam, Gazensium Deum, cultum ab Ephesiis intelligimus. Vide ΓΑΖΑ. Sic ad Pergamenos cultus Veneris Paphiae transiit. Vide ΠΕΡΓΑΜΗΝΩN. Sunt qui in eo nummo ΜΑΡ-ΜΑC legant: sed perperam: quod antiquariis sæpe usuvenit, ut Μ pro Ν in nummis accipient. Sic Occo, pag. 421. ΑΜΑCΙΑC. ΠΡ. ΠΟΜ. pro ΠΡ. ΠΟΝ. Quod si quis in nummo suo, ΜΑΡ. ΜΑΙ. legat, Marsyamque & Mæandrum intelligat, amnes Apamensis, quibuscum Ephesiorum vel sic foedus signatur, ei lubens assentiar.

ΑΥ. ΚΑΙ. ΟΛΥΜΠΙΟC. ΚΟΜΜΟΔΟC. Αύτοκρτωρ Καισαρ Ολυμπιόθ Κόμμοδος. Ex parte aversa, duæ

NUMMI ANTIQUI

figuræ stantes, ΕΦΕCΙΩΝ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ.
ΟΜΟΝΟΙΑ. *Ephesiorum & Hierapolitarum concordia.* Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 745. qui vidisse se ait in Cimelio Reginæ Christinæ.

ZEYC.....H C I O C. ΕΦΕCΙΩΝ. ΠΡΩΤΟC. ACIAC.
Subintellige ἀγάν. Severi nummus in quo Juppiter sedens Diana Ephesiæ simulacrum gerit. Forte, ZEYC.
I K E T H C I O C. *Iuppiter Exorabilis, Ephesiorum. Primum Asia certamen.* Apud Sponium.

ΕΦΕCΙΩΝ. B. NEΩΚΟΡΩΝ. Lupa Remum & Romulum lactat. E Museo nostro. Neocoros se iterum Urbis Romæ ac Severi Augusti nummo eo testantur Ephesii. **ΣΕΥΗΡΟC ΠΙΕΙΟC.....**

ΕΦΕCΙΩΝ. K A Y C T P O C. K E N X P I O C. Nummus Severi, in quo fluvii duo, qua pingi forma solent. De priore Plinius, loc. cit. *Ephesus, alluitur amne Caystro, &c.* De posteriore Pausanias in Achaïcis, & Tacitus, lib. III. Annal. cujus verba mox afferemus.

ΕΦΕCΙΩΝ. T P I C. NEΩΚΟΡΩΝ. K A I. T H C. A P T E M I Δ O C. *Ephesiorum qui ter Cæsarum Neocori: iidem Diana perpetui.* Fuere enim, ut antea monuimus Neocori Deorum, fuere & Neocori Cæsarum. Apud Gruterum, pag. c c c x i i i i . Νεωκόρες τοῦ μεγάλου Σαράπιδος. Et pag. m x x i . Δις Νεωκόρες τῆς Σελαζῶν. Nummus Getæ & Caracallæ e Gaza Regia, quo in nummo ii NEOI ΗΛΙΟΙ appellantur. De eo dicemus inferius.

ΕΦΕCΙΩΝ. M O N Ω N. A Π A C Ω N. T E T P A K I.
NEΩΚΟΡΩΝ. *Ephesiorum, qui soli ex omnibus Asia civitatibus quater Neocori fuere, sub Caracalla scilicet, cuius hic nummus est e Cimelio Regio: Ante Caracallam nulli civitati in Asia propria is honos obtigerat: Sub Caracalla, in Bithynia etiam deinde Nicænibus datus: Sub Commodo, qui Caracallam antecessit, in Syria Hieropolitis.*

ΕΦΕCΙΩΝ. C A P Δ I A N Ω N. O M O N O I A. Caracallæ, in Cimelio Regio. Est & alter M. Aurelii, in quo figuræ duæ dextras jungunt. Est & ejusdem Ci.

melii tertius, in quo Diana stat, & Proserpina, hoc est, Ephesiorum Sardianorumque numina.

ΕΦΕCΙΩΝ. Getæ, cum apri sagitta transfixi effigie, apud Tristan, tom. 11. pag. 273. Est & Macrini similis in Museo nostro. Dianæ, credo, venatrixis symbolum aper fuit, quod ea Calydonium aprum in Oenei agrum immisit: vel Meleagri, qui aprum confecit.

ΕΦΕCΙΩΝ. Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hoc est, *τερπανος νεαρός*. Elagabali, Philippi F. & Valeriani in Cimelio Regio: hi posteriores duo & apud Patinum, pag. 388. & 407.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΤΕΤΡΑΚΙ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Alexandri Severi, in eodem Cimelio.

ΑΥΤ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. (non ΟΥΑ. ut Scaliger perperam legit, in Animadv. Eusebianis, pag. 225.) **ΜΑΖΙΜΕΙΝΟC.** **ΕΦΕCΙΩΝ** Maximini Thracis Imp. nummus. Vide **ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΕΝ. ΙΩΝΙΑ.**

ΕΦΕCΙΩΝ. Α. ΑCΙΑC. Ἐφεσίων ὡράτων Ἀσιας: quod in altero Valeriani diserte scribitur, apud Tristanum, tom. 111. pag. 18. Est hic Tranquillinæ nummus, in quo Diana venatrix aream totam obtinet, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 378. idemque fori prærogativam in ea urbe Asiae Proconsularis fuisse significat. Unde obiter intelliges, id quod doctissimo Photii interpreti latuit, quid sit illud quod in ejusdem epistolis saepe occurrit, inscribi eas scilicet Λέοντην Ἀσπαθαείῳ, Ἀρσαληῷ Ἀσπαθαείῳ, Χειροφόρῳ Ἀσπαθαείῳ αὐτοκρυπτῷ, &c. cum sit ea vox per notarum compendia scripta, illius vice, Πρωτοπαθεῖᾳ, quod insigne maximeque notum est in Palatio CP. officium. Quid quod & multo brevius ea vox scribi solita, litterulis duabus, α & γ, quarum altera sic superponeretur alteri, [?]? Quod cum apud Constantinum Porphyrogenetam, libro de administrando Imp. passim occurrat, Meursius interpres ejus vocabuli vice, cuius vis ei latuit, subinde fixit asteriscos. Sic cap. L I. pag. 198. Τιμῆται τῇ Αγρούσιος καραβιδῶτος, τράπαρ, σπαθαείᾳ, σπαθαευκαραβιδῶτος, [?]

καὶ ταῦτα ἔχοντες φιάλης, hoc est, καὶ μὲν ταῦτα αρωτο-
σπαθίειν, καὶ αρωτοσπαθίειν φιάλης. Ipse radix redi-
dit, & postea * atque phialæ *. Caput integrum qui
legerit, in quo notæ eæ plus vicies occurrunt, certis-
simam is conjecturam esse nostram fateatur. Haud
dissimilem Tristani ac Patini errorem in explicandis
notis A M K. e nummo Anazarbenorum, suo loco co-
arguimus.

A P T E M I C. E F E C I A. A C Y A O C. Diana cum cer-
vis duobus, apud Occonem, in Otacilia , pag. 446.
De asylo Ephesi, ceterisque, locus est Taciti egregius
in primis , lib. 111. Annal. quem hic apponere operæ
pretium est. Crebrescebat Græcas per urbes licentia atque
impunitas asyla statuendi. Complebantur templa pessimis
servitiorum. Eodem subsidio obcerati adversum creditores,
suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec ul-
lum satis validum imperium erat coercendis seditionibus
populi , flagitia hominum , ut cærimonias Deum , prote-
gentis. Igitur placitum , ut mitterent civitates jura , atque
legatos. Et quædam , quod falso usurpaverant , sponte
omisere : multæ vetustis superstitionibus aut meritis in po-
pulum Romanum fidebant. Magnaque ejus diei species
fuit , quo Senatus majorum beneficia , sociorum pacta ,
Regum etiam qui ante vim Romanam valuerant , de-
creta , ipsorumque Numinum religiones introspexit : libero
at quondam , quid firmaret , mutaretve. Primi omnium
Ephesii adiere , memorantes , non , ut vulgus crederet ,
Dianam atque Apollinem Delo genitos : esse apud se Cen-
shrium amnem , lucum Ortygiam , ubi Latonam partu
gravidam , & oleæ quæ tum etiam maneat , adnissam ,
edidisse ea numina : Deorumque monitu sacratum nemus :
Atque ipsum illic Apollinem , post interfertos Cyclopas ,
Iovis iram vitavisse. Mox Liberum Patrem bello victo-
rem , supplicibus Amazonum , quæ aram insederant , igno-
visse. Autem hinc concessu Herculis , cum Lydia potire-
tur , cærimoniam templo : neque Persarum ditione dimi-
nutum jus: post Macedonas , dein nos servavisse. Proximo
Magnetes L. Scipionis , & L. Syllæ constitutis niteban-
tur.

tur. Quorum ille Antiocho, hic Mithridate, pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti Diana Leucophryna perfugium inviolabile foret. Aphrodisienses posthac, & Stratonicenses, Dictatoris Cæsaris, ob vetustam in partes merita, & recens divi Augusti decretum attulere, laudantis quod Parthorum irruptionem, nihil mutata in populum Romanum constantia, pertulissent. Sed Aphrodisiensium civitas Veneris: Stratonensem, Iovis & Triviae religionem tuebantur. Altius Hierocæsaricenses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubrum Rege Cyro dicatum: & memorabantur Perperna, Isaurici, multaque alia Imperatorum nomina, qui non modo templo, sed duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin Cyprii tribus delubris, quorum vetustissimum Paphia Veneri auctor Aërias: post filius ejus Amathus Veneri Amathusiae, & Iovi Salaminio Teucer, Telamonis patris ira profugus, posuissent.

ΤΥΧΗ. ΕΦΕΙΩΝ. Gallieni nummus apud Occidem, pag. 472. ex Erizzo. *Fortuna Ephesiorum.* Vide **ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ.**

ΕΦΕΙΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Ephesiorum ter Neocororum*, sub Gallieno scilicet, cuius principatu numimus ille cusus, e Gaza Regia.

ΕΦΕΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Vide **ALEXANDRIA AEGYPTI**: ubi pro ὄμονοια, legi a nonnullis KOINΩΝΙΑ diximus, ut apud Gruterum, pag. xcvi. 5. **ΛΑΜΨΑΚΙΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ.** Sed legi in eo nummo tamen ΟΜΟΝΟΙΑ præstat.

ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΗΣΚΑΛΕ. ΕΦΕ. Vide **ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.**

ΕΞΙΝΑΔΕΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. Plinio, lib. i v. sect. xix. *Echinades insulæ, ante Aetolian: quarum incolæ Stephano Εχιναδῖς.*

F

FΑΛΕΙΩΝ, *seu Faliscorum.*

FΑΛΕΙΩΝ, & R.A. Nummi e Magna Græcia

Y

Goltzii, tab. xxxv. & xxxvi. Plinio, lib. i i i. sect. viii. *Falisa Argis orta*, quæ cognominatur *Etruscorum*. Frontinus, *Colonia Iunonia*, quæ appellatur *Faliscos*, lib. de Coloniis, pag. 95. Ab Haleso Argivo condita, ut ait Solinus, cap. ii. pag. 13. Nunc est civitas Castellana ad Tiberim, Hortam inter & Romam: aut hæc certe ex illius ruinis crevit, quæ prope visuntur, nomenque retinent, *Falari*. In hisce nummis occurrit F, digamma Æolicum, pro littera asperata H, qua veteres olim usi *Fordeum* dixere pro *Hordeum*, *Fircus* pro *Hircus*, *Trafo* pro *Traho*, & similia. Quin etiam & *serfus*, *corfus*, *fulgus*, auctore Donato, scripsere pro *servus*, *corvus*, *vulgas*. Deinde in his aut Junonis Argivæ, quod ex Argis originem ducent, aut Jovis caput insculptum: & aquila, vel leporem discepens, vel columnæ insidens: vel denique fulmen, ac tripus.

FANVM FORTVNÆ.

MVN. FANE. AEL. Nummus Philippi Imp. *Municipium Fanestre Alium*. Hunc nummum vir eruditus, operis sui de usu numism. pag. 772. ad nescio quod Hispanæ fanum refert. Plinius, lib. i i i. sect. xix. *Colonia Fanum Fortunæ*. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 475. ORIVNDVS. COLONIA. IVLIA. FANO. FORTVNAE. Nunc *Fano* dicitur, in Ducatu Urbinate. Haec & Flaviam Fanestrem postea appellatam intelligimus, ex lib. ii. Cod. Theod. tit. ix. de Paetis, leg. v.

COL. FANESTRIS. E Thesauro Goltzii, pag. 239.

FAΣΤΙΩΝ.

FAΣT. Apud Goltzium, in Græcia. Tab. xvii. Etsi id oppidum est incomerti situs, Bœotici tamen juris & tractus fuisse insculptus ex parte altera cantharus, clypeusque ex altera, ut in Ismeniorum nummo, suadet. Est autem illud F. Æolicum digamma, pro Φ.

FIDENTIA.

COL. IVL. FIDENTIA. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Plinio, lib. i i i. sect. i i i.

in Bætica, *Iulia*, quæ *Fidentia cognominatur*, prope Cordubam.

FIRMA. Vide **ASTIGI.**

FLAVIA BRICA. Vide **AMANOBERICA.**

FLAVIOPOLIS, in *Thracia*.

COL. FLAVIOPOLIS. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239. Plinio, lib. i v. sect. xviii. *Colonia Flaviopolis*, ubi antea *Zela oppidum vocabatur*. A Vespasiano, Titove, Flaviæ gentis, id nomen habet. Sunt & Φλαβιοπόλιται in Bithynia, de quibus inferius suo loco.

FORVM IVLII, in *provincia Narbonensi*.

COL. IVLIA. **OCTAV.** Augusti nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 240. In Cimelio Regio, **COL. IVL. OCTAV.** cum bove gemino. Messabarba, pag. 51. legit, *Colonia Iulia Octavia*. Male, pro *Ottavianorum*.

COL. PACENS. **CLASS.** Neronis, apud eundem. Plinius, lib. i i i. sect. v. *Forum Iulii Ottavanorum Colonia*, quæ *Pacensis appellatur*, & *Classica*. Ottavanorum colonia dicitur, ut in Arelatensium nummis præmonimus, quod octavæ legionis militibus ea constaret. Pacensis a pace dicta est: Classica, ab Augusti classe fortassis, cuius ea navale fuit. Unde Strabo, lib. i v. pag. 184. Τὸν νεωτερὸν τὸν Καίσαρες παῖδες Σεΐσαπος, δὲ καλοδοσί φέρει Ἰουλίου. Vide Tacitum, lib. i i i. Sueffam tamen, quæ mediterranea civitas est, coloniam pariter Classicam diximus appellatam in Notis ad Plinii lib. i i i. sect. ix. a militibus forte Classiariis eo deducatis. Vetus inscriptio, apud Jo. Poldo d'Albenas, lib. de Antiq. Nemaus. pag. 165.

MILITVM. **LEG. VIII.**

AVG. CIVITAS. **FOROIVLIENSIVM.**

Militum legionis octavæ, Augusta civitas Forojulien-sium. Hodie *Frejus*, in Provincia, quæ Galliæ pars est Italiae finitima.

COL. FOR. IVL. Domitiani, ex eodem Goltzii Thesauro.

GAVDIVM. ROMANORVM. In parte ima,
FRANCIA. Nummus Constantini Magni , apud
Occonem , pag. 535. Devicta sub trophæo Francia
nummi ejus aream obtinet. Panegyricus Maximino &
Constantino dictus : *Multa ille (Constantius) Franco-
rum millia , qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras
invaserant , interfecit , depulit , abduxit . Tu jam ab ipsis
corum regibus auspicatus es , simulque & præterita illor-
um scelera punisti , & totius gentis lubricam fidem terrore
vinxisti . Vide & Nazarium in Panegyrico Constantini.*

Γ

ΓΑΒΑΘΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Claudii
Cæsaris , e Thesauro Goltzii , pag. 215. Stephanus :
Γαβάθη , πόλις Γαλιλαιας . . . τοῦ ἔθνους , Γαβάθων .

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. In nummis M. Aurelii , apud Patin. pag.
243. & Julij Aquilie Severe : nunc Cimelii Regii. Pli-
nio , lib. v. sect. xviii. in Syria : *Balanea , Paltos ,
Gabale , Laodicea* : quibus quatuor Episcopatibus in
Notitia Ecclesiastica antiqua , pag. 59. constat Pro-
vincia Theodoriadis appellata : *'Επαρχία Θεοδορίδος .
Λαοδίκεια μητρόπολις . Πάλτος . Βαλανέα . Γαβάλα . Ste-
phano : Γαβάλα , πόλις Φοινίκης . . . ὁ οἰκιστής , Γαβάλι-
της , οὐ Γαβαλῶν .* Est & altera Lydiæ Gabala , in No-
titia Eccles. antiqua : sed quam huc minime putem
attinere .

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΑC. M. Aurelii nummus , apud Pati-
num , pag. 243. cum Sphingis effigie , & Harpyiæ , quæ
volucris est , muliebri facie . Sed ΓΑC legi ibi opor-
tuit , ut sit ea anni nota ccxxxiiii . post impetra-
tam videlicet a Pompeio libertatem , ut in Gazensium
nummis dicemus , anno Urbis Romæ DCLXXX. quo
Cicero gessit Consulatum . Ab eo si numerentur anni
ccxxxiiii . occurret annus Urbis DCCCCXXII .
M. Aurelii decimus , Claro & Cethego Coss .

ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ. Qui Caracallæ nomine sic inscripti

nummi circumferuntur, Elagabali eos esse verius arbitramur. Affert unum ex iis, cum Fortunæ typo, Tristanus in Elagabalo, tom. 11. pag. 323.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Macrini nummus, apud Patinum pag. 323. cum simili Fortunæ typo, lœva Cornu copiæ, dextra temonem gerentis.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Elagabali. Hinc ei Imperatori nomen, quo Gabalitarum Deus significatur, cuius ipse sacerdos fuit, ut nummi ejus declarant, quos vidimus, cum hac epigraphe : SACERD. DEI. SOLIS. ELAGABAL. *Sacerdos Dei Solis Elagabali.* Fuit enim hic Deus Gabalitarum Sol : ut ex nummo Augusti alio iterum liquet : SANCTO. DEO. SOLI. ELAGABALO. Quare ejus Dei, cuius sacerdotium gerebat, nomen assumpsit: quod & alias fecisse eum tum scriptores veteres, tum nummi testantur. Nam Lampridius in ejus vita, pag. 110. *Iunxit sibi & leones,* inquit, *Matrem magnam se appellans. Iunxit & tigres,* *Liberum se se vocans : eodemque habitu agens, quo dii pinguntur quos imitabatur.* Hinc nummus ejus apud Occonem pag. 402. MATER DEVM inscriptus, cum Cybeles iconè. Hinc in nummis ejus ceteris Solis effigies plerumque insculpta.

ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ. ΤΗC. ΙΕPΑC. KAI. A CΤAΟΥ. Civitatis sacræ & inviolatæ. Elagabali, in Thesauro Goltzii, pag. 215.

ΓΑΒΗΝΩΝ. Nummus antiquus e Museo nostro: in quo pilei duo insculpti Castoris & Pollucis, quales in nummis ejusdem tractus passim occurrunt, hoc est, in Syriacis. Plinio, lib. v. seet. xvii. *Gabe.* Stephano: Γαληνός, πόλις Γαλιλαιας.... τὸ ἔθνος, Γαλιλεός.

ΓΑΒΗΝΩΝ. Nummus Antonini Pii in Gaza Regia, in quo Dei Luni stantis effigies: notæque ZIC, quibus annus signatur στζ, (nam sic inversæ passim in nummis occurrunt ex notæ) hoc est, ccxvi. post concessam scilicet a Pompeio quibusdam Syriæ oppidis libertatem: inde enim hujus æræ initium Gabenis & Gazensisbus fuit, ut in ΓАЗА dicturi sumus. Unde

efficitur annum hunc Gabenorum, esse Antonini Pii decimum septimum, Urbis Romæ DCCCCVI.

G A B I N I.

C. ANTIST. VETVS. FOEDVS. P. R. CVM GABINIS. Apud Patin. in Sueton. pag. 268. Quem tamen nummum non explanat. Augusti cufus Principatu est, ut ex anterioris partis epigraphe liquet, IMP. CAESAR. AVGVS. TR. POT. VIII. & ex ipsius Augusti capite. Fuit C. Antistius Vetus, Augusti Legatus bello Cantabrico, idemque Consul anno Urbis DCCCXLIII. In eo nummo, bove cæso aræ impo- sito, feiales duo dextras jungunt. Ex eo itaque Antistio ortum se Vetus gloriatur, quem Gabinorum nobilissimum Dionys. Halic. appellat, lib. I I I. pag. 255. τὸν ἀποφαίσατον τὴν Γαβίων Αντίστοιην Πέτρωνα, quem ante foedus cum Gabinis initum seditione facta Gabini ipsi a Sexto Tarquinii F. delusi necaverant. Quo facto Gabios Tarquinius cum cepisset, cum iisdem foedus initit, aliquo certe sequestro pacis ex Antistiorum familia in primis nobili, cæsoque bove in confirmationem fœderis, σφαγιθέντος ἐπὶ τῇ ὁρκίων τόπε βοΐς, inquit Dionys. Cum vero Sextus Tarquinii F. apud Livium lib. I. cap. L I V. assentire se Veteribus Gabinis ait, an de Antistiorum Veterum familia intelligendus sit, amplius considerandum. Fuit autem Γαβίοι oppidum in Prænestina via, inquit Strabo, lib. v. pag. 238. ab oppido Prænestino Romam euntibus. Plinio, lib. I I I. sect. I X. *Gabini*, in prima Italæ regione. Hallucinari porro, haud levibus ducti argumentis, eos arbitramur, qui FOEDVS CVM SABINIS hoc in nummo le- gunt, quanquam & de eo fœdere Livius, aliquie.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Nummus Neronis in Cimelio Regio, cum litteris Phœnicum ignotis. Vidimus alibi Titi quoque, & Elagabali. Plinio, lib. v. sect. xvi. *Gadara*. In Decapolitana Syriæ regione. Stephano: Γάδαρα, πόλις και- λης Συντελας.... τῷ ἔθνει, Γαδαρεύς.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Pallas armata, in nummo Antonini, apud Patinum pag. 229. Ex eorum Numinum fuisse numero

Palladem vel hinc intelligimus, quæ Gadarenes coluere.
ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Cum Bacchi capite. Nummus M. Aurelii, e Gaza Regia.

ΔΕΚ. ΚΛΟΔΙΟΣ. ΑΛΒΙΝΟΣ. ΚΑΙ ΚΑΡ. Δέκιος Κλόδιος "Αλβίνος Καῖσαρ. Ex aversa parte, **ΓΑΔΕΙΡΙΤΩΝ**, teste Tristano, tom. II. pag. 49. cum Herculis templo. Sed hunc ille nummum ad Gaditanos refert, quod Pœni Gadir Gades appellant, Græci Γάδειρα, a quo gentile nomen Γαδείτης. At vereor ut eruditis probet, aut Græco sermone usos Gadibus esse nummos, aut Gadium magis Græcum nomen expressum, quam Latinum Coloniæ Augustæ Juliae, quod alias occurrit in nummis Augusti, Tiberii, Domitiani, & Gordiani: aut hunc semel morem mutatum, aut Græcis denique usos characteribus potius, Albini Cæsaris ævo, quam Latinis: Itaque **ΓΑΔΑΡΙΤΩΝ** legi fortassis oportuit: nam ut a Γαζαλα derivari comode Γαζαλίτης scimus, sic & a Γάδειρα Γαδείτης.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΣΥΡ. Γαδαρέων Συρίας, cum templo του Απολληνού, & epigraphē ΑΠΟΛΛ. Caracallæ.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΑΠΣ. Elagabali, apud Spanhemium, qui vidit, lib. de usu numism. pag. 870. Hoc est, anno σταύρου, sive CCCXXXI. post instauratam a Pompeio civitatem, in gratiam liberti sui Demetrii Gadarensis, quo tempore Syriam subegit, ut refert Josephus, Antiq. lib. XI. cap. V III. pag. 475. Καὶ Γάδειρα μὲν μηκόρι ἐμπεφθεὶς κατασκαφεῖσαν ἀνέκποε, Δημητρίῳ χαειρόμηνῷ τῷ Γαδαρεῖ ἀπελλήρεψε ἐωτοῦ. Quod beneficium sequenti quoque nummo exprimitur. Isto, annus Elagabali primus signatur: Urbis Romæ, DCCCCLXX. vel, ut alii numerant, DCCCCLXXI.

ΤΑΔΑΡΕΩΝ. Elagabali nummus apud Patinum, pag. 334. in quo vel Demetrius Pompeii libertus, vel Pompeius ipse patera ante aram libat Magnæ Deûm Matris, quæ Gadarensium forte Dea Præses & Custos: hanc enim leones adjecti duo haud obscure significant.

ΠΟΜΠ. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΓΤ. Pompeius Gadarensum conditor, anno CCCIII. Gordiani junioris nummus,

in quo sculpta navis , felicitatis Symbolum : vel victoriarum index , quas mari piraticoque bello Gadarenium oppidi instaurator Pompeius retulit. Annus porro **cccciiii.** post civitatēm a Pompeio instauratam , quod contigit anno Urbis , ut dicemus in nummis Gazenium , **D C X C.** plane incidit in Urbis annum **CCCCXCII.** Gordiani Imp. tertium. Sic conditoris sui memoriam Solenses in Cilicia retinuere , & insculpsere nummis grati animi monumentum , **ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Γ. ΠΟΜΠΗΙΟC.** Similem isti nummum Caracallæ Patinus adscribit , pag. 306. magno , ut ex annorum numero liquet , errore.

ΓΑΔΑΡΑ. Neronis , Antonini Pii , & M. Aurelii , e Cimelio Regio.

ΓΑΔΑΡΩΝ. IEPA. ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. Neronis nummus e Thesauro Goltzii , pag. 215. Utrumque hunc nummum ad Gadara potius Asiae Proconsularis oppidum , cuius mentio in Notitia Eccles. antiqua , pag. 27. referre juvat , quam ad Syriacum , de quo proxime antea dictum est : vel eo solum nomine quod ea forma quæ *ἱερὴ σύγκλητος* præfert , hoc est , sacrum Senatum , in Asia minoris nummis passim occurrit , in ceteris infrequentius.

G A D E S.

C O L. I V L. A V G V S T. *Colonia Iulia Augusta.* Augusti , ac Domitiani nummi quos vidimus. Plinius , lib. **I V. fect. xxxvi.** *Gadis . . . habet oppidum civium Romanorum , quod appellatur Augusta urbs Iulia Gaditana.* Vetus inscriptio apud Gruterum , pag. **CCCLVIII. 4.** **M V N. A V G. G A D.** *Municipium Augustum Gaditanum.* Nunc Cadiz. In priore Augusti nummo , jugum boum , vulgare deductæ coloniæ symbolum.

A E T E R N I T A T I. A V G V S T A E. C. A. I. Colonia Augusta Iulia. Tiberii nummus apud Patinum , pag. 74. nunc Gazæ Regiæ. In eo templi effigies , Herculis , ut credimus , Gaditani. Notum enim est ex Plinio , lib. **II. fect. c.** fuisse Gadibus Herculis delubrum : & ex Strabone , lib. **III. pag. 169.** quod & Hadriani

Hadriani nummus declarat, apud *Tristan.* tom. I. pag. 486. HERC. GADIT. qui dextra clavam, sinistra aurea mala præfert: ut ille in *Anthologia*, lib. v.

Μῆλα λεοντοφόρω παλαιόμη χρύσεια κομίζων.

Vndecimo mala Hesperidum disticta triumpho, inquit Ausonius, *Epigr.* 139. Ad sunt & navis, & Gaditanum fretum, forma senili. Vide quæ diximus in ASTA. REGIA. Delicias Patinus facit, qui ut ad Ratisbonam Germaniæ nummum hunc referat, omni ope nititur.

COL. IVL. AVG. Gordiani junioris, apud Erizzo: quo in nummo Bacchus cum Satyro & vite, feracitatis vini in eo tractu symbolis. Est & apud Occonem, pag. 435.

ΓАЗА. MAPNA. ΔΠΡ. hoc est, *ρωδ'*, anno CLXXXIV. post concessam libertatem. Quod illis beneficium obtigit, ut Josephus refert, lib. XI. Antiq. cap. V III. quo tempore Syria a Pompeio in provinciam redacta est. Inde Gazensium æræ, ut videtur, initium, ab anno Urbis DCXC. quo Cicero gessit Consulatum. Itaque annus hic est Hadriani quintus, Urbis DCCCLXXIII. Vide ΓΑΒΗΝΩΝ. Nummus est hic Hadriani, apud Spanhemium, qui vidit, lib. de usu numism. pag. 869. Et nos in Gaza Regia vidimus. Plinio, lib. V. seet. XIV. in Palæstina, *Gaza*.

ΓАЗА. AIC. Hoc est, *annus οιδ'*, five CCXI. Nummus Antonini Pii e Cimelio Regio. Et alter ibidem, eodem Principe Antonino cusus, ΓАЗА. ZC. Hoc est, anno CCVII. E quibus nummis posterior annum Urbis indicat DCCCXCVI. Antonini septimum: prior, Urbis DCCC. Antonini undecimum.

ΓАЗА. ΔKC. Hoc est, *anno οιδ'*, five CCXIV. Faustinae junioris, e Cimelio Regio. Patinus pag. 246. similem affert, M. Aurelio Imp. cusum, in quo ΔKE perperam legit, pro ΔKC. Fuit hic annus Urbis DCCCCXII. M. Aurelii, cuiusuxor Faustina, primus.

ΓАЗА ΔΞC. Hoc est, *anno οξδ'*, five CCXIV. Plauillæ, ex eodem Cimelio. Fuit hic annus Urbis

D C C C L I I I . Caracalla , cujus uxor Plautilla , cum Severo patre , cujus hic annus nonus principatus , Imperatore jam tum pariter in nummis Fastisque appellato. Vide Occonem.

ΓΑΖΑ. ΑΖΕ. Plautillæ Augustæ , apud Patin. pag. 313. quo nummo geminum ejus oppidi nomen indicari quis haud temere forsan credat. Stephanus : Γάζα , πόλις Φοινίκης , των Ἰδίων Παλαιστίνης . . . σύλιθη καὶ "Αζα· καὶ μέχρι των Σεβεί "Αζα αὐτών καλοδοτιν . . . δὲ πολίτης , Γαζαῖθ . . . Καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς οὗ , δὲ Εἰ καθ' ιμᾶς οὐδὲν Μαργαρίτην , ἐρυννόδομον Κρηταγανῆν . Gaza , Phœnicæ oppidum , nunc Palæstine . . . Etiam Aza nuncupata est , atque huc usque Syri eam Azam vocant . . . Ibi & Iovis Cretæ templum , quem Marnan nostra ætate vocant , hoc est , Κρηταγανῆ , Creta natum. Quare huc spectat rarissimus Musei nostri nummus , Tito principe cusus , & a Tristano editus , tom. i i . pag. 250. cum hac epigraphe , ΖΕΥΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ , in quo Juppiter dextra fulmen vibrat , inter sidera septem errantia. De Marna iterum Hieronymus , epist. ad Lætam : Iam & Ägyptius Serapis Christianus factus est , & Marnas Gazæ luget inclusus , & eversionem Templi pertimescit. Et in vita Hilarii : Sed & Italicus ejusdem oppidi muncipps adversum Gazensem Duumvirum , Marnæ idolo deditum. Verum ut ad numimum redeamus , pro hisce notis ΑΖΕ , legi verius putem oportere ΑΖC , quibus litteris annus signetur σξα , hoc est , c c l x i . æræ nempe Gazensium , de qua antea diximus : qui annus incidit in Urbis annum D C C C L . Severi sextum , cum jam Caracallæ Plautilla nupsisset. Et Z in nummis pro Ζ interdum scribi , hoc præsertim ævo , superius in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ vidimus.

ΓΑΖΑΙΩΝ. Titi nummus e Thesauro Goltzii , pag. 215.

Α. ΟΥΗΡΟC. ΚΑΙCΑP. L. Verus Cæsar , M. Aurelii Antonini Philosophi frater , & idem in imperio collega. ΓΑΖΑ. ΚΤΕ. Gaza , anno οὐτέ , hoc est , ccxxv. nempe Gazensium æræ: qui fuit Urbis Romæ DCCCCXIV. M. Aurelii & L. Veri secundus. E Museo nostro.

ΓΑΛΑΤΩΝ.

KOINON. ΓΑΛΑΤΩΝ. Neronis nummus, quem vidimus. *Commune Galatarum*. Plinio, lib. v. sect. XLII. *Galatia*. Hic porro, ut supra monuimus, commune fanum, sacrum commune, ac simul communia totius Provinciæ certamina, in uno aliquo oppido fieri solita, intelligenda sunt, quibus qui præcesset, Γαλατῶν dicebatur, hoc est, Præses certaminum sacrorumque τοῦ Κοινοῦ Γαλατῶν. Inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 415. I. ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ. ΔΙΣ. ΤΟΥ. ΤΕ. KOINOU. ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ. ΤΩΝ. ΜΕΓΑΛΩΝ. ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΩΝ. ΙΣΘ. ΠΥΘΙΩΝ. Κ. ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΟΥ. KOINOU. ΤΩΝ. ΓΑΛΑ. ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ. &c. Vide ΒΙΘΥΝΙΩΝ KOINON, ΚΡΗΤΩΝ KOINON, & ΡΟΔΙΩΝ.

ΕΠΙ. ΠΟΜΠΟΝΙΟΥ. BA. Alter, ΕΠΙ. ΒΑΣΣΟΥ.
KOINON. ΓΑΛΑΤΙΑC. Trajani nummi, e Cimelio Regio.

GALLIA.

TRES. GALLIAE. Galbae Imp. nummus, apud Tristan, tom. III. pag. 73. Quanquam ad Galbam Cæfaris legatum quidam hunc nummum referunt, sed falso. Totius enim Galliæ confessionem in Galba Cæsare agnoscendo hic nummus declarat, uti & alter apud Occonem, pag. 136. CONCORDIA. PROVINCIARVM. Et, quod caput est, utriusque nummi parte antica epigraphe hujusmodi est: SER. GALBA. IMP. AVG. *Servius* (non *Sergius*) *Galba Imp. Augustus*. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. cccLXXV. 3. TRES. PROVINCIAE. GALLIARVM. Plinius, lib. IV. sect. XXXI. *Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur,.... Belgicam, Celticam, sive Lugdunensem, & Aquitanicam.*

GALLIA. HISPANIA. Ejusdem Galbae, apud Anton. Augustin. Tab. XXII. Gallia & Hispania jungunt dextras.

ADVENTVI. AVG. GALLIAE. &

RESTITVTORI. GALLIAE. Hadriani, e Ci-
melio Regio, Museoque nostro. Imperator Galliam in
genu procumbentem sublevat. Spartianus in Hadria-
no, pag. 5. *Posthac profectus in Gallias, omnes fere
causariis liberalitatibus sublevavit.*

CONSERVATORI. GALLIAE. Hadriani,
apud Occonem, pag. 230.

RESTITVTORI GALLIAE. Gallieni, apud
Tristanan, tom. 111. pag. 72.

RESTITVTORI GALLIAE. In altero, G A L-
L I A R. Postumi, apud Occonem, pag. 482. & apud
Tristan. tom. 111. pag. 142. Trebellius Pollio, in
Postumo, pag. 185. *Cum Galli vehementissime Gallienum
odissent eum qui commissum regebat imperium, im-
peratorem appellarunt Ab omni exercitu & ab om-
nibus Gallis Postumus grataanter acceptus, talem se præbuit
per annos septem, ut Gallias instauraverit Nimius
amor erga Postumum omnium erat in Gallica gente popu-
lorum, quod summotis omnibus Germanicis gentibus, Ro-
manum in pristinam securitatem revocasset imperium. In
eo nummo Postumus Galliam sublevat, idemque dex-
tro pede captivum Germanum premit.*

FIDES. MILITVM. EXERCITVS. GALL.
Servilii Lollianii, qui Postumum in Gallia interemit,
apud Occonem, pag. 486. ex Ursino.

GLORIA. EXERCITVS. GALLICANI.
Constantini M.

VIRTVS EXERCITVS. GALLICANI. Con-
stantis, apud Occonem, pag. 549.

TAPNHTΩN. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 215.
Sed mendose, ut arbitror, pro TAPNHTΩN, ab
oppido Lyciæ Tarne, de quo Homerus Iliad. v. vers.
XLIV. & Strabo, lib. IX. pag. 413. Id enim magis ar-
ridet, quam ad portum Italiae revocari, prope Garga-
num montem, qui Plinio, lib. 111. sect. XVI. *Portus
Garnæ* dicitur.

TEAΣ, apud Parutam, cum Minotauri effigie, & bigis,

victoriæ in certamine relatæ indicibus. Plinio, lib. III. sect. XI v. in Sicilia: *Fluvius Gelas*: & paulo post ab oppido appellati cives *Gelani*.

ΓΕΛΑ, in nummis Parutæ, & **ΓΕΛ**. **Γέλα** oppidi nomen est Scylaci in Periplo, pag. 4. Et Stephano: **Γέλα**, πόλις Σκυλαῖς . . . τὸ ἔθνος, Γελάρος. Nunc *Alicata*.

ΓΕΜΕLLA. Vide **TVCCL**.

ΓΕMINA. **VRBANOR**. Vide **VRSO**.

ΓΕΡΑΣΩΝ.

ΑΡΤΕΜΙC. **ΤΥΧΗ**. **ΓΕΡΑСΩΝ**. *Diana*, *Fortuna* *Gerasorum*. Crispinæ nummus e Cimelio Regis Christianissimi. Fuit id oppidum in Decapolitana regione, cum aliis quæ a Josepho recensentur, lib. II. belli Jud. cap. XIX. pag. 813. Φιλαδέλφειαν τε, καὶ Γέρεσαι, καὶ Πέλλας, καὶ Σκυθόπολιν, &c.

ΓΕΡΓΙΘΕΩΝ. E Goltzii Thesauro nummus, pag. 216. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Gergithos*, in Aëlide. Stephanus: **Γέργις**, πόλις Τεργίας . . . Λέγεται ό γέργιθος.... δι πολίτης Γεργίθιος. τὸ θηλυκὸν, Γεργίθια· αφ' οὐ Γεργίθια η δεσμολόγος Σιβύλλα, ἥπις ό πετύπωτο σὺν τῷ νομίσματι τῆς Γεργίθιαν, αὕτη τε ό γέργιθος Σφίγξ, ὡς Φλέγχων σὺν Ολυμπιάδων θράτῃ. Εν δὲ τῷ ιερῷ τοῦ Γεργίθιου Ἀπόλλων Σιβύλλας φασὶν εἶναι τάφον. *Gergis*, urbs *Troadis*... Dicitur & *Gergithos*... *Civis*, *Gergithius*: feminino genere, *Gergithia*: unde *Gergithia Sibylla*, oraculorum interpres, cuius imago in nummo *Gergithiorum* cum *Sphinge insculpta*, ut auctor est *Phlegon*, *Olympiadum* libro secundo. In templo vero *Apollinis Gergithii* *Sibyllæ sepulcrum esse* aīunt. Hæc *Sibylla Gergithia* est, quam & octavam ex *Varrone* appellat *Laetantius*, lib. I. de falsa Relig. cap. VI. Octavam *Hellestiaticam* in agro *Trojano natam*, *vico Marpesso*, circa oppidum *Gergithium*, quam scribit *Heraclides Ponticus Solonis* & *Cyri* fuisse temporibus.

GERMANIA.

SIGNIS. RECEPT. DEVICTIS. GERM. S. C.
Signis Receptis, Devictis Germanis. Germanici.

DE GERMANIS. *Germanici*, cum *Labaro*, apud *Occonem*, pag. 99.

G E R M A N I A . C A P T A. Domitiani , apud Patinum , pag. 157. Sex. Aurel. Victor , in Domitiano. *Dacis & Cattorum manu devictis , Septembrem Octobremque menses , Germanici superiorem , e suo nomine alterum appellaverat.* Suetonius , cap. vii. *Bellum civile motum a Lucio Antonio superioris Germaniae praeside confecit absens felicitate mira : cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus transiituras ad Antonium copias barbarorum inhibuisse , &c.*

G E R M . S V P P L E X . *Germania supplex , in Domitia- ni nummo , quem vidimus.*

A D V E N T V I . A V G . G E R M A N I A E . Occo , in Hadriano , pag. 230. Spartianus , pag. v. *Inde in Germaniam transiit : pacisque magis quam belli cupidus , militem , quasi bellum immineret , exercuit : &c.* Et pag. 6. *Germanis regem constituit.*

E X E R C I T V S G E R M A N I C V S . Hadriani , apud V. Cl. I. Vaillant , tom. i. pag. 62.

V I C T . G E R M A . *Victoriae Germanicae.* Ut in nummo Severi , VICTORIAE. BRITANNICAE.

D E . G E R M . & D E G E R M A N I S .

G E R M A N I A . S V B A C T A . Tres illi numimi e Cimelio Regio , Museoque nostro , M. Aurelio principe cusi , & apud Patinum , pag. 234. Julius Capitolinus in Marco , pag. 27. *Marcus Germanicum se vocavit , quod sibi bello proprio pepererat.* Et pag. 29. *Contra Germanos res feliciter gessit.* Postremus porro nummus apud Occonem , pag. 287. hanc habet reliquam epigraphen : IMP. VI. COS. III. S. C. *Imperator sexies , Consul tertium , Senatus Consulto.* Aliud porro (nam id obiter ac semel monuisse operæ pretium est) aliud , inquam , in titulis Augustorum vox *Imperator* sonat , cum priore loco apponitur instar prænominis : aliud , cum ceteris subjungitur titulis. Nam secundo loco cum ponitur , victorias Imperatorum signat , & quoties post partam victoriam Imperatores ab exercitu appellati sint , ostendit : ut docet Dio , lib. XLII. pag. 266.

D E G E R M . *De Germanis.* Commodi nummus e Ci-

melio Regio. Et apud Patinum, in Thesauro, pag. 175. Lampridius in Commodo, pag. 50. Appellatus *GERMANICVS Idibus Herculeis*, hoc est, Octobribus. Et pag. 51. idem monet, Germanicos tumultus, non per ipsum tamen, sed opera ducum sedatos.

VICTORIA GERMANICA. Caracallæ, apud Occonem, pag. 379. in quo nummo Victoria gradiens cum trophyo. Spartanus in ejus vita, pag. 87. *Et cum Germanos subegisset, GERMANICVM se appellavit, vel joco, vel serio, ut erat stultus & demens, assenserens si Lucanos vicisset, LVCANICVM se appellandum.* Ubi codices optimi MSS. teste Salmatio, *GERMANVM* habent, & forte, *LVCANVM*. Ut allusisse Caracalla videatur ad scarabæorum genus, quos Nigidius Lucanos vocabat, ut auctor est Plinius lib. xi. sœct. xxxiv. potius quam ad lucanica intestina, de quibus Casaubonus ad eum locum.

VICTORIA GERMANICA. Maximini, e Museo nostro, & apud Occonem pag. 424. Capitolinus in ejus vita, pag. 142. *Ingressus Germaniam Transrhenanam, per ccc. vel cccc. millia barbarici soli vicos incendit, greges abegit, prædas sustulit: barbarorum plurimos interemit, militem divitem reduxit: cepit innumeros: & nisi Germani per amnes & paludes & silvas confugissent, omnem Germaniam in Romanam ditionem redigisset.*

VICTORIA GM. & VICTORIA GERM. & VICTORIA GERMANICA. Gallieni apud Mediobarbum, pag. 371. & 372. Et se in nummis *GERMANICVM MAXIMVM* Gallienus inscrisit, quod per unum e ducibus suis Postumum, qui deinde in Galliis imperavit, Germanos devicerat. Trebellius Pollio in Postumo, pag. 185. *Nimius amor erga Postumum omnium erat in Gallica gente populorum, quod summotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in pristinam securitatem revocasset imperium.*

VIC. GERM. M. Aurelii, e Museo nostro, & Postumi, apud Occonem, pag. 482.

ГЕРМАНИКИС. Vide KAICAPEIAC. ГЕРМА-
НИКИС.

ГЕРМАНИКОПОЛАЕΩС. Severi nummus e Cimelio Regio. ГЕРМАНИКОПОЛΙС. ΕΛΓ. Getæ, ex eodem Cimelio. Γερμανικόπολις Ελγας. Plinius, lib. v. sect. x l. *Helgas oppidum, quo Germanicopolis*, in Bitynia. In Notitia Eccles. pag. 37. Provinciæ Isauriæ adscribitur.

ГЕРМΗΝΩΝ. Crispinæ, Severi, & Caracallæ nummi e Cimelio Regio. Stephanus : Γέρμη πόλις Ελλησποντία, πλησίου Κυζίκου . . . δ πολίτης Γερμηνός. Germe, urbs Hellespontiaca, prope Cyzicum . . . civis, Germenus. In Notitia Eccles. pag. xi. inter Episcopos provinciæ Hellesponti, δ Γέρμης.

ГЕРМΗΝΩΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ. *Apollonida* Prætore. Gordiani junioris, e Cimelio Regio, cum Herculis effigie, in leonem incumbentis.

ΕΠΙ. ΑΡΙΚΤΟΝΕΙ. ГЕРМΗН. Sub Arisbonico. Diana, Apollo, & Aesculapius in eo nummo Gordiani stant. E Cimelio pariter Regio.

ΙΕΡΟС. ΔΗΜΟС. Capite laureato, *Sacer Populus*. Ex parte aversa ГЕРМΗН, cum Herculis effigie.

COL. AVG. F. CERMENO. *Colonia Augusta Felix Cermenio*. Commodi nummus e Cimelio Regio, quo de nummo recte Spanhemius contra Tristanum, lib. de usu numism. pag. 767. Ptolemæo, lib. v. cap. ii. prope Pesinuntem, Γέρμανολανία.

ГЕΦΥΡΑΙΑΗΔΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Domitiani nummus e Thesauro Goltzii. An ad Γεφυρώτιων Libyæ oppidum spectet, de quo Stephanus : an ad Gephyram Syriæ, circa Commagenem, unde data Constantii lex, lib. vi. Cod. Theod. tit. i v. amplius considerandum.

ΓΛΙΣΣΑΝΤΙΩΝ Nummus Caii Cæsaris, ex Thesauro Goltzii, pag. 216. Plinio, lib. i v. sect. xii. *Glyssas*. Stephanus : Γλίσσας, πόλις Βοιωτίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Γλισσάντιων.

ΓΛΑΥΚΙΩΝ. Delphines duo adversi. Ex parte altera, caput Jovis. E Cimelio Regio. Sed ΓΛΑΥΚΙΩΝ legi putem

putem oportere: est enim Stephano Γλαυκίᾳ, πολίχνῳ Ἰωνίᾳ, cuius gentile nomen Γλαύκιος. Quanquam enim Φλυκώς Suidæ vicus est Troadis, ex eo Γλύκιθες effungi probe vix putem posse.

ΓΟΛΓΩΝ. Vide ΚΟΛΧΩΝ.

ΓΟΡΔΗΝΩΝ. Apud Spanheimium, pag. 907. In Lydia id oppidum fuit. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 13. inter antistites Provinciae Lydiæ, censetur ὁ Γερδῶν, pro ὁ Γορδῶν. In altera Notitia ejusdem Provinciae, pag. 29. Γόρδων. In alia rursum, pag. 45. ὁ Γόρδων. Leunclavio, pag. 90. ὁ Γόρδων. In Conc. Calched. epistolæ Synodicæ antistitum Lydiæ subscriptibit Theodotus Gordi, pag. 934.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΓΟΡΔΗΝΩΝ. Alexandri Severi, apud Occonem, pag. 420. quo nummo verius indicari arbitror Juliensium concordiam cum Gordenis, de quibus dictum est proxime, quam Juliopolim alteram, cui & Gordiu. Come nomen alterum in Bithynia fuit, Plinio teste, lib. v. sect. xli. quod ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ & ΙΟΥΛΙΕΩΝ, ut diversum nomen, sic nummi sunt dispares. Agemus de singulis suo loco.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Germanici nummus apud Patin. pag. 85. Nunc Cimelii Regii. Plinio, lib. i v. sect. x x. *Gortyna*, in Creta insula oppidum.

ΚΟΙΝΩΝ. ΚΡΗΤΩΝ. ΓΟΡΤΥΣ. Hadriani nummus, apud Patin. pag. 204. cum Minervæ, ut videatur, Hippiae, sive Equestris, effigie. Nunc Gazæ Regiae. In eo oppido conventum totius Provinciae habitum ad ludos celebrandos, hic nummus docet. Vide ΚΡΗΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝ. Fuit ea civitas in primis ejus insulæ nobilis, cuius *Senatus Splendidus* in vetusta inscriptione appellatur, apud Gruterum, pag. m x c. ΔΟΓΜΑΤΙ. ΤΗΣ. ΛΑΜΠΡΑΣ. ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. ΒΟΥΛΗΣ.

ΓΟΡΤΥΝΩΝ. E Cimelio Regio, cum noctua & Minerva.

ΓΟΡΤΥ. In Museo nostro, cum bove cornupeta, & Mercurii capite petasato. Is a Gortyniis religiose co-

lebatur, ab iis 'Εδας cognominatus, veluti ἐάω δότηρ, bonorum dator. Auctor Etymologici: 'Εδας, ὄνομα τῷ Ερμοῦ καὶ τοῖς Γορτυνίοις καὶ τῷ ἐάω δότηρεξ. Edas, nomen Mercurii apud Gortynios, quia bonorum dator esset. Sed fuisse præterea in Creta, atque adeo Gortyne frequentem Aesculapii quoque cultum, argumento est vel cognomen illud, quod ex oppido eo traxit, 'Ασκληπιὸς Γορτύνιος, apud Pausaniam in Corinthiacis, seu libro 11. pag. 55. Vide & Philostratum, lib. 1 v. de vita Apollonii, cap. xi.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. ΙΕΡΑΠΥΔΝΩΝ. De eo dicemus, verbo ΙΕΡΑΠΥΔΝΩΝ.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Nummus Græciae veteris, in quo Europa tauro, hoc est, Jove, ut poëtæ fabulantur, invecta. Plinius, lib. xii. sect. v. *Est Gortynæ in insula Creta juxta fontem platanus una, insignis utriusque lingue monumentis, nunquam folia dimittens: statimque ei Græciae fabulositas superfuit, Iovem sub ea cum Europa concubuisse.* Et est in aversa nummi parte taurus insculptus.

GRACCVRIS.

MVNICIP. **GRACCVRIS.** Tiberii nummus, apud Patin. pag. 68. nunc Cimelii Regii, & apud Occonem, pag. 90. **MVNICIP.** **GRACCVR.** In eo nummo bos vitratus, victimæ ritu ac more: quod ea hostia litare se Jovi, pro salute Principis, Graccuritani nummo eo testantur. Fuit enim major hæc victimæ Jovi majoribusque Diis dicata. Tertullianus, lib. de Corona, cap. xii. *Tunc tibi, Iuppiter, bove cornibus auro decoratis vovemus esse futurum: Vetus inscriptio Fratrum Arvalium, apud Gruterum: BOVE. AVRATO. VOVEMVS. ESSE. FVTVRVM.* Maro:

Et statuam ante aras aurata fronte juvencum.

Marti bovem immolatum, ex Plinio scimus, lib. xxii. sect. v. Livioque, lib. vii. pag. 133. Et in nummo Domitiani quidem, quo sæcularia sacra peragit Imperator, victimæ taurus apposita cernitur, cum tibicine,

& foculo : quem immolandi morem fuisse Plinius admonet , libro proxime appellato , sect. vi. *Invenio eundem adstantibus Mario & Catulo Coss. praetextatum immolasse ad tibicinem foculo posito.* Plinio , lib. i i i. sect. iv. num. i i. *Graccuritani.* A Ti. Gracco nomen Graccuris accepit. Vide Livii epitomen , lib. x l i. Nunc *Agreda* , in Arragoniæ confinio , prope Turiasonem. Hinc Martyres Graccuritani , in Martyrol. *Martyres de Agreda.* Γερκονεῖς Ptolemæo , in Vasconibus.

ΓΥΘΕΑΤΑΝ. Caracallæ nummus , quem vidimus. Plinio , lib. i v. sect. v i i. *Sinus Gytheates , ab oppido.* Et lib. vi. sect. x x x i x. *Gythium* , in agro Laconico. Stephano: Γυθεῖον , πόλις Λακωνική . . . ἐπολίτης , Γυθεῖτης. Hi conditores suos Herculem & Apollinem jactitabant: Liberum , Cererem , Æsculapium colebant. Vide Pausaniam in Achaicis , pag. 104.

ΓΥΘΕΑΤΩΝ , apud Goltzium , in Thesauro , pag. 216. in quo Bacchi caput expressum , cum corona ederaea : ex parte altera , Victoria proræ navis insistens , cum corona.

Z

Z A. & ZAKYΝΘΙΩΝ. In Goltzii nummis. Plinio , lib. i v. sect. x i x. *Zacynthus libera.* Hodie Zante , insula Venetæ ditionis.

ZAKYΝΘΙΩΝ. M. Aurelii nummus , e Cimelio Regio , & apud Patinum , pag. 243. cum Jovis stantis effigie.

ZAKYΝΘΙΩΝ. Caracallæ nummus , apud Sponium , in Itiner. Athen. cum Bacchi , effigie dextra uvam , thyrsum laeva gerentis. Vini feracem agrum eum fuisse haec argumenta indicant. Straboni lib. x. pag. 458. Ζάκυνθος θύραπτος , fertilis est.

ZAKYΝΘΙΩΝ. B. NEΩΚΟΡΩΝ. IΩΝΩΝ. *Zacynthiorum bis Neocororum* , *Ionum.* Nummus Alexandri Severi , apud Tristanum , pag. 413. & apud Occonem , pag. 421. Ab Ionibus profecti Zacynthii , & in Ionio mari positi.

ZAPMEΩN. Titi nummus, ex Thesauro Goltzii, pag. 238.

ZEINION. E Cimelio Regio. Oppidulum fuit in Bithynia Ζίνοι vel Ζεῖνοι, nam utrovis modo scribi potuit, ut in nummo ΔΕΙΗΝΩΝ animadvertisimus. Ei oppido Justinopoli postea nomen fuit. In Synodo V. CP. Territorium Iustinopolitanum, de Zinis. Græce fuerat, Σπόλη Ζίνων, vel Ζείνων. Fuit & Ζεωύπολις in Decapoli Seleuciæ, teste Constant. Porphyrog. lib. i. them. xiii. pag. 40. sed nihil ea ad præsens negotium.

ZΕΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 236. Plinio, lib. v. sect. XL. Zelia, in Æolide. Stephano: Ζέλεια, πόλις Τρωάδος.... τὸ ἔθνικὸν, Ζελεῖτης.

ZΕΥΓΜΑΤΩΝ. Nummi Antonini Pii, e Gaza Regia, M. Aurelii, L. Veri, Caracallæ, apud Tristanium, tom. ii. pag. 191. Elagabali, Gordiani junioris, & Philippi Patris. Plinio, lib. v. sect. xxii. Zeugma, &c. Stephano: Ζεῦγμα, πόλις Συείας, ὡπὶ τῷ Εὐφράτῃ.... τὸ ἔθνικὸν, Ζεῦγματεύς. In nummo Philippi Patris e Musco nostro, cum templo, viri natantis adjecta effigies, Euphratis, cui appositum oppidum fuit, argumentum. A Xerxe primum ei oppido nomen inditum Zeugmatis fuisse, ex argumento transitus Euphratis, Theodoretus censuit, in Relig. hist. cap. v. Hac Bacchus Indiam petiturus, hac Alexander Macedo transmisit Euphratem, ut Plinius ait, lib. xxxi v. sect. XLIII. & Strabo, lib. xvii. pag. 746. ponte videlicet ferreis catenis juncto. Quare Zeugma Pellæum dicitur Lucano, lib. viii. vers. 237. a Pellæo juvene, hoc est, Alejandro.

ZΕΦΥΡΙΩΝ. E magna Græcia Goltzii, Tab. xxvi. In eo nummo leprorem discerpentis Aquilæ effigies est, qualis in nummis Locrorum, quos idem eo loci affert: ubi causam aperiemus, cur id insculptum in eo nummo symbolum sit. Quare ad oppidum promontoriumque Zephyrium hic nummus attinet, a quo Locri Epizephyrii sunt cognominati, Plinio teste, lib. iii.

sest. x. & Stephano: "Ἐπὶ γένεσι τῶν Ζεφύρων, αὐτὸν οὐδὲν οὐδεῖς Επιζεφύρειοι."

Z E F Y R I O N. Hadriani nummi, quos vidimus. Plinio, lib. v. sest. xxii. *Zephyrium*. Stephano: *Zεφύρειον*, πόλις Κιλικίας. τὸ ἔθνος, *Ζεφυεώτης*.

Z E F Y R I E O N , & Z E F Y R I O T O N. Apud Goltzium, in Asia, Tab. i v. Juppiter fulmini insidet: aquila fulmini Jovis insistit. Amnis ille porro cui Juppiter insidet, haud dubie Calycadnus est, cui Zephyrium promontorium oppidumque finitimum est, teste Strabone, lib. xi v. pag. 670. & 671. Ut intelligas graviductum errore Nonnum, qui ad Zephyrium Scythicum hos nummos ablegat.

H

H A D R V M E T V M .

H C. C. I. H. P. A. Severi nummus, in Museo nostro. C. C. I. H. P. A. Caracallæ nummus, in Cimelio Regio, cum Cereris iconē, propter quam *Frugifera* quoque Hadrumetus est appellata. *Colonia Concordia Julia Hadrumetina Pia Augusta*. Et Piæ cognomen Carthagini in eodem tractu, ut superius vidimus, est attributum.

C. C. I. H. P. Nummus Commodi, e Museo nostro: Gordiani junioris, Gallieni in Cimelio Regio: & Valeriani, apud Mediobarbum, pag. 384. qui cum has notas extricare non posset, inter incerti situs oppida retulit. Et hoc Patino aliisque arcanum latuit. Nos sic interpretamur: *Colonia Concordia Julia Hadrumetina Pia*. Ut hanc porro interpretationem ex hisce notis extunderemus, vetus inscriptio fecit, apud Gruterum, pag. CCC LXII. quam in Notis ad Plinium retulimus, lib. v. sest. III. **C O L O N I A . C O N C O R D I A . V L P I A . T R A I A N A . A V G V S T A . F R V - G I F E R A . H A D R V M E T I N A .** Nunc *Mahometa* dicitur. Byzacenæ olim in Africa provinciæ metropolis: sive, ut Constantinus loquitur, lib. II. Cod.

Theod. tit. xix. *De inofficio Testam.* leg. iii. Consilii Byzacenorum.

C. C. I. H. P. A. Philippi Patris, in quo lupæ effigies; cum Romulo Remoque lactentibus: qualis & in altero Commodi cernitur, ex eodem Cimelio, cum epigrapha, C. C. I. H. P.

COL. A. A. HA. MET. Treboniani nummus, apud Mediobarbum, pag. 360. in quo labarum & aquilæ. Nummum eum sic interpretamur, *Colonia Ælia Augusta Hadrumetina Metropolis*, Byzacenæ scilicet, ut dixi, provinciæ. Ex quo nummum alterum Philippi Imp. in quo labari pariter signata effigies, cum lupa & gemellis, coloniæ nempe indicibus, quem ille sic perperam exhibit, pag. 349. **COL. MAMET.** sic emendabis, **COL. HA. MET.** Neque vero in utroque nummo eo legi probaverim, *Colonia Ælia Augusta Hadriana Mercurialis Thænitana*, quamvis apud Gruterum legas, pag. 363. **COLONIAE. AELIAE. AVGVSTAE. MERCVRIALIS. THAENIT.** Prænomen enim Æliæ Hadrianæ in Africa, peculiaris ac propria Zamæ Regiæ fuit. Vide eundem Gruterum, pag. CCC LXIV. Binæ in hoc nummo aquilæ, Trebonianum, Volusianumque filium, consortem Imperii, indicant.

ΗΛΕΙΩΝ. In nummo Hadriani e Gaza Regia, in quo Patinus, pag. 200. perperam ΗΛΕΙΤΩΝ legit: & alter ejusdem Principis, in quo vox ea ΗΛΕΙΩΝ in corona legitur. In priore Aquila pariter insculpta, Jovis armigera, quem Deum Elei præcipue coluere. Nam in eorum agro in primis *delubrum Olympii Iovis, ludorum claritate fastos Græcie complexum*, ut Plinius ait libro iv. sect. vi. Eidem proxime antea, *Eliorum, ager, & Elis*, in Peloponneso. Stephano: "Ηλισ... ποιηκόν, Ηλεῖθ, Ηλιείθ, & Ηλιαρός. In Notitia Hieroclis, pag. 23. Ηλισ, μητρόπολις Αἰτωλίας.

HELIOPOLIS, Ægypti, sive Arabiae.

ΗΛΙΟΥΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummus, apud Tristanum, tom. ii. pag. 104. in quo ex parte aversa

Caracallæ ac Getæ capita , Sole inter utrumque medio,
a quo factum oppido ei nomen. *Heliopoliten* in Ægypto
nomon Plinius habet , lib. v. sect. ix. Hodie *Bel-
besa* , in *Cassifatu* seu *Præfectura Mansoura*.

HELIOPOLIS *Syriae*.

COL. HEL. Nummi duo Severi , apud Patinum , pag. 281. quos ille de colonia Helvia perperam accipit : cum ad Heliopolim uterque spectet : ut & alter Caracallæ apud eundem , pag. 298. & Getæ , pag. 317. qui nummus & apud Tristanum exstat , tom. 11. pag. 261. Idem tom. 11. pag. 105. deductam putat a Severo Principe coloniam in Heliopolitanam Ægypti civitatem : ac suffragatorem habere se sententiax suæ Ulpianum arbitratur , cuius alia longe mens est. Is enim cum Heliopolitanam coloniam , una cum Tyria , Berytensi , Laodicena , & Emisena laudat , annon ejusdem tractus omnes fuisse liquido prodit ? ac loqui se de Heliopolitanæ Syriæ Cœles , seu Libani appellata , de qua Plinius , lib. v. sect. xviii. *Sciendum est* , inquit , lib. L. Dig. de Censibus , lege 1. *esse quasdam colonias juris Italici* : *ut est in Syria Phœnice splendidissima Ty- riorum colonia , unde mihi origo est . . . Sed & Berytensis colonia in eadem provincia Est & Heliopolitanæ , quæ a Divo Severo per belli civilis occasionem Italicæ coloniae rempublicam accepit . Est & Laodicena colonia in Syria Cœle , cui Divus Severus jus Italicum concessit . Ptolemenium enim colonia Sed & Emisena civitati Phœnices &c.* Ubi nemo non videt eas modo ab ipso colonias recenserri , quæ in patriæ suæ Tyri prope confinio positæ essent. Quare ad eam spectant & alii nummi , quos statim indicaturi sumus.

COL. HEL. *Colonia Heliopolis*. Nummus Pertinacis , apud Tristan. quem illi de colonia pariter Helvia perperam accipit.

COL. HELI. AVG. *Colonia Heliopolis Augusta* , Macrini.

HELIOPOLIS COL. Philippi Patris , e Museo nostro.

COL. HEL. I. O. M. H. Nummus Philippi patris, e Cimelio Regio, & Otaciliæ Museo nostro, cum templi effigie. *Colonia Heliopolis. Iovi Optimo Maximo Heliopolitano.* Occo, pag. 441. **COL. BEL. I O. M H.** Est & Severi similis, apud Tristanum, tom. 11. pag. 106. sed is *Iovi Opt. Max. Helvio*, perperam, ut diximus, interpretatur: & Cuperus ipsum secutus, pag. 208.

CERT. SACR. CAP. OEC. ISEL. HEL. Urnæ tres, quibus præmia certaminum continentur. Gallieni nummus e Museo nostro, cuius epigraphe sic legenda. *Certamina Sacra Capitolina Oecumenica Iselaistica Heliopolitana.* Capitolina dicuntur, quod in honorem Capitolini Jovis ederentur, qui Heliopoli, fano ibi, ut vidimus, edito, coleretur. Sic apud Gruterum legas, pag. cccxxxii. 3. **R O M A E. CERTAMEN. IOVIS. CAPITOLINI.** Oecumenica, ad quæ certatores, non ex singulare aliqua civitate, sed *ἐκ τοῦ κόσμου μάρτιου*, ex orbe universo admitterentur. Iselaistica, quorum victoribus, ut Plinii verbis utar, lib. xvi. sect. v. *Muros patria gaudens rumpit.* Disjicere mœnia certo quodam loco veteres solebant, qua transvectio victorum, & triumphalis in urbem ingressus curru foret super disjecta mœnia. Vide Plutarchum, lib. 11. *Sypos. quæst. v.* pag. 639. & Xiphilin. in *Nerone*, pag. 723. In patriam suam quadrigis sic invehi solenni pompa, Græci *εἰσελαύνει* dicebant. Hinc certamina dicta *εἰσελαπήσει*.

ΗΛΙΟΠΟΛΙΣ. ΠΡΟΣ. ΛΙΒΑΝΟΝ. Caracallæ nummus.

ΗΛΙΟΠΟΛΙΣ ΕΝ ΛΙΒΑΝΩ. Alius quem vidi-
mus. Plinius, lib. v. sect. xviii. *Amnis Orontes, na-
tus inter Libanum & Antilibanum, juxta Heliopolim.*
Anonymus a Gothofredo editus, in Exegesi totius
mundi, *Ηλιόπολις, ἡ πλησιέστερη τῷ Λιβάνῳ ὄφει.* A Ste-
phano Heliopolis Phoeniciæ nuncupatur.

HERACLEA Acarnaniae.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. ΦΙΛΩ.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. ΧΑΛΚ.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. ΧΑΛΚ. Et in parte aversa, A. X. Φ.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. Et ex superficie altera, ΑΘΗ. ΧΑΛΚ.

cum effigie Palladis, quam æque nummi superiores exhibent, cum Hercule leonem suffocante ex priore nummi parte, interdum & noctua. Huic potius numeros istos, quam alteri Heracleæ adjudicamus, quod & leonis domitorem Herculem in nummis quoque Chao-num, qui Acarnaniæ vicini fuere, signatum invenimus: & Palladem, Palladisque insigne noctuam: & Præfecti Monetæ, Prætorisve nomen, quod neque in ullius Heracleæ alterius offendas: in Dyrrachenorum nummis, Epirotarumque, passim. Quare ad Siciliam a Goltzio, & Paruta, hi nummi nullo penitus argumen-to referuntur: cum revocari ad hanc Acarnaniæ Hera- cleam oportuerit, de qua Plinius, libro v. sect. 11. *Acarnaniæ oppidum Heraclea.* Meminit & Stephanus, laudatus a nobis in Plinianis notis. Iotas porro notas tertii numismatis, A. X. Φ. ceterorum admonitu sic interpretamur: Ἀθωᾶς Χαλκίονος. Φιλάττας. Atque istud quidem Præfecti Monetæ est, Prætorisve nomen, quod & in Dyrrachenorum nummis occurrit. Illud Miner- væ Chalcioeci appellatæ a Spartanis, Ἀθωᾶς Χαλκίονος, ut ait Pausanias in Lacon. Plut. in Apophth. aliique. P. Victor, in descriptione Urbis Romæ, re-gione nona, *Minerva Chalcidica*, forte pro *Chalciæca*.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. Trajani nummus apud Patinum, pag. 159. quo in nummo clava Hercules hydram enecat.

ΗΕΡΑΚΛΕΑ Εολιδις.

ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. ΚΥΜΑΙΩΝ. Nummus quem vidi- mus, cum equi effigie. Eo nummo Cumæorum cum vicinis Heracensisibus concordia indicatur. Græci δύμ- roι vocant. Stephanus inter urbes quæ Heracleæ no- mine insignitæ sunt, hanc vicefimo loco appellat: κ', πόλις τῆς Κυμαίας η Αιολίδης. Cujus gentile nomen Η'εραλδος & Η'εραλεώπης. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Heracleotes tractus.*

ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. Trophæum. E Cimelio Regio.

ΑΠΑΜΕ. ΗΡΑΚΑΕ. Nummus allatus a Tristano, tom. ii. pag. 337. cum effigie Herculis & Junonis.
Απαμέιας. Ηρακλέιας. Ut eo nummo utriusque gentis atque oppidi concordia intelligatur. Inter eas urbes quæ Heracleæ appellatione donantur, apud Stephanum, decima tertia in Syria ab eodem locatur, iy' Συείας, hoc est, uti ex Ptolemæo discimus, lib. v. cap. xv. in Cyrrhestica regione, a qua haud procul Apamea abest. Quare ad hanc referri hunc nummum censemus oportere.

HERACLEA Pieriae.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 216. quem ad Heracleam Syriæ, de qua Plinius, lib. v. sect. xviii. idcirco referimus, & quod hi tituli *Sacrae & Inviolatæ civitatis* in nummis Syriæ urbium passim occurunt: & quod in Syria Vespasiani expeditio nota est omnibus. Stephano decimo quinto loco appellat Heracleam quæ est in Syria: ιε, Πιεσίας.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. Mercurius cum crumena & caduceo. Nonnius Goltziusque hunc nummum ad Ponticam Heracleam referunt: nos verius, uti remur, ad Piericam.

HERACLEA Ponti.

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ. ΜΑΤΡΟ. Trajani nummus, quem vidimus. Ηρακλεωτάν ματροπολιτάν, Dorico more.

ΗΡΑΚΛΕΙΑC. ΕΝ. ΠΟΝΤΩ. Juliæ Domnæ, cum Neptuni stantis effigie: Caracallæ, Getæ, & Gordiani junioris nummi in Cimelio Regio. Plinio, lib. vi. sect. 1. *Oppidum Heraclea Lyco flumini appositum.* In Macrini nummo Hercules Hippolytam Amazonem fugientem cum equo insequitur: qui sextus Herculis labor, Ausonii versiculo eo expressus:

Threictiam sexto spoliavit Amazona balteo.

Nonus Diodoro Siculo, lib. iv. Bibl. pag. 223. Ηρακλῆς ἦ λαζῶν τεργαλμα τὸν Ιωπολύτης δ' Αμαζόνος ἐρεγκεῖν ζωσῆσαι, πλὺν θετὶ τὰς Αμαζόνας ερατεῖαι ἐποιήσατο. Πλάσσεις οὐδὲ εἰς τὸν αὐτὸν οὐκέτι Εὔξεινον κληθέντα Πότνιν,

γένεται πλάσσεις ἔπει τοῖς σύμβολας τοῦ Θεομάδοντος ποταμοῦ,
πλησίον Θεμουνήρας πόλεως κατεπρατοπέδευσεν &c. Hercules,
cum ei mandatum esset, ut Hippolyta Amazonis γο-
ναν ασπορaret, bellum adversus Amazonas instituit.
Itaque in Pontum navigans, cui ab eo nomen Euxini fa-
ctum, & in ostia Thermodontis amnis invetus, prope
Themiscyram urbem castra posuit, &c. Gordiani num-
mus Herculem exhibit, adducta clava Cerbero mini-
tantem. Nec forma triplex tua, Cerbere, movit, ut
Naso cecinit lib. ix. Metam. Getæ, Bacchum cum pa-
tera, quam dextra: & uvis, quas læva gerit.

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΑΤΡΟΠΟΛΙΤΑΝ. Herculis
effigies, quæ rursum & ex aversa parte insculpta, cum
epigraphe ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΑΝ, Conditorem urbis.

HERACLEA Siciliæ.

ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. Apud Parutam, in nummis Heracleæ,
num. xiii. & xiv. cum spica, Siculi agri ubertatis in-
dice. Stephano: Ηράκλεια Σικελίας. Heraclea Minoa
dicta Livio, lib. xxiv. & Diodoro Siculo, lib. xvii.
Bibl. Idem lib. iv. cur Heraclea dicta sit, docet. In-
colas Tullius Verrina 1111. Heraclienses vocat.

HERACLEA Thraciæ.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. Ejus nimirum, qui
Demetrii Poliorcetae filius fuit, ac paterni demum,
hoc est, Macedonici regni heres. Nummus e Museo
nostro, cui adjectæ litteræ Η. P. Heracleam, uti remur,
designant, non eam, quæ Sintica appellata a Plinio
est, sub Pangæo monte, in Thracia, lib. i v. secl. xvii.
& xviii. sed quæ Perinthus quoque olim appellata
est, Byzantio proxima. Procopius, lib. iv. de ædif.
cap. ix. Ήράκλεια ᾧ ή πόλις ἡδὲ ή Θραλία, ή Πέριφης,
ή πάλαι μὲν τὰ τεραπνία ή Εὐράπης ἐδίδοσαν. νῦν ᾧ δὴ μετά
η Κωνσταντίνου πολιν τὰ δευτερεῖα παρέχονται. Heraclea vero
urbs maritima quæ & Perinthus, locum olim in
Europa Provincia principem obtinuit: nunc secundum ha-
bet a Constantinopoli. Neque me fugit his notis annum
etiam cxi. posse indicari: at eo anno regni Mace-
donici Antigonus nullus occurrit, qui tum rerum po-
tiretur.

IMP. CONSTANTINVS. MAX. P. F. AVG.

Imperator Constantinus, Maximus, Pius, Felix, Augustus. Ex parte aversa, SALVS. ET SPES. REIPUBLICAE. S. M. HER. Signata Moneta Heracleæ. Apud Occonem, pag. 536. D. N. CONSTANTINI. MAX. AVG. VOT. XXX. S. M. HE. Domini Nostri Constantini Maximi Aug. Votis Tricennialibus. Signata Moneta Heracleæ. Rursumque, CONSTANTINVS. AVG. S. HK. Signata Heracleæ. Et Juliani, pag. 559. D. N. FL. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. Dominus Noster Flavius Claudius Julianus Pius Felix Augustus. SECVRITAS. REIPVB. HERACLEA. Quos quidem nummos idcirco ad Heracleam Thraciæ referimus, ut cetera argumenta omittamus, quod similis alias nummus occurrat, apud Occonem, pag. proxime appellata, SECVRITAS. REIPUBLICAE. P. CONST. Hoc est, Percussa Constantinopoli. Nisi forte quis ad Heracleam Galliæ spectare malit, de qua Plinius, lib. 111. sect. v. Sunt autores & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse. Hæc Ήεράλεια Κελπίκης apud Stephanum. In agro San-Remigiano, prope oppidum S. Remi, ostiumque Rhodani Hispaniense, reperta inscriptio principatu Caroli V. Francorum Regis, electam docet ab Ataulpho Principe Heracleam in Regiæ majestatis sedem. Ibi igitur fuisse olim Heraclæa videtur. Refert integrum inscriptionem Honor. Bouche, lib. 111. hist. Prov. cap. v. pag. 158. Sed hanc Heracleam vix putem esse hujus loci.

HERACLEA Trachin.

ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. ΤΡΑΞΙΝΙΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia, tab. xix. cum Herculis effigie, leoninis exuviis insidentis.

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ. Ex parte aversa Pegasus, & epigrafe, ΤΡΑΧ. Visus pariter nobis. Plinio, lib. iv. sect. xiv. in Thessaliae confinio, *Heraclea Trachin*, hoc est, aspera, ob viarum scilicet asperitatem: est enim Τραχός asper. Hinc Ήεράλεια τραχία dixerunt, a Ther-

mopylarum angustiis haud procul ab eo oppido positis. Vide & Strabonem, lib. x. pag. 429. Seneca in Hercule Oetæo :

*Ad Trachina vocor, saxa rigentia,
Et dumeta jugis horrida torridis,
Vix gratum pecori montivago nemus.*

Ab Hercule nomen habet, qui in monte vicino OEtæ se ipse conjecit in rogam.

HIMER A.

I M E P A I O N & I M E P A I Ω N, apud Parutam. Plinio, lib. i i i. sect. x i v. *Himera cum fluvio*, latere Sicilæ Boreali, quod Tyrrheno mari alluitur. Schol. Pind. pag. 110. Θερμαὶ λουτρὰ δὲ Ἰμέρες πόλεως. Ptolemaeo, lib. i i i. cap. i v. sunt Thermæ Himerenses, Θέρμη, Ἰμέρη πόλις. Coloniam deinde factam testatur vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 433. **C O L .** **A V G .** **H I M E R A E O R V M .** **T H E R M I T .** Nunc oppido nomen, *Termine Citta splendidissima*.

I M E P A I Ω N . Stat mulier ante aram accensam sacrificans: vir humi jacet humero aquam excipiens, quam ore marmoreus leo evomit. Aquæ Himeræorum calidæ quo fuerint in usu nummus ille indicat, apud Parutam, num. 7. & 8. & 10.

H I M E P A I O N . Apud Parutam, num. i i . cum gallinaceo, qui Apollini æque, & Æsculapio facer est, & Minervæ.

Θ E P M A I M E P A I Ω N . *Thermæ Himerensium.* Apud Parutam, num. v. cum Deæ stantis effigie, quæ Copiæ cornu lœva gerit. Himeram esse arbitramur, de qua Tullius, loco mox appellando. Ex parte altera Herculis caput insculptum.

Θ E P M I T A N . Idem Hercules, eademque Himera, ut remur, apud Parutam, num. vi. Tullius in Verrem, lib. i i . sive de Prætura Siciliensi, num. lxxxv. Sthenius non solum n̄gavit, sed etiam ostendit id fieri nullo modo posse, ut signa antiquissima, monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum, incolami illa civitate, imperioque populi Romani, tollerentur. Etenim, ut simul P. Africani quoque humanitatem & equitatem co-

NUMMI ANTIQUI

gnoscatis, oppidum Himeram Karthaginenses quondam cuperant, quod fuerat in primis Siciliæ clarum & ornatum.... Himeræ deleta, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii se se Thermis collocarant, in ejusdem agri finibus, neque longe ab oppido antiquo.... Erant signa ex ære complura: in his mira pulcritudine ipsa Himeræ, in muliebrem figuram habitumque formata, ex oppidi nomine, & fluminis. Erat etiam Stesichori poëta statua senilis, incurva, cum libro, summo, ut putant, artificio facta, &c.

EPMITAN. Nummi apud Parutam, in quibus Hercules anticam nummi aream obtinet: posticam, Nymphae tres, quæ advenienti Herculi calidarum fontium aquas aperuisse perhibentur. Vide Diodorum Sicul. lib. iv. & v. Bibl. Hos vero Thermitanis frustra Paruta nummos adscribit. Est in aliis & Proserpinæ, credo, cum eodem Hercule insculpta effigies. Vide & Pindari Scholiasten, in Olymp. Oden xii.

HISPALIS.

COL. ROM. PERM. DIVI AVG. *Colonia Romulensis*, permisso Divi Augusti. Drusi ac Germanici nummus, e Cimelio Christianissimi Regis. Plinius, lib. iii. sect. iii. *Hispalis colonia, cognomine Romulensis.* Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 257. **QVI IVLIAE. ROMVLEAE. NEGOTIANTES.** Julianam Romanam a Julio Cæsare nuncupatam ait Isidorus, lib. xv. Orig. cap. i. Hodie Seville.

COL. HISPAL. Caii Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239. Apud Gruterum, pag. cci. 6. **PROVIN CIAE. BAETICAE. COLONIA. HISPALENSIVM.**

COL. ROM. Valeriani, apud Occonem, pag. 462. **I M P. DIVVS. AVGSTVS.** Caput Augusti. **IVLIA. AVG. GENET. ORB. PERM. D.** AVG. COL. ROMVLEA. *Iulia Augusta*, Augusti conjux, Genetrix Orbis. Permissu Divi Augusti. *Colonia Romulea.* Apud Mediobarbum, pag. 52: Caput Liviæ globo impositum.

IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS.

Caput Liviae, ut supra. PERM. DIVI. AVG. COL.

ROM. Caput Augusti, cum fulmine, apud Medio-barbum, pag. 53.

HISPANIA.

HISPANORVM. Nummus Augusti, e Cimelio Regio. Divisis orbis Romani provinciis, ut diximus, verbo D A C I A , aliæ Augusto, aliæ Senatui, populoque cesserunt. Quos Senatus provinciis suis regendis præficeret, Proconsules: quos Augustus, Legatos Proprætore, nuncupabant. In his Hispania Tarragonensis fuit: undelin vetere inscriptione apud Gruterum, pag. ccccii. 6. DOMITIVS. GALLICANVS. LEG. AVG. PR. PR. P. H. C. appellatur: hoc est, Legatus Augusti, Proprætor Provinciae Hispaniae Citerioris, quæ & Tarragonensis. Et pag. ccxxviii. 2. VALENTINIANVS. V. C. PRAESES. PROV. HISp. CIT. LEG. AVGG. PR. PR. Iterumque, LEG. AVGG. PRO. PR. PROVIN-CIAE. HISPANIAE. CITERIORIS.

HISPANIA. Hadriani nummus, apud Patinum, pag.

191.

RESTITUTORI. HISPANIAE. Ejusdem Hadriani, pag. 194. Nunc Cimelii Regii. Est & in Museo nostro. In hoc utroque nummo Hispania oleæ ramum tenet, ob ubertatem illius stirpis in Hispania: Bætica præsertim; ut ex Plinio scimus, lib. xv. sect. 111. & ex vetusta inscriptione apud Gruterum, pag. 1116. MERCATOR. OLEI. HISPANI. EX. PRO-VINCIA. BÆTICA. Claudianus, lib. ii. de laud. Stilic.

Flavis tum prima Minervæ

Nexa caput foliis, fulvaque intexta micantem

Vesle Tagum, tales profert Hispania voces.

Cuniculus præterea ad pedes Hispaniæ est, de cuius animalis in eo tractu copia, Plinium vide lib. viii. sect. lxxxii. nostrasque in eum locum notas. Huc pertinet & illud Catulli, *Cuniculosæ Cæstiberiæ fili.*

ADVENTVI. AVG. HISPANIAE. Occo, in
Hadriano, pag. 250. Spartanus, pag. 6. Post hac His-
panias petit, & Tarracone hibernavit, ubi sumptu suo
ædem Augusti restituit, omnibus Hispanis Tarraconem in
conventum vocatis.

EXERC. HISPAN. Hadriani, apud Spanhemium,
pag. 844. Exercitus Hispanicus.

HISPELLA.

COL. IVL. HISPELLA. Macrini numimus, e Ci-
melio Regio. Plinio, lib. III. sect. xix. in sexta Ita-
liae regione, *Hispellum*: nunc Spello. Gruterus, pag.
CCCL. i. COL. IVL. HISPELLI.



ΘΑΣΙΩΝ. Plinio, lib. iv. sect. xxiiii. *Thassos li-
bera*, &c. insula contra montem Athon. Hodie *Tha-
so*. Hercules stans. ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.
Herculis Servatoris. Pausanias lib. vi. sive Eliac. po-
ster. pag. 188. in ea insula coli Herculem solitum tra-
dit, ab eaque Θάσιος Ήερκλῆ cognominari. Et lib. v.
sive Eliac. prior. pag. 175. eundem hunc esse Hercu-
lem prodit, quem in Phœnice Tyrium appellarent:
esse enimvero Thasios e Phœnice Tyroque profectos.
Ex parte aversa caput Bacchi, cum corona ederacea,
E Museo nostro. Apud Goltzium, Tab. xiii. insula-
rum Græciæ, Bacchus ipse cum cantharo insculptus.
Vinum Thasium idem Deus sic commendat in primo
Athenæi:

Καὶ Θάσιος, τῷ δὴ μῆλῳ ἐπιδέδρομόν ὁδοῖ.

Et vinum Thasium, mali quod spirat odorem.

ΕΠΙ. NEOKΥΔΟΥ. ΘΑ. E'pi Neokύδου, Θασίων. Sub
Neocyde Magistratu Thasiorum. ΔΟΜΕΤΙΑΝΟC.
KAICAP. In eo nummo templi effigies ex aversa par-
te. Est Cimelii Regii. Sunt qui KYΔΟΥΤΑ conjun-
ctim legant, Θ etiam in T immutato, & nescio quod
oppidum situs incerti hic comminiscantur. In his Pati-
nus, pag. 164. aliisque. Vincit omnium solertiam Tri-
stanus,

stanus, tom. i. pag. 337. cum legit, ΕΠΙ. ΝΕΩΧΟΡΑΥ ΚΥΔΟΥΤΑ. Nisi a Cupero vincitur, qui in opusculo, quod inscripsit, *Numismata antiqua explicata*, Κυδούτη nomen esse viri putat, pag. 225. pro Κυδούτου. In eo nummo mulier spicas tenet, quibus agri fertilitas designatur. Quare Callistratus orator Atheniensibus auctor fuit, ut Thasum occuparent, ob fecitatem soli. Hinc illud adagium apud Suidam, Θάσος αγαθός.

ΘΑΣΙΩΝ. Diana venatrix: ex parte altera, non Hercules quidem, sagittantis effigie, ut Nonnius ad Goltzii Græciam censuit, aliquique omnes Antiquarii, sed eo fane habitu Perses, quem nummis suis Thasios insculpsisse prodit Julius Pollux, lib. ix. cap. vi. Θάσιοι τὸν Πέρσων τῷ νομίσματι ἐνεχέργησον. Fuit is, auctore Herodoto, lib. vii. Persei filius, Danaës nepos, ex Andromeda Cephei filia: ab eo Persas, sagittandi peritia insignes, traxisse originem idem refert. Et de ipso Plinius lib. vii. sect. lvii. *Alii sagittas Persen Persei filium invenisse dicunt.*

ΘΑΥΑΚΗΝΩΝ. ΤΗC. ΙΕPAC. ΚΑΙ. ΑCYΛΟΥ. *Thapsacenorum sacræ & inviolatae civitatis.* Numimus Trajani e Thesauro Goltzii, pag. 233. Plinio, lib. v. sect. xxii. *Thapsacum.* Stephano: Θάψακος, πόλις Συελας τοῦς Εὐφράτη δ πολίτης, Θαψακηνός.

ΘΑΥΙΩΝ. Titi numimus e Goltzii Thesauro, pag. 233. seu *Thapsus* hæc Africæ sit, de qua Plinius, lib. v. sect. iii. sive altera Siciliæ, de qua Stephanus, & Maro, lib. iii. Aeneid. vers. 688.

ΘΕΛΠΟΥCIΩΝ. Getæ nummi multi quos vidimus. Plinio, lib. iv. sect. x. *Thelpusa*, in Arcadia. Pausaniae, lib. viii. Arcad. pag. 256. Θέλπουσα. Stephano, Θέλπουσα, πόλις Ἀρχαδίας τὸ ἔθνικὸν, Θελπουσιθ. Aesculapium ii coluere, & Cererem cognomento Nigram, quam & Erinnyn vocitavere. Nigram vero a pulla veste, quam tum ex ira in Neptunum, tum ex luctu ob amissam Proserpinam induit. Vide Pausaniam loco cit. & pag. 271.

ΘΕΜΙCΩΝΙΩΝ ΔΗΜΟC. *Themisoniorum populus.*

Plinio, lib. v. sect. xxix. *Themisones*. E conventu Phrygiae Cibyratico. Haud procul Laodicea positi a Strabone dicuntur, lib. xii. pag. 576. Stephano, Θεμισώνιοι, χωρίσιοι Φρυγίας..... τὸ ἐθνικὸν Θεμισώνιον.

ΘΕΜΙCΩΝ. Tres figuræ nudæ stantes, prima equum, clavam altera, tertia caduceum tenet. Alexandri Severi nummus, apud Occonem, pag. 419.

ΘΕΡΜΙΤΑΝ. Apud Parutam. In hisce nummis quadrigæ sunt, victoriæ in certaminibus ab aliquo Thermitano cive relatæ indices. Urbs fuit in Siciliæ latere Australi, prope oppidum *Sciacca*. Plinio, lib. iii. sect. xiv. *Thermæ colonia*.

ΘΕΡΝΑΙΩΝ. E Cimelio Regio. Stephanus: Θέρνη, πόλις Θράκης· τὸ ἐθνικὸν, Θερναῖον.

ΘΕΣΠΙΕΩΝ. E Cimelio Regio. Plinio, lib. iv. sect. xii. *Thespiae liberum oppidum*, in Boeotia. Stephanus: Θέσπεια, πόλις Βοιωτίας... ὁ πολίτης, Θεσπιαῖς. Θεσπιαὶ Straboni, lib. ix. pag. 409. sub Helicone monte: ubi rudera oppidi superesse modo jam tum ævo suo ipse prodidit: testantur etiam inscriptiones ibi repertæ nuper, a vico *Neochori* pass. mille. Præcipuum his fuit olim numen Cupido, teste Pausania, lib. ix. sive in Boeoticis, pag. 302. & Tullio, Verrina 1111. *Quid Thespientes arbitramini merere velle, ut ne Cupidinis signum amittant, propter quod unum visuntur Thespiae?*

ΘΕΣΠΡΩΤΩΝ.

ΠΥΡΡΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Ex aversa parte, ΘΕΣΠΡΩΤΙΩΝ. Plinio, lib. iv. sect. i. in Epiro, *Thesproti*. Stephanus: Θεσπρωτοί.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΗ. *Augusta*. Liviæ nummus, apud Patin. pag. 59.

ΘΕΣ. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ, & ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ, in vetere Græcia Goltzii, Tab. xxiii. aliisque M. Aurelii, Severi, Caracallæ, & Cornelias Saloniæ nummis. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Thessalonica*. Stephanus: Θεσσαλονίκη... τὸ ἐθνικὸν, Θεσσαλονικεύς. Hodieque *Saloniki*.

ΘΕΚΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. Juliæ Domnæ nummus , apud Platinum , pag. 290. templum exhibit , in qua Cabirus cum malleo ac ferro.

ΑΥΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. CEB. Αὐτοκράτωρ Γορδιανὸς Σε-
λαῖς. Ex parte aversa : ΘΕΚΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. ΚΑ-
ΒΕΙΠΙΑ. In Museo nostro. Καβείρα certamina sunt
in honorem Cabirorum edita , quos δαίμονας Suidas vo-
cat , alii Deos : Vulcano & Cabera Protei filia genitos:
qui æris ferrique fabricam docuere mortales. De his
multa Herodotus , Diodorus , & Pausanias , lib. ix.
sive in Boeoticis , pag. 300. & 301.

ΘΕΚΑΛΩΝΙΚΕΩΝ. B. ΠΥΘΙΑ. *Thessalonicensium Pythia secundo* edita. Philippi Patris nummus , in quo Apollo Pythius , a quo Pythii ludi appellati , læva lauri ramum gerit : dextra , non orbem Philippo Imp. de fert , ut Tristanus existimavit , tom. ii. pag. 561. sed pomum Cabiro , Thessalonicensium Præsidi Deo , cu jus insigne malleus est , quem gestat humero lævo. Fuit enim pomum Pythii ludi præmium , (qualis nunc edi nummo isto Thessalonicæ dicitur , in honorem scilicet Apollinis & Cabirorum :) uti ex Agathia in Antholo gia , lib. i. Epigr. i. & Luciano in Anacharsi , discimus. Archiæ epigramma ejusmodi est :

Τέαραπες εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Εὐλάδα· τέαραπες ἱεροί,
Ἄθλα δὲ τὰς κόπινθας, μῆλα, σέλινα, πίτους.
Bis duo Grajugene certamina sacra celebrant :

Dona : apium , pinus , mala , feræque olea.

Quatuor nempe in Græcia fuere sacra certamina , Olympia , Pythia , Isthmia , Nemea. Olympici itaque certaminis victores donabantur oleastro : Pythii pomo : apio Isthmii , Nemei pinu. De oleastro Plinius lib. xv. sect. v. Athenæ quoque victores olea coronant , Græci vero oleastro Olympiæ. De pinu , idem sect. ix. *Pinea corona* vi etores apud Isthmum coronantur. De apio , lib. xix. sect. xlvi. *Honos ipsi in Achaia , coronare victores sacri certaminis Nemeæ*. Omnia complexus ex æquo Lucianus in Anacharsi , sive de Gymnasiis , pag. 787. laudatus a nobis in Notis ad Plinium , lib. xv. sect. v.

Τα ἔ άθλα πίνα υμῖν παδέει θέτιν; Ολυμπιάσι μέν, σέρφας Θ.
σκη κοπίνου, Ισθμοῖς ἔ σκη πίνυθ, εν Νεμέᾳ ἔ σελίνων πε-
πλεγμάθ. Πυθοῖς ἔ μιλα θύμιοις τοῦ θεοῦ παρ' ήμῖν ἔ
τοῖς Παραθίωνοις τόξευον τὸ σκῆνος μοεῖσα. Cuiusmodi vero
sunt ista præmia? In Olympiis corona oleaginea, in Isth-
mīis pinea, in Nemeis ex apio concinnata: in Pythiis po-
ma certaminum Deo sacrorum: apud Athenienses oleum
ex oliva.

ΘΕΚΑΛΟΝΙΚΗ. ΜΗΤΡ. ΚΟ. Β. ΝΕ. Θεωταλονίκη
Μητρόπολις κολωνία, δις Νεωκόρεος. Vas e quo palma ex-
stat, cum epigraphe ΑΚΤΙΑ, subintellige certamina,
sive ἄθλα, quæ certaminum præmia. Saloninæ nummus
apud Tristatum, tom. 111. pag. cxi. Fuit Thessalo-
nica Metropolis Provinciae Macedoniæ primæ, sub
Consulari. Notitia Eccles. antiqua, pag. 21. Ἐπαρχία
Ἰλλυρίας ἀ Μακεδονίας, ὡς κονσιλάτειον, Θεωταλονίκη.

ΘΕΣ. & ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Cum equi effigie,
apud Goltzium in Græcia, Tab. xxiiii. De Thessalis
equis dicemus in nummis ΛΑΡΙΣΣΑΙΩΝ.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Ex aversa parte, ΚΑΒΕΙΡΟΣ. In Museo nostro. Malleum humero lævo Ca-
birus gerit, ut apud Seguinum, pag. 15.

ΘΕΣΣΑΛΩΝ. Apud Goltzium in Græcia, Tab. xix. in
quibus Jovis fere insculpta effigies, Palladisque Itoniæ,
quæ in Thessalia colebatur. Strabo, lib. ix. pag. 435.
in Thessaliæ oppidis Itonem censet: "Ιτων, inquit, ὁ ποτε
τὸς Ἰτωνίας ιερόν. Et Stephanus: "Ιτων, πόλις Θεωταλίας....
Στότος Ἰτωνοῦ ἥρωθ, αφ' οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, οἵτις καὶ
Ἰτών, Ἰτωνάθ, καὶ Ἰτωνάδη ἡ Ἀθηνᾶ.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ. ΚΑΙ ΚΑΡΑ. ΘΕΚΑΛΟΙ. Subin-
tellige, ἐλικτον, ut in Μυτιληνίῳ nummis dicemus.
Hadrianum Cæsarem Thessali coluere. E Museo nostro.
In parte aversa Pallas armata, cum jaculo clypeoque.
In nummi ambitu, quantum videre oculorum acie po-
tuimus, ΠΑΡΟΧ. ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ. Quod sic interpre-
tamur: Παρόχου Νικομάχου. Is autem Parochus voca-
batur, qui Legatis a Populo Rom. ceterisque qui Reip.
causa peregre ibant, hospitia aliaque necessaria sup-

peditabant. Usus ea voce Tullius, lib. xiiii. ad Attic. epist. ii. Sunt eae certe litteræ in eo nummo conspicuae: nec quæ alia possit ex iis elici sententia, liquet. Patinus, pag. 202. OX NIКОМАХΟΥ tantum exhibet.

ΘΕΚΑΛΩΝ KOINON. Commune Thessalorum. Faustinæ junioris, Severi, & Caracallæ apud Patinum, pag. 306. Vide ΒΙΘΥΝΙΩΝ KOINON, ΓΑΛΑΤΩΝ KOINON, ΚΡΗΤΩΝ KOINON, &c.

ΘΕΣΤΙΔΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Caii Cæsar, e Thesauro Goltzii, pag. 234. Stephanus: Θεσιδεῖον, πόλις Θεσαλονίκης. Τὸ ἔθνος, Θεσιδεῖος.

ΘΗΒΑΙΩΝ.

ΘΕΒΗ. In vetere Græcia Goltzii. Cyathum hi nummi insculptum habent, impositamque uvam: alii pro uva, clavam: istud Herculis, Liberi Patris illud insigne. Plinio, lib. iv. sect. xii. Βœotiac Thebœ, duorum numinum, Liberi atque Herculis, ut volunt, patria. Vel forsan scyphus ipse Herculeus est, quo de vasorum genere Athenæus, lib. xi. pag. 500. Τῷ τεχνῇ ἡ τέλευτὴ μίμησιν εἰργάσαντο περιφέρειοι τε καὶ δέγνυεσθαι σύφοις. Ὡν τριῶν μὲν ἐγένετο καὶ πλέον ἔλασσον οἱ Βοιωτοὶ οἱ λεγόμενοι Ήρεκλεωποι, χρησταμένους Δῆμον τὰς τραπέας τριῶν Ηρεκλέων τῷ γένει διό τοι Ηρεκλεωποι τεχνές πνων καλοῦσθαι. Princípio quidem fictiles fuerunt scyphi, ad quorum imitationem argenteos postea sunt fabricati, Βœotii primum, magna claritatis & dignitatis, præsertim eos quos Herculeos ideo vocarunt, quia primus genere Βœotius in expeditionibus Hercules illis usus sit, quæ appellationis causa est. Discriben deinde notamque scyphorum ejusmodi propriam adjicit, qualis in nummis Goltzianis cernitur: Eχυσι μέρι τοι τεχνές τοῦ ἀλλοις Δῆμοφορεῖται πετεῖ δὲ ἐπὶ τοῦ ὕπων αὐτοῖς δὲ λεγόμενοι Ηρεκλεωποι δευτεροί. Differunt hi nonnihil ab aliis, quod auribus nodus ineft, quem Herculeum vocant. Stephanus: Θήβη.... πόλιτης, Θηβᾶς, & Θηβαῖος, &c. Incolis Τίνα: non, ut vulgo efferunt, Στίνα, vel Stives, voce e duabus ipsis conflata, εἰς Θηβαῖς.

- ΘΕ. Hercules puer, angues duos ambabus manibus elidens. Hyginus, fab. xxx. *Hercules infans cum esset, dracones duos duabus manibus necavit, quos Iuno miserat: unde primigenius est dictus.* In parte aversa clypeus, Thebanæ fortitudinis insigne, & in nummis oppidorum Bœotiae frequens. Cui enimvero non notus Thebanus Ἐπαμεινώδης, aliquie?
- ΘΕΒΗ. Cum Bacchi barbati effigie, vel Herculis ebrii, cui caput cinctum corona ederacea. In parte altera, clypeus, cui clava transversim apposita, Herculis nempe insigne.
- ΘΗΡΕΩΝ. M. Aurelii nummus e Gaza Regia. Et alter quem vidimus, ejusdem Aurelii, ΘΗΡΑΙΩΝ. Plinio, lib. iv. sect. xxiiii. *Thera &c. in Sporadibus insulis.* Stephano: Θήρα, νῆσος τῆς Σποραίδων..... ὁ εἰκόταρ Θηρεῖθρος. Addere debuit & Θηρεύς. Hodie Santerini.
- ΘΗΡΕΩΝ. L. Veri, apud Tristananum, tom. i. pag. 695. in quo Termini Dei insculpta effigies.
- ΘΗΡΑ. Nummus antiquus, e Cimelio Regio.
- ΘΟΥΡΙΩΝ. E Cimelio nostro & apud Goltzium in Magna Græcia, Tab. xxix, cum bovis cornupetæ effigie, ubertatis agri: pisce, oræ maritimæ symbolo. Ex parte aversa Pallas galeata, Thuriorum Dea. Plinio, lib. iii. sect. xv. *Oppidum Thuriæ, &c.* Fuit illud in Magna Græcia: nunc jacent ruinæ. Stephano: Θουριοι, πόλις Ἰταλίας.... τὸ έθνικὸν, ὀμωνύμως Θουριοι.
- ΘΡΑΚΩΝ KOINON. *Commune Thraciae.* Vide ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ in *Thracia.* In hac regione Cotys imperitavit, diviso cum Rhescuporide imperio, qui Rhœmetalcis frater, idemque Cotyos patruus fuit: factumque id Augusti jussu ac permisso. Nummum utriusque nomine ac vultu signatum Seguinus affert, pag. 35.
- ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΟΤΥΟΣ. Ex parte aversa, ΘΚΦ. quas ille notas, numeralesne censeri oporteat, an explicari possint, ΘΕΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡΦΙΛΟΣ, legendum permittit arbitrio. Nos vel eo nomine numerales esse censemus, quod in Rhescuporidis, qui Cotyos patruus, ut dixi, fuit, ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΡΗΣΚΟΥΠ.

perinde istæ adnotentur, BMF. Itaque priore numero signatur DXXIX. posteriore annus D XLII. Tertio, quem idem Seguinus repræsentat pag. 39. Initimevi Thracum pariter tyranni, ut appareat, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΝΙΘΙΜΗΤΟΥ ΑΛΦ, annus DXXXI. ut is Cotyos filius fuisse, ac post excessum patris cum matre Sapæis imperitasse videatur: dum alteri Thraciæ parti Rhescuporis jura daret. Vide Strabonem, lib. xii. pag. 556. Cœpisse itaque hanc æram putarim Olympiade L X V I. circiter annum Urbis c c x x x v i i. quo fere Thraeiam & Macedoniam, teste Herodoto libro v. Megabazus Darii subjecit imperio: moxque Alexander Amyntæ Macedonum regis filius Persarum principes in convivio domi suæ occidit, & a tyrannide Persica ditinæm sibi subjectam exemit. Ab eo si numerentur anni D X X I X. occurret annus Urbis D C C L X V I. Augusti supremus. De Cotye, Rhœmetalce, & Rhescuporide, Tacitum vide, lib. ii. Annal.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Juliæ Titi nummus, apud Patinum, pag. 155. cum tripode, Apollinis symbolo. Plinio, lib. v. seet. xxxi. in Ionia, Thyatira alluitur Lyco. Stephano: Θυατείρη, πόλις Λυδίας.... τὸ ἔθνος, Θυατείρων. Turcis hodie Akhissar, hoc est, Castellum novum. Plura in Notis ad Plinium vide. Vias circa Thyatira reficiendas Vespasianus Juliæ avus curaverat: quare hoc generi ejus grati animi monumentum referre Thyatireni possunt videri. Vetus inscriptio apud Sponium in Itin. Athen. ibi reperta:

I M P . C A E S A R . V E S P A S I A N V S . A V G . P O N T I F . M A X .

T R I B . P O T . VI . I M P . X I I I . C O S . VI . D E S I G . VII .

C E N S O R V I A S F A C I E N D A S C V R A V I T .

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΙΣΤΟΣ

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΟΥ ΙΓ. ΠΑΤΗΡ. ΠΑΤΡΙΔΟΣ.

ΥΠΑΤΟΣ ΤΟΥ ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣ ΤΟΥ Ζ.

ΤΕΙΜΗΤΗΣ. ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. ΚΑΙ. ΣΜΥΡΝ. Ομόροια scilicet,

Θυαπειρίων γ. Σωματούσων. Nummus Antinoi apud Occonem, pag. 245. in quo figuræ turritæ duæ: altera dextra victoriolam cum laurea & palma, altera Palladem armatam tenet. Ex antica parte, non Antinoum, ut Occo sensit, sed Senatus Genium adumbrari credimus, ex ea epigraphe, IEPA CΥΝΚΑΗΤΟC, Sacer Scnatus. Additur & Prætoris nomen, sed vitiatum. Occo enim sic exhibet, СТР ТФ. АВАΛФН. А ПОЛINAPIO. Patinus in Thesauro, pag. 97. СТР. Т. ФАВ. А. АФН. АПОЛINAII. scribe, СТР. Т. ФАВ. А ЛФН. АПОЛINAPIOУ. Σπεστηρ̄ Τίτου φαβίου Ἀλφίου Ἀπολιναίου. Prætore Tito Fabio Alpheno Apolinario.

ΕΠ. СЕΠ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Commodi apud Tristanum, pag. 741. E'πὶ Σεπτίμιου, Sub Septimio, urbis ejus Prætore. In ejus nummi posteriore area Vulcanus Thetidi adstanti parat arma. Homerum vide, Iliad. σ'.

ΕΠ. СТР. ТИТОУ. АҮР. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Sub Prætore Tito Aurelio. Commodi, apud Platinum in Thesauro, pag. 114.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Caracallæ, apud Occonem, pag. 382. Quæ causa fuerit hujus cūdendi nummi, docet vetus inscriptio Thyatiris reperta, allataque a Sponio in Itin. Athen.

ΤΟΝ ΓΗΣ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΔΕΣΠΟΤΗΝ
ΑΥΤ. ΚΑΙC. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥΗΡΟΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ.
ΠΑΡΘ. ΜΕ. ΓΕΡΜ. ΜΕ. ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟC.
ΕΑΥΓΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩC ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
Τ. ΑΝΤ. ΑΛΦΗΝΟC ΑΡΙΓΝΩΤΟC &c.

Terræ Marisque Dominum Imp. Cæs. M. Aurelium Severum Antoninum, Parthicum Max. Germ. Max. Partem Patriæ, de se ac de civitate bene meritum, Titus Antoninus Alphenus Arignotus &c.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. ΝΕΩΚ. Getæ, apud Tristanum, tom. 11. pag. 278. Vas ex quo palmæ binæ exstant.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Elagabali, cum Dianæ venatricis effigie, apud Platinum, pag. 334.

ΕΠΙ. С. ОКТ. АРТЕМΙΔΩΡΟΥ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Saloninæ, apud Occonem, pag. 474. θηρ̄ Σπεστηρ̄

Σπειρηγός Οντασίου &c. Sub Praetore Octavio &c. Est & in Cimelio Regio, ubi legi videtur, EPII. I. OCT. sub Iulio Octavio.

EΠ. ΑΠΟΛΙΝΑΡΙ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Caput turritum: ex parte aversa, CM YPNAIΩΝ OMO. hoc est, ὄμονοια. Sub Apolinario, Thyatirenorum Smyrnæorumque concordia. Smyrne Amazon cum bipenni nummi aream obtinet. Apud Sponium, in itiner. Athen.

ΘΥΕΣΣΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Titi nummus e Thesau-ro Goltzii, pag. 234. Stephanus: Θύεως θύλις Πισιδίας, ἡς τὸ ἔθυκόν, Θυεωσθές.

ΘΥΡΙΕΩΝ. E Goltzii Thesauro nummus, pag. 234. Stephanus: Ε'σι ζ' Ακερναίας Θύειον· τὸ ἔθυκόν, Θυεωσθές. In eo nummo sedet Apollo cum arcu: ex parte altera Minotaurus. Ob Actium Apollinem, cuius fanum in proximo fuit, tota Acarnania & Epiro, familiaris ejus Dei cultus, effigiesque in nummis frequens.

I

IADERA.

COL. AVGUSTA. IADERA. Domitiani nummus apud Goltzium. Plinio, lib. 111. sect. xxv. *Colonia Iadera*, in confinio Liburniæ Dalmatiæque. Ptolemæo quoque *Iaderæ καλωνία*. Nunc *Zara vecchia*.

FELIX. IADERA, apud Ligorium, attestante Spanhemio, pag. 727.

IAITINΩΝ. Apud Parutam. Philisto, apud Stephanum: *Ιαιτία, πόλις Σινελίας ... τὸ ἔθυκόν, Ιαιτίνθ.* Nunc *Iato*.

IASĒΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 216. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Oppidum Iasus*, in Caria: nunc *Askem*, & *Askem Kaleſi*, ut narrant ii qui proxime hæc loca lustrarunt. Civis Stephano, *Iασωσθές*. Plinius idem lib. ix. sect. viii. *In urbe Iasso Hegeſidemus scribit & alium puerum, Hermiam nomine, ſimiliter maria per equitantem, cui nempe delphinus præbebatur ascensuro dorsum, cum repentinæ procellæ fluctibus exanimatus eſſet, relatum: delphinumque cauſam leti fatentem, non reverſum in maria, atque in ſiccō expiraffe.* Hoc ipsum

NUMMI ANTIQUI

narrat Plutarchus , lib. de solert. animal. pag. 984.
 Quibus ex locis fortassis sat commode Julii Pollucis
 locum emendabis , e lib. ix. cap. vi . in quo ait , X̄οι
 Ὁμηροῦ τῷ νομίσματι ἀνεχέγγον . "Αοῖς ἡ παιδὰ δελφῖνη
 ἐποχούμενον . Chii Homerum monetæ suæ insculpsérunt :
 Αἴσις puerum delphino vèctum . An non enim Ἰαστῖς haud
 dubie pro "Αοῖς longe verius legas ?

IACΩ. Anguis emergens e puteo. Qui oppidi nomen ibi
 esse censem , egregie hallucinantur , cum sit id pro-
 prium Aesculapii filiae , cuius Dei Deæque symbolum
 anguis in nummis est. Vide Plinium , lib. xxxv . sect.
 xl . num. xxxi . & quæ a nobis ibi dicuntur.

IDAIΟΥ. ΔΙΟΣ.

AΥΤ. ΚΑΙΣ ΔΟΜΕΤ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Αὐτοκράτωρ
 Κῆσσαρ Δομενιάδης Σεβαστός. ΔΙΟΣ. ΙΔΑΙΟΥ. Iovis
Idæi. In Museo nostro. Aquila alis expansis fulmini
 insistit. *Idæus mons* , in Creta , Plinio , lib. v . sect.
 xx . Ibi genitum Jovem ferunt. Callimachus , hym. in
 Jovem :

Zεδ, σε μὲν Ἰδαῖοῖσιν ἐν οὐρανοῖ φασὶ γένεθλα.

Iuppiter, Idæis aiunt te in montibus ortum.

ΙΔΑΛΕΩΝ Nummi duo e Græcia vetere Goltzii , Tab.
 xxvi i . Plinio , lib. v . sect. xxxv . *Idalium.* Stephan-
 no : 'Ιδάλιον , πόλις Κύθερου . . . τὸ ἔθνος , 'Ιδαλεὺς . In eo
 nummo Veneris Idaliæ caput insculptum. Maro :

*Est Amathūs , est celsa mihi Paphos , atque Cythera ,
 Idaliæque domus.*

Ex parte aversa gryphus Apollini sacer : Quod utrum-
 que numen Præsidis vice & custodis urbs ea agnosce-
 ret. Sunt & in quibus stella Veneris , seu Luciferi , cum
 equo insculpta.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ Phrygiae.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΓΕΡΟΥΣΙΑ. *Senatus Hierapolitanus.* E Museo nostro. Sic in nummis aliis , ΒΟΥΡ-
 ΛΗ ΑΠΑΜΕΩΝ. ΒΟΥΛΗ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. Festus : *Gerufia* , curia ab etatis vocabulo dicta. Hesychius : *Γερυσία* , αρεσκετέσσον , πλῆντες γεργίτων . Varro , lib. iv . de ling. Lat. *Senaculum* vocatum , ubi *Senatus* ,

aut ubi seniores consisterent, dictum ut γενοία apud Graecos. Plinio, lib. v. sect. xxix. Hierapolitæ. Stephano: Ἱερόπολις, μεταξύ Φρυγίας καὶ Λυδίας . . . τὸ ἔθνος, Ἱερόπολίτης.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΧΡΥΣΟΡΟΑΣ. Chrysorrhoas amnis idem, qui Pactolus, teste Plinio, lib. v. sect. x x x. Hunc ab Hieropolitis Numinis vice habitum cultumque docet hic nummus, in quo cum ea epigraphe fluvii depicta effigies. Sic accipiendos esse nummos quoque istos, ΚΥΜΑΙΩΝ ΞΑΝΘΟΣ, ΤΗΜ-ΝΕΙΤΩΝ ΕΡΜΟΣ, ΣΑΙΤΤΗΝΩΝ ΕΡΜΟΣ, ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΣΑΓΑΡΙΣ, aliosque alibi moneamus. Ne Hieropolitis Syriæ, & Chrysorrhoæ amni, qui Damascum rigat, hunc nummum adjudicem, multa deterrent.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Jupiter dextra gestans Aquilam, hastam læva: Ex parte aversa, caput Serapidis.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡ. ΓΕΡ. *Claudius Cæsar Germanicus.* Ex parte aversa: M. ΣΥΙΛΛΙΟΣ. ΙΕΡΑΠΟ.....

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Μ. ΣΥΙΛΛΙΟΣ. *Hierapolitarum, M. Suillius.* In parte aversa, templum, cum epigraphe, quam Seguinus non vidit, qui numimum affert, pag. 88. ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. Fuit Agrippina Claudi Augusti conjux: Suillus apud Claudium *præpotens, ejusque principis amicitia diu prospere, nunquam bene usus,* ita prodente Tacito, lib. i v. Annal. Provinciam Asiam quoque rexit, eodem Tacito teste, lib. xiiii. Annal. sed Publpii ei prænomen affigit, cum Marci fuisse verum nummus unus & alter asseveret.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, cum effigie Diana Ephesiaæ, in nummo Trajani, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 186. Sed & Tiberii nummos, & M. Aurelii, e Cimelio Regio, qui ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ inscribuntur, referri luc remur oportere.

ΕΦΕΣΙΩΝ. ΚΑΙ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus. Vide ΕΦΕΣΙΩΝ.

ΦΟΥΛΑ. ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ. ΣΕΒ. *Fulvia Plautilla An-*
D d ij

NUMMI ANTIQUI

gusta, uxor Caracallæ. Ex parte altera, ΕΠ. СТР....
 ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Urbis
 Genius, & Imperator dextras jungunt, et si aliter Tri-
 stanus sentit, tom. 11. pag. 255. Fuit autem is Praetor
 Antipater, Caracallæ præceptor ac Getæ, Severo a
 secretis, idemque Bithynie Præses, ortu quoque Hier-
 apolitanus. Testis Philostratus, lib. 11. de vitis So-
 phist. pag. 603. Ἀντιπάτεω ἐπὶ τῷ Σοφιστῇ πατέρι μὲν ἦ
 Ἱερεύπολις, καπαλεκτέα δ' αὐτὴν τὸν κατὰ τὸν Αἰολαῖς εὖ περι-
 ποτεσι.... Ταῦταις ἐγχειρίαις πρέξει μὲν τοὺς τόμους Βιθυνῶν
 ἔθνοις. Δόξας ἐποιμόπερν γένηθαν τῷ ξίφει, οὐδὲ χλωρία παρε-
 λύθη. Βίου μὲν διὰ ὀκτὼ καὶ ἑπτηκοντα ἐπὶ τῷ Αντιπάτεῳ ἐώθετο,
 οὐδὲ ἐπάφῃ οὔκοι.... Διδάσκαλός τε τόμου Σεβήνερου παίδων ἀνο-
 μιαθητής καὶ θεῶν διδάσκαλον σπαλοδύμην αὐτὸν εἰς ἐπαίνοις
 τὸν ἀκροδότεως, &c. Antipatro Sophistæ Hierapolis patria
 fuit: ea vero urbs in iis censenda quæ florebat in Asia....
 Inter principes viros Bithynorum nationi præfuit. Sed cum
 promptius uti gladio visus esset, magistratu abdicatus est.
 Annos octo & sexaginta vixit Antipater, ac domi sepul-
 tus est.... Severi filiorum præceptor est existimatus: unde
 in auditorii laudibus eum Deorum doctorem appellabam-
 us, &c. Ita interpretes Bonfinius & Morellus: quo-
 rum fides in his certe verbis reddendis, Ταῦταις ἐγ-
 χειρίαις, ut omittam cetera, desiderari mihi sane vide-
 tur. Neque enim inter principes viros reddi oportuit,
 quod hic frigidum est, sed Consularibus viris adscriptus:
 quod Bithynia, cui præfuisse dicitur, provincia Con-
 sularis fuerit, ut ex Notitia discimus, pag. 33. Ἐπαρχία
 Ποντικῆς, Κονσιλιάριον, & ex aliis monumentis. In
 hac provincia Hierapolis fuit.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΚΑΙ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΝΕΩ-
 ΚΟΡΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Philippi F. & Otacilia Se-
 veræ apud Occonem, pag. 446. & in Cimelio Regio.
 M. ΩΤ. ΣΕΥΗΡΑ. Marcia Otacilia Severa, Philippi
 Imp. conjux. Ex parte aversa, ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ.
 Stat Apollo citharœdus, ante laurum arborem. Da-
 mascius, apud Photium in Bibl. cod. CCXLII. pag.
 1054. Οὐ πέρ τον Ἱερεύπολει τὸν Φευγίας ἱερὸν ὡς Ἀπόλλωνθ,

Ἐποιήσει τὸν ναὸν καταβάσιον ἐπέκειτο Ἰεραπόλιος ἀραιποὺς παρεχόμενος. Hierapoli in Phrygia templum erat Apollinis : subitus spiraculum erat letiferi spiritus. Vetus inscriptio reperta Hierapoli, allata a Sponio, in Itin. Athen. pag. 150.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΑΡΧΗΓΗΤΗΣ.

Nec Apollinis tamen modo, sed & Matris Deum numen olim ab Hierapolitis in honore habitum. Testis Plinius, lib. 11. sect. xc v. Simili modo Hierapoli in Asia spiraculum, Matris tantum Magnæ sacerdoti innoxium. Vide & Strabonem, aliosque, quos ibi appellavimus.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Vide ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Isidis typus. Ex parte altera, Serapis. Apud Tristanum, tom. 11. pag. 338.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hygia, cum angue & Telesphoro, ut supra. Ex parte altera, caput radiatum, ceu Solis: epigraphe, ΑΔΙΠΒΗΝΟC: quæ vox vernacula Hierapolitarum Phrygiæ lingua Solem significat. Id enim veri multo similius est, quam quod Tristanus affert, in Elagabalo: *Adir* idem esse atque *Adad*, quæ vox Syris Solem sonat: & *Bwos* pro *Bηλος* dici: Adiabeneni item, quæ Assyria est, quasi Adirbeneni esse appellatam: quæ somnia sunt otio abuentium. At peculiarem atque vernaculum Hierapolitarum sermonem fuisse aliquem, præter Græcum, tam certum est, quam quod certissimum: nec Hierapolitarum modo, sed & plurimarum in minore Asia gentium. Auctor est Hieronymus, in procœmio lib. 2. Comm. in Epist. ad Galatas, non lingua tantum Græca, sed & peculiari altera usos, quæ esset Trevirorum æmula. Strabo, lib. xiv. pag. 662. Carum fuisse linguam peculiarem scribit, cui Græca vocabula multa essent admixta. Idem, pag. 678. ex Ephoro docet, e sedecim gentibus quæ tractum eum incoluere, tres Græcanicas, reliquas fuisse barbaras: hoc est, barbaro, suo, ac vernaculo, non Græco sermone usos. Quod & Plinius verbis conceptis

NUMMI ANTIQUI

habet, lib. v. sect. 11. ubi de peninsula Asia: *Quo in omni tractu proditur tres tantum gentes Gracas jure dici: Doricam, Ionicam, Æolicam: ceteras barbarorum esse.* Et animadversum a Plinio est, lib. vii. sect. xxiv. *Mithridaten duarum & viginti gentium regem, totidem linguis iurat dixisse, pro concione singulas sine interprete effatum.* Atqui & subjectæ ei gentes ex fuere, & omnes Asiæ minoris finibus comprehensæ, quam nunc Anatoliam vocant. Denique, id quod rem omnino conficit, in Actis Apostolorum, cap. ii. Sacer scriptor Cappadociam, Pontum, Asiæ, Phrygiam, in qua Hierapolis fuit, Pamphyliamque, tanquam diversarum linguarum regiones inducit.

I E P A P O L E I T Ω N. I E P A C Y N K A H T O C. *Sacer Senatus.* Romanus videlicet, cui Asiæ fere civitates nummo custo cum ea *Senatus* appellatione assentantur. Nummus apud Patinum geminus, pag. 5. Alter Deam exhibit, cum Cornucopiæ duplici, & papaveribus: quæ agri uberis argumenta: in quo *vescum papaver*, & *Cereale papaver*, ut Maro cecinit, seri possit. Alter Hygiam sive Salutem, cum Æsculapii angue & Telesphoro exhibit, additaque in epigraphe **vox ΝΕΩΚΟΡΩΝ**, qua sacra se facere pro salute totius *Senatus Hierapolitæ* testantur.

I E P A P O L E I T Ω N Syriæ.

Θ E A C. C Y P R I A C. I E P A P O L E I T Ω N. Trajani, M. Aurelii, L. Veri, Caracallæ, & Philippi Patris e Museo nostro nummi. Dea Syria vel Cybele, vel Venus Astarte est. Plinio, lib. v. sect. xix. *Bambyce*, quæ alio nomine *Hierapolis* vocatur, &c.

I E P A P O L E I T Ω N. E N. TΩ. Λ I B A N Ω. Antonini Pii, apud Patinum, pag. 228. & in Indice, pag. 13. sed **Η ΛΙ Ο Π Ο Λ E I T Ω N** potius esse suspicamur. Stat in eo nummo Imperator, cum labaro.

Θ E A C. C Y P R I A C. I E P O P. E Museo nostro, nummus Antonini Pii. In nummo Severi Alexandri, e Gaza Regia, **Θ E A C. C Y P R I A C. I E P A P O L E I T Ω N.** Dea Cybele sedet: in altero simili, insidet leoni.

ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Enspinæ Augustæ, Commodi uxoris, apud Ottōnem, pag. 334. Hunc Hierapoli Syriæ nummum eo solum nomine adscribimus, quod per ο μικρὸν scribitur.

**ΑΥΤ. ΚΑΙ. Λ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟΣ. ΠΕΡ. ΣΕ. Αύτο-
κράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπίρος Σινέζης Περπίνιος Σεβα-
στός.** Ex parte altera, ΙΟΥΛ. ΔΟΜΝΑ. ΣΕΒ. ΙΕ-
ΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Iulia Domna Augusta.* E Cimelio
Regio.

ΘΕΑC. ΣΥΡΙΑC. ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in Coro-
na. Caracallæ apud eundem, pag. 302. nam & per
ο μικρὸν hoc Syriæ oppidum scribi Stephanus admone-
net.

ΙΕΡΟΠΟ. ΚΑΣΤΑΒΑ. Vide ΚΑΣΤΑΒΑΛΕΩΝ.

ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ. ΕΠΙ. ΦΛΑΟΥΤΙΟΥ. *Hierapytnio-
rum, sub Flavio.* Est hujus Flavii mentio in vetusta in-
scriptione apud Gruterum, pag. MHC IIII. 7. in ipsis
Hierapýtnæ civitatis ruderibus reperta.

Λ. ΦΛΑΟΥΤΙΟΝ

ΣΟΛΠΙΚΙΑΝΟΝ

ΤΙΟΝ. ΦΛΑΥΤΙΟΥ

ΔΩΡΙΩΝΟC....

L. Flavium Sulpicianum, Flavii Dorionis Filium. Est
hic Caii Caligulæ nummus.

ΙΕΡΑΠΥΔΝΙΩΝ. ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Ejusdem Cali-
gulæ nummus, quo duarum Cretæ insulæ civitatum
σμόνια, hoc est, concordia designatur. Plinio, lib. iv.
sest. xx. *Hierapytna, Gortyna.* Stephano Ιεράπυτνα,
πόλις Κρήτης τὸ ἔθνος, Ιεράπυτνος. Hodie *Giera
Petrica.* Fuisse in ea civitate Palladis & Æsculapii fana,
vetus inscriptio docet, apud Gruterum, pag. IV.

ΙΕΡΑΠΥΤ. in aliis quos vidimus. Et apud Patinum in
Thesauro numismatum, pag. 22. **ΙΕΡΑΠΥΤΝΙ** cum
Aquila Jovis armigera, quem natum in ea insula fabu-
læ ferunt: & palma, cuius Creta ferax, teste Plinio,
lib. xxi. sest. ix. ubi de palmis: *Copiosæ in Creta*,
&c. Caput deinde turritum vareamini nummisi anticam ob-
tinet, qui Urbis Genius est. Adjecta in aliis Prætorum

NUMMI ANTIQUI

nomina, ut ΔΑΜΑΓΟΡΑΣ, ΜΝΕΣΘΕΥΣ, ΙΜΕΠΑΙΟΣ, quod postremum urbis Siculæ nomen esse Paruta falso credit, ac pro ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ, errore altero legit ΙΕΡΑΠΙΤΥΣ, sacramque pinum interpretatus est: quam ejus viri hallucinationem vedit ante nos Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 307.

ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΠΕΡΣΙΚΗ. *Hierocæsariensium Persica*, Diana scilicet, de qua Tacitus, lib. 111. Annal. cuius locum attulimus in nummis ΕΦΕCΙΩΝ. Persica vero vocatur, non quod a Persis agnita, vel allata: sed quod in ea Lydiæ parte colebatur, cuius incolæ Persici cognominaabantur. Auctor Pausanias, lib. v. sive Eliac. prior. pag. 176. sub finem: "Ἐπὶ δὲ Λυδίοις ἐπίκληντοι Περσικοῖς ἱερά, ἔντε Ιεροχαστρεῖα καλουμένη πόλει, όπου Υπάποις. Nummus hic est Cimelii Regii. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Cæsarienses*, ut ibi diximus in Notis. Ptolemaeo, lib. v. cap. 11. Ιεροχαστρεῖα in Lydia, juxta Thyatiram, hoc est, in Lydiæ Ioniæque confinio. In Notitia Eccles. pag. 45. inter Antistites Provinciae Lydiæ, ὁ Ιεροχαστρεῖας.

ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟC. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΥΤ.. ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΟΥ. Ἐπὶ φρατηρὸς Αύρηλιου Σπατονίου. *Hierocæsariensium. Sacer Romano-rum Senatus. Sub Prætore Aurelio Stratonicō.*

ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡ. ΚΟΜΑΝΩΝ. Severi nummus e Cimelio Regio, quo Hierocæsariensium æra, & eorumdem cum Comanis consensio declaratur. Vide **ΚΟΜΑΝΩΝ.**

ΙΕΡΒΑΛΕΜ. Vide **ÆLIA CAP.**

ΙΗΤΩΝ. Lucillæ nummus, quem vidimus. Stephani forte Ηται, Φεργύειον Σιμελίας, huc spectat: et si τὸ Ἀθυκόν, Ηταῖον eidem sit. Aut Ητῶν Ionice dictum videri fortean queat, pro Ιατῶν, ab Ιᾶς, quæ pars Illyriæ Stephano ipsi est. Ιᾶς, inquit, Ιλλυρία μέρος. οἱ οἰκουμενεῖς, Ηται.

ΙΚΑΡΙΩΝ. In Goltzianis veteris Græciæ nummis, Tab. xvii. Plinio, lib. iv. sect. xxiiii. *Icaros*, ...? ante vocata Dolichel, nempe a longitudine. In Sporadicibus insulis.

insulis. Straboni & Ptolemæo, *Ixæla*: unde nunc *Nicaria* dicitur, factitia voce unica e duabus, & *Ixæla*. Exhibit hic nummus Diana cum velo, tauro vectam, eandemque *Tauropoliam* appellatam. Strabo, lib. x i v. pag. 639. ubi de *Icaria* insula: "Ἐπὶ δὲ ἡ Ἀρτεμίδος ἱερὸν ραλούμηνος Ταυεσπόλιον εἰ τὴ νῆσω. Εἴη δὲ Διανæ fanum in insula, *Tauropolium* dictum. Causa appellationis, quod Iphigenia Diana commiseratione, in taurum conversa est, ut Nicander scribit: nam alii in cervam, vel ursam, malunt. Sive quod ea regio taurorum armentis abundat, quibus Dea præsit. Nam & in Deliorum nummis Diana curru tauris juncto vehitur. Et Luna quidem, quæ ipsa omnino Diana est, a Prudentio dicitur, contra Symmachum,

Nunc bijugas frenare boves, &c.

Ab Ausonio, ad Paulinum:

Iam succedentes quatiebat Luna juvencas.

Ex alia ejus nummi parte Diana rursum insculpta, venatrixis habitu, cum arcu & cane. Fuit ei insulæ nomen olim alterum Doliche, uti ex Plinio vidimus: ex quo Callimachi versum intelliges, ab interprete novissime prætermissum: quo Diana caram esse ex insulis Dolichen, ex urbibus Pergam fuisse, vates ait, vers. 187.

Νήσων μὲν Δολίχη, πολιών δὲ τοις Δαδεὶ Πέργη.

I L E R C A V O N. Augusti ac Tiberii nummi. Plinio, lib. 111. sect. iv. *Regio Ilergaonum.* Vide D E R T O S A.

I L E R D A.

MVN. I L E R D A. Augusti nummus apud Patin. pag. 35. nunc *Gazæ Regiæ*. Lupi signatur effigie, quod insigne ejus urbis fuisse videtur Antonio Augustino. Plinio, lib. 111. sect. iv. *Ilerdenses*, Cæsaraugustani conventus, in Hispania. Hodie *Lerida*.

I L I P A.

I L I P E N S E. Nummus Augusti, apud Occonem, pag. 42. qui legi *ΦΙΛΙΠΕΝΣΕ* censuit oportere: quare Antiquarii nummum eum ad Philippos Macedoniæ oppidum conspirante consensu retulerunt: falso errore. Ilipam enim Bæticæ civitatem hic nummus indicat,

NUMMI ANTIQUI

de qua Plinius, lib. IIII. sect. IIII. *Oppida Hispanensis conventus . . . Ilipa cognomine Ilia: Italica, &c.* quem locum nos primi sanavimus, cum prius perpetram legeretur, *Ilipa cognomine Italica*, interpolatore Frobenio, qui ita scribendi ceteris deinde auctor fuit. Atqui in MSS Regiis, Colbertinis, Parisiensi nostro, aliisque, *Ilipa cognomine Illa Italica*, conspicue vidi mus: In editione Parmensi, anni MCCCCCLXXVI. *Ilipa cognomine Ila Italica*: quæ haud obscura præferunt vestigia genuinæ lectionis. Et Straboni certe, lib. III. pag. 141. *Iταλιης καὶ Ιλιπα*, Ptolemæo quoque, Αἰλιπα μεγάλη, quæ Ilipa, & Ιταλιης, civitates sunt duas dis pares. Quodque majoris momenti est, fuit *Ila*, sive *Ilia*, genuinum Ilipæ cognomen. Nam apud Gruterum, pag. CCCLI. IMM VNES ILIENSES ILIPONENSES legimus: Et Coloniam Hispaniæ Iliam in nummis exstare, ex Ligorii Collectaneis Spanhemius asseverat, lib. de usu numism. pag. 766. unde nosse Reinesius potuit, qui Ilienses Iliponenses forent, quod scire se negat, epist. XXIIII. Alias idem oppidum apud eundem Gruterum occurrit, pag. CCXLVI. 7. MVNICIPIVM IN LIPIENSE. Rursumque pag. MCXXVI. 3. VALERIA. DOMITIA. CLODIANA. ILIPENSIS. EX. PROVINCIA. BAETICA. Nunc est *Penaflor*, ad Bætim, Cordubam inter Hispalimque.

ILIVM.

ΙΑΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Apud Tristianum, tom. I. pag. 38. Lege, ΙΛΙΕΩΝ. ΔΙΣ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In superficie altera, Γ. ΙΟΥΛΙΟΥ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. L. G. C. Iulii Imp. Dictatoris, anno tertio. Æneas Anchisen gestat, & Palladium.

ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. ΙΕΠΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. ΙΑΙ. *Iliæw.* Dea Roma, sacer Senatus. Iliensem Caligulæ nummus e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 95. Tacitus, lib. IV. Annal. Ilienses cum parentem urbis Romæ Trojam referrent, antiquitatis gloria pollebant.

ΙΑΙΕΩΝ. EKTΩP. Hector in bigis. Nummus M. Au-

relii, e Cimelio Regio. In quadrigis exhibent alii Commodi, Severi, Caracallæ, & Valeriani nummi.

I A I E Ω N. Pallas armata, dextra hastam, lœva victoriolam gerit. Juliæ Domnæ nummus, apud Patinum, pag. 290.

I A I E Ω N. CKAMANΔPOC. Getæ nummus quem vidimus. Plinius, lib. v. se&t. xxxiii. *Scamander amnis navigabilis . . . Ilium immune. Mela eleganter, lib. i. cap. xviii. Huc ab Ideo monte demissus Scamander exit, & Simoës: fama, quam natura, majora flumina. Stephano: Π'λιον . . . τὸ ἐθνῶν, Ιλισσ.*

I A. *Iliéaw.* Ex parte aversa, E K. E'xtwɔf, cum ejusdem effigie. E Museo nostro.

ILLICI.

C. I. I. A. *Colonia Immunis Illice Augusta.* Tiberii nummus apud Patinum, pag. 72. & apud Occonem, pag. 87. Plinius, lib. iii. se&t. iv. *Colonia immunis Illici, unde Illicitanus sinus. Nunc Elche, in Valentino Hispanæ regno: non Alicante, ut fusius in Notis ad Pliniūnum diximus.*

C. V. I L. *Colonia Victrix Illice*, apud Anton. August. Dialogo 7. pag. 115. Meminit hujus coloniæ Paulus IC. Dig. de Censibus.

ILLYRICVM.

RESTITUTORI ILLYRICI. Trajani Decii, apud Occonem, pag. 450. Fuit Illyricum, e provinciis Augustalibus, quibus qui vice Cæsaris præcesset, Legatus Pro-prætore diceretur. Vetus inscriptio testis, apud Gruterum, pag. cccxcvi. i.

P. CORN. DOLABELLAE.

LEG. PROPR. DIVI. AVGUSTI.

PROVINCIAE. HILLYRICI.

Vide quæ diximus verbo **DACIA**.

GENIVS. EXERC. ILLYRICIANI. &
GEN. ILLYRICI. Ejusdem Decii. Prior a Tristano delineatur, tom. ii. pag. 587. & est in Museo nostro. Posterior affertur ab Occone, pag. 450.

EXERCITVS IN LIRICVS. IMP. CAES. C.

MESS. Q. DECIO TRAI. AVG. E Museo
nostro.

VIRTVS ILLVRICI. TR. Hoc est, *Treviris* cusa
Moneta. Maximiani nummus.

ΙΟΠΗΤΩΝ. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 217.
Plinio, lib. v. sect. xi v. *Ioppe Phœnicum*, &c. hoc
est, a Phœnicibus condita. Stephano, Ιόπη, πόλις Φοι-
νίκης. τὸ ἔθνος, Ιοπήτης. Nunc *Jaffa*, in Palæstina.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. M. Aurelii, & Valeriani numismata, quæ
Tristanus tom. i i i. pag. 13. ad Iulida Ceæ insulæ
oppidum refert, de quo actum a nobis est, lib. i v.
sect. xx. Nos ad *Iulienses Phrygiæ*, de quibus Plinius,
lib. v. sect. xxix.

ΟΥΟΛΟCENNA. ΑΝΘΥΠΑΤΩ. ΙΟΥΛΙΕΩΝ.

ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. *Volosennæ Proconsuli*; *Iuliensem*,
Ancyranorumque cives, communi scilicet utriusque ci-
vitatis seu regionis Præsidi, Proconsulive Phrygiæ: sub-
intellige ἀρέθηγα, posuere. Neronis nummus hic est e
Cimelio Regio. Cave reddas, cum viro alias eruditio,
Volosenna Proconsule.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΙΟΥΛΙΕΩΝ. Nummus Antinoi, Co-
gnomen alterum ab Hadriano impositum ei urbi signi-
ficat.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Vide
ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Atque illud interim adnotabis, num-
mum Antonini Pii apud Occonem, pag. 268.ΕΩΝ
ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, ex hoc ipso sic legi
integre oportere, ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΤΩΝ. ΚΑΙ ΛΑΟ-
ΔΙΚΕΩΝ. Sic truncæ sæpius numismata Occo pro-
fert, quæ nec supplere ipse, nec deinde alii potuere.

ΕΠΑΥΡΜΑΞΙΜΟΥ ΙΟΥΛΙΧΑ ΦΑΦΙΛΑΣΑ-
ΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Otaciliæ apud
Occonem, quem sic legimus: ΕΠ. ΑΥΡ. ΜΑΞΙΜΟΥ
ΙΟΥΛΙ. ΚΑΙ. ΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. ΝΕΩ-
ΚΟΡΩΝ, subintellige, ἐμύοια. Sub *Aurelio Maximo*,
Iuliensem & *Flaviensem* *Philadelphenorum* concordia.
Philadelphenos scilicet Lydiæ intelligimus, haud pro-
cul a Juliensibus positos.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caracallæ nummus, apud Tristianum, tom. 11. pag. 232. nunc Cimelii Regii: in quo Dei Luni effigies. Sunt & Juliæ Domnæ, cum Hygiæ iconæ: Getæ, & Alexandri Severi in Cimelio Regio, cum Dei Luni, ut dictum est, iconæ. Plinio, lib. v. sect. x l. *Iuliopolis.* Et sect. x l i i i. *Iuliopolita,* in Bithynia. Ptolemaeo, lib. v. cap. 1. Ιουλιόπολις. Allui muros oppidi illius amne, scribit Procopius lib. v. de ædif. cap. 1 v.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΙΣ. E Gaza Regia. M. A Y. K O. H RAKA.
Μέρχος Αύρηλιθος Κόμοδος Ηρεμαλῆς.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caput Dei Luni. A. K. A. A I. A Y P. K O M. H RAKA. Γ E P M. Αύτοκράτωρ
Καισαρ Λουκίθος Αίλιθος Αύρηλιος Κόμοδος Ηρεμαλῆς, Γερμανίκος. Et in nummis quoque Latinis Commodus Herculis sibi nomen adscivit: HERCVLI ROMANO AVG. Clava in corona. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. F. Commodi caput cum leonina pelle. E Cimelio Regio. Vide R O M A.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Deus Lunus equo insidet.
Ex eadem Gaza, Commodi pariter Principis.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Gordiani junioris nummus,
ex ære minimus, in quo militaria signa insculpta.

ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ. Nummus e Magna Græcia Goltzii, tab. xxv. in quo Proserpina, cum Cornu copiæ & caduceo. Huc nempe venisse ex Sicilia Proserpinam florum legendorum gratia, veteres existimavere, teste Strabone, lib. v i. pag. 256. Plinio, lib. i i i. sect. x. *Hippo*, quod nunc Vibonem Valentiam vocant. Stephano: Ἰωπάνιον πόλις Βρεθία... ἡ μετανομασθεὶς οὐαρά Οὐίσσων καὶ Ουάλετία. Τὸ εἴθικόν, Ιωπανίτης, καὶ Ιωπανίδης. Nunc Bivona in Calabria ulteriore. Vide VALENTIA Calabriæ.

ΙΚΜΕΝΕΙΩΝ. Commodi nummus e Gaza Regia. Bœotia vicus est Stephano Ιούλιον, κάρη Βοιωτίας: ὁ καρίτης Ιούλιος, καὶ Ιούλιων, καὶ Ιούλιος, οἱ Ιούλιοις. Ab Ismeno amne, de quo Plinius, lib. i v. sect. xii. *Amnis Ismenus.* Hinc Απόλλων Ιούλιος apud Pausaniam in Corinth. pag. 33.

HISMEN. Apud Goltzium, in Græcia, tab. xvi. cum clypeo, Bœotiae Thebarumque: & cantharo, Liberi Patris insigni. Est enim cantharus Baccho facer: ut Herculi scyphus. Plinius, lib. xxxii. sect. liii. **C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi Patris exemplo traditur, ille arator Arpinas, & manipularis Imperator.**

IΣΤΙΑΙΕΩΝ. Nummus Græciæ veteris e Museo nostro: in quo mulier navi insidet, expanso velo: a quo nempe ei civitati nomen: ισιον enim Græcis *velum navis* sonat. Plinio, lib. iv. sect. xxii. *Oreos*. Eadem enim Histiaea quondam, quæ subsequentे ævo, Ὡρεὸς dicta est, teste Strabone, lib. x. pag. 445. Stephano: Ισιαῖα, πόλις Εὐβοίας... ὁ πολίτης, Ισιαῖος, & Ισιαῖος. Sunt & similes apud Goltzium nummi, in insulis Græciæ, tab: xii. Sunt & in quibus bos insculptus: quo de symbolo, vide nummos KAPYΣΤΙΩΝ.

IΣΤΡΙΗΩΝ. In nummis Goltzii, Tab. xviii. Plinio, lib. iv. sect. xviii. in Thracia, Isthropolis. Stephano: Ιστριῶν, πόλις εἰπώ Πόντῳ. Τὸ ἐθνικόν, "Ιστριῶν καὶ Ιστριέων. Unde Ιστριῶν Ionice, pro Ιστριέων, ut Βασιλίων pro βασιλίων. Conditum a Milesiis auctor est Strabo, lib. vii. pag. 319. & Plinius, loc. cit.

ITALIA.

VEHICULATIONE ITALIAE REMISSA.

Afini soluti pascentes. Nervæ nummus apud Occonem, pag. 189. & in Museo nostro. Vide quæ de cursu publico relevato scribunt Casaubonus & Salmasius ad Spartianum in Hadriano.

TUTELA ITALIAE. S. C. Nervæ, apud Occonem sæpius: & apud Tristanum, pag. 361.

ALIM. ITAL. *Alimenta Italiae.* Trajani, e Cimelio Regio. Ut & alter, ALIMENTA ITAL. SVB-MIN. *Alimenta Italiae subministrata.* De hac Trajanī liberalitate videndus Dio apud Xiphilinum: & in Gruuteri inscriptionibus, PVERORVM. PVELLA-RVMQVE. VLPIANORVM, pag. 1084. 7. Spartianus in Hadriano, pag. 4. *Pueris ac puellis, qui-*

bus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit. Hanc deinde æmulatus etiam Antoninus Pius, teste Capitolino, pag. 20. cum puellas alimentarias in honorem Faustinæ Faustinianas constituit. Quod & nummus declarat ejus Faustinæ, cum epigraphe, P V E L L A E. F A V S T I N I A N A E, apud Medio-barbum, pag. 209. Et Alexander quoque Severus, qui teste Lampridio, pag. 134. Puellas & pueros, quemadmodum Antoninus Faustinianas instituerat, Mamæanas & Mamæanos instituit.

ITAL. REST. *Italia restituta.* Ejusdem.

REST. ITAL. *Restitutori Italæ.* Ejusdem.

RESTITUTORI. ITALIAE. Hadriani, & M. Aurelii. De posteriore Capitolinum vide, in Marco, pag. 27. *Italicis civitalibus famis tempore frumentum ex Urbe donavit..... Datis juridicis Italæ consuluit, &c.* Exstat hic M. Aurelii nummus apud Occonem, pag. 290. & in Museo nostro. Ad prioris nummi illustrationem, facit illud quod Spartanus de Hadriano narrat, pag. 3. inter initia ejus principatus: *Aurum coronarium Italiae remisit, in provinciis minuit, & quidem difficultatibus ærarii ambitione ac diligenter expositis.* Et pag. 4. *Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam que fisco debebatur, privatis debitoribus in urbe atque Italia, in provinciis vero etiam ex reliquis ingentes summas remisit, syngraphis in foro Divi Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis.* Quo & nummus ille spectat inscriptus, RE-LIQVÆ. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA. Quo in nummo face admota Hadrianus ipse syngraphas eremat. Hæc vero fæstertiūm novies millies Gallicæ monetæ efficiunt omnino libras, ut vocant, 9000000. seu nonaginta milliones. Idcirco & alter eidem Principi nummus adjectus, LOCUS-PLETATORI. ORBIS. TERRARVM. Velutisque inscriptio insignis, apud Gruterum, pag. x. 6. IMP. CAES. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. D. NERVAE. NEP. TRAIANO. HA-

DRIANO. AVG. PONT. MAX. TRIB.
POT. II. COS. II. QVOD. VNVS. OM-
NIVM. PRINCIPVM. ET. SOLVS. RE-
MITTENDO. SESTERTIVM NOVIES.
MILLIES. CENTENA. MILLIA. N.
DEBITVM. FISCI. NON. PRAESENTES.
MODO. SED. ET. POSTEROS. SVOS.
PRAESTITIT. HAC. LIBERALITATE.
SECVROS.

*Imperator Cæsari Divi Trajani Parthici Filio, Divi
Nervæ Nepoti, Trajano Hadriano Augusto, Pontifici
Maximo, Tribunicia Potestatis II. Consuli II. Quod
anus omnium Principum, & solus, remittendo seftertiū
novies millies centena millia numero, debitum fisci, non
præsentes modo, sed & posteros suos præsttit hac libera-
litate securos.*

ADVENTVI. AVG. ITALIAE. Hadriani, apud
Patinum, in Thesauro, pag. 161.

ITALIA. In nummo Antonini Pii, apud Anton. Aug.
tab. x l. ipsa orbi insidet, ac sceptrum tenet, ob prin-
cipatum: cornu copiæ, ob fertilitatem.

ITALICA. Apud Patin. pag. 35. nunc in Gaza Regia,
Augusti nummus.

MVNIC. ITALIC. PERMIS. DIVI. AVG.
*Municipium Italicense, Permissu Divi Augusti. Tiberii
& Germanici nummi: apud Patinum ille, pag. 67.
iste, pag. 84. uterque nunc ejusdem Cimelii. Plinio,
lib. 111. sect. 111. Italica, in Baetica. Omnia
scriptorum consensu, hodie est Sevilla la veja, His-
pali proxima, Silii vatis, Trajani Imp. & Theodosii
M. natalibus clara. Gruteri inscriptio, pag. ccclxxxv.*
COLONIA. ITALICENSIS. IN. PROV.
BAETICA.

ITALICA. BILBILIS. Vide inferius, OSCA.

ITANIΩN. Goltzii nummus in Thesauro, pag. 217. Ste-
phanus: Ἰταρὸς, πόλις ἐν Κρήτῃ οἱ πολῖται Ἰταροί.

IVDAEA.

FISCI. IVDAICI. CALVMNIA. SVBLATA.
Nervæ,

Nervæ, e Cimelio Regio. Fisci Judaici sub Domitiano acerbissime exacti, meminit Tranquillus. A Tito fuerat is imperatus, ut auctor est Xiphilinus in Vespas. Relaxatum a Nerva nummus hic docet. Et Aurel. Victor, in Nerva : *Quidquid pœna nomine tributis accesserat, sufficit.* Pendebant didrachma Jovi Capitolino, qui patris Judæorum ritus tuerentur. Vide Baronium, tom. I. Annal. Et Fiscum pariter Alexandrinum in vetusta Inscriptione legimus, apud Gruterum, pag. D XC I. a Vespasiano scilicet inductum, ut Xiphilinus prodidit. Est & PROC. FISCI. ASIAT. pag. DLXXV.

IVDAEA CAPTA. Vespasiani, ac Titi, e Cimelio Regio. Egregia apud Gruterum inscriptio, si genuina, pag. CCXLIV. 6.

IMP. TITO. CAESARI. DIVI. VESPASIANI. F.
VESPASIANO. AVG. PONTIFICI. MAXIMO.
TRIB. POT. X. IMP. XVII. COS. VIII. P. P.

PRINCIPI. SVO. S. P. Q. R.

QVOD. PRAECEPTIS. PATRIS. CONSILIISQUE. ET.
AVSPICIIS. GENTEM. IVDAEORVM. DOMVIT. ET.
VRBEM. HIEROSOLYMAM. OMNIBVS. ANTE. SE.
DVCIBVS. REGIBVS. GENTIBVSQUE. AVT. FRVSTRA.
PETITAM. AVT. OMNINO. INTENTATAM. DELEVIT.

IVDAEA DEVICTA. Vespasiani, apud Patinum, in Sueton. pag. 391.

DE IVDAEIS. Vespasiani, ex eodem Cimelio, & apud Patinum in Thesauro, pag. 58.

IVD. CAP. Titi, apud Patinum, pag. 147.

ΙΟΥΔΑΙΑΣ. ΕΑΛΩΚΤΙΑΣ. Titi, e Cimelio Regio, & Museo nostro. *Iudææ captæ.* Similis alter Augusti, apud Occonem, pag. 52. ob capta nempe a Sosio Antonii duce cum Herode Hierosolymis.

ADVENTVI. AVG. IVDAEAE. Hadriani, apud Patinum in Thesauro, pag. 161. & Occonem, pag. 230.

IVDAEA. Hadriani, apud Occonem, pag. 230. *Judææ cum puerulis, ad pedes Imperatoris accidenti, ipse dextram porrigit.* Spartianus in Hadriano, pag. 3. *Iudeis compressis, &c.* Et pag. 7. *Moverunt ea tempestate &*

NUMMI ANTIQUI

*Iudæi bellum, quod vetabantur mutilare genitalia. Itaque compressi ab Adriano Iudæi, imo & Hierosolymæ aditu prohibiti. Sed in his malis hæc pars ipsis ab Adriano, ut videtur, adjecta solatii, ut semel anno conferre se eo liceret, quo die diruta hæc urbs est a Tito: quanquam & hunc aditum redimi magno oportuit. Itinerarium Burdigalense, ubi agit de loco Templi. Sunt ibi & statua duæ Hadriani. Est & non longe de statuis lapis pertusus, ad quem veniunt Iudæi singulis annis, & ungunt eum, & lamentant se cum gemitu, & vestimenta sua scindunt, & sic recedunt. B. Hieronymus, Comment. in Sophoniam: Et hoc non tantum de captivitate dicendum est, sed usque ad præsentem diem perfidi coloni, post interfictionem servorum, & ad extremum filii Dei, excepto planctu, prohibitur ingredi Ierusalem: & ut ruinam suæ eis fleteat civitatis, pretio redimunt: ut, qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lacrymas suas, & ne fletus quidem eis gratuitus sit. Videas in die quo capta est a Romanis & diruta Ierusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & senes pannis annisque obstos in corporibus & in habitu suo iram Domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, & patibulo Domini coruscante, ac radiante æræ dœci ejus, de Oliveti quoque monte Crucis fulgente vexillo, plangere ruinas sui Templi populum miserum, & tamen non esse miserabilem. Adhuc fletus in genis, & livida brachia, & sparsi crines, & miles mercedem postulat, ut illis ftere plus liceat. Hoc loco ædæcios, (nam id haud abs re fuerit obiter indicare) non resurrectio ipsa est, quam Græca vox sonat, sed Templum & Basilica in resurrectionis loco superstructa: quo significatu vocem hanc a sancto Hieronymo duobus aliis in locis usurpatam fuisse primus admonuit Sirmondus noster, in libello, cui nomen fecit, *Triplex Nummus antiquus.**

IVDAICA EXPEDITIO. Adriani, apud Occonem, pag. 234.

EXERCITVS. IVDAICVS. S. C. Adriani,

apud Patinum, in Sueton. pag. 377. Imperator in agere milites tres alloquitur, cum labaro, signo militari, & Aquila legionaria.

IVLIA TRADVCTA *in Baetica.*

IVLIA TRAD. in corona quercea. Ex parte altera, PER M. CAES. AVG. Nummus Augusti, apud Mediobarbum, pag. 51. & apud Occonem, pag. 77. Hæc Ptolemæo lib. 11. Geogr. cap. iv. Τεργισθούντα, in Baetulis. Straboni, lib. 111. pag. 140. Ιωλία Ἰόζα πόλις. Est autem Ioza Punice, quod Latine Traducta. Nunc plane excisa.

IVLIA TRAD. cum apice & simpulo, Pontificatus Maximi, quem gessit Augustus, insignibus. Ex altera parte, caput Augusti: epigraphe, PER M. CAES. AVG. Apud Norisium, loco mox citando.

IVL. TRA. cum uvæ racemo, quo vini ubertas in circumiecto agro signatur: unde & in adverso Mauretanæ litore, promontorio Oceani extimo, nunc *Cape Despartel*, facta appellatio est Ampelusia, testibus Mela Pomponio lib. 1. cap. v. & Plinio lib. v. sect. 1. Nummus hic est Caii Cæsaris Augusti F. cuius expressum caput in altera nummi area, & nomen C. CAESAR. Apud Norisium in Cenotaph. Pisani. pag. 86. e Cimelio Reginæ Christinæ.

IVL. TRAD. cum spica, qua fertilitas agri indicatur. In superficie nummi altera, L. CAES. Augusti nempe adoptione filius, Caii frater. Apud Norisium, pag. 92. ex Thesauro Mediceo.

C. L. CAES. IVL. TRA. *Caius, Lucius, Cæsares. Iulia Traducta.* Ex parte altera, PER M. CAES. AVG. Permissu Cæsaris Augusti cusa moneta. Apud Norisium, loc. cit.

IVLIA TRADVCTA *in Mauretania, sive Tingis.*

COL. IVL. TRADVCTA. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. & apud Mediobarbum, pag. 85. ex schedis Sponianis. Hanc ceteri Geographi uno tantum nomine *Tiγνη η Μαυρεντανης, Tingin Mauretaniae*, nuncupant: gemina appellatione Plinius, lib.

v. sect. i. *Tingi a Claudio Cæsare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia.* Sed quot in hac Plini sententia voces occurunt, tot pæne scopuli sunt, ad quos summa ingenia offenderunt. *A. C. I. Cæsare,* non *a Claudio* coloniam esse deductam, invitis libris omnibus, legi credique Vossius præcipit, lib. i. Observ. in Melam, pag. 168. quoniam Juliæ Jozæ scilicet Strabo meminit, qui Tiberio imperante, multo ante Claudi principatum obiit. Norisius in Cenotaph. Pisani. pag. 91. quid de Plinio statuat, ambigit. Obscure Plinium, ac fortassean falso locutum esse Salmasius asseverat, in Solin. pag. 288. ubi Traductam in Mauretania negat ullam fuisse. Patinus in Sueton. pag. 115. ipsis Augusti temporibus Juliæ Traductæ nomen Tingitanæ civitati hæsisse ex nummis probare se putat, Pliniumque erroris insimulat. Ego vero sic statuo, hujus mentem eorum neminem esse asseturum: neminem non ei culpæ affinem, quam confert in Plinium. Fuit enimvero id primum quidem alteri concessum oppido nomen, in opposito Hispaniæ Bæticæ ripa posito: cui, ut Strabo narrat, Tingitanis eo Zelitanisque transductis ex Africa, Augusti temporibus, Juliæ quoque Transductæ facta ex re appellatio est. Postmodum vero a Claudio Cæsare, transductis iterum revocatisque, ut *coloniam faceret*, ex eo oppido Tingitanis in avitas sedes, unde commigrarant, non *Traducta* modo *Iulia*, sed *Colonia Iulia Traducta* Tingis est nuncupata, prioris oppidi nomenclatione in Africam transtvectiona cum civibus, additaque, qua Bætica Julia caruit, coloniæ prærogativa. Argumenta sunt hujus rei quam plurima. Primum, quod Julianum Jozam, quam in Bætica Strabo agnoscit, ut antea diximus, & Ptolemæus, in descriptione ejus oræ, & Marcianus Heracl. pag. 70. vetustos scilicet secuti auctores, apud quos quæ repererint nomina oppidorum, sive exstanter illa adhuc, seu jam interrissent, promiscue descripte: Plinius, in recensionis alioqui Bæticæ, cui ipse præfuit, oppidis, ad fastidium prope diligens, prætermisit: quod nulla tunc

isthic scilicet, præter tenue forte vestigium, omnis in Africam Transducta Julia commeasset. Alterum argumentum est, quod tum appellatam a Claudio Traductam Tingim Plinius admonet, *cum coloniam ficeret*: quibus verbis minime sane obscure significat, deportatos ab eo ex Bætica Traducta in Mauretaniam cives, ut *coloniam ficeret*, & coloniæ jure ac nomine Tingim donaret, quo Bætica Julia Traducta caruerat. Quanquam enim Juliae nomen præferret, cæve contintio coloniam eam fuisse a Julio Cæsare deductam putas: cum id cognomen pluribus oppidis, vel in ipsa Bætica datum constet, ex Plinio, lib. 111. sect. 111. quæ ea tamen prærogativa caruerint: In his, Julia Fidentia: Illiciturgi, quod Forum Julium: oppidum Offset, quod cognominatur Julia Constantia: Seria, quæ Fama Julia: Restituta Julia, Contributa Julia, Concordia Julia, Urgia cognominata Castrum Julium, &c. In Lusitania quoque, Municipium Olisipo, Felicitas Julia cognominatum: oppidum Ebora, quod Liberalitas Julia, &c. Cum tamen, ipso Plinio teste, coloniæ in Bætica novem, in Lusitania quinque omnino fuerint, quarum in censum ea minime oppida veniant, quæ nunc appellavimus. Itaque in nummis ante Claudii principatum cisis, sive Augusti illi sint, sive Augusti liborum, cum ad Traductam Bæticæ illi spectent, coloniæ nomen abest: in Claudii vero numismatis, quæ nunc exhibemus, ea prærogativa aperte signatur, COL. IVL. T R A D V C T A. Ut jam frustra sit, qui Plinium vel obscure vel falso locutum putet: aut certiora planiora quibus ea stabiliantur, quæ de Tingi narrat a Claudio coloniæ jure, ac Traductæ appellatione, donata, argumenta desideret.

I V L I O B R I G A. M V N. Caii Cæsaris, &c Thesau^r Goltzii, pag. 243. Plinio, lib. 111. sect. 4. *Iberus amnis, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobriga*: unde ipsi hodie oppido nomen, *Fuente d'Ivero*, aliter aliis perperam statuentibus. Inscriptio vetus apud Ambr. Morales, fol. 67. I V L I O B R I G E N S I. EX

NUMMI ANTIQUI
GENTE CANTABRORVM.

ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΓΛΥΚΩΝ. Nummus L. Veri e Cimelio Regio : cuius in superficie altera , ΑΥΤ. KAIC. Λ. ΑΥΡΗ. ΟΥΗΡΟC. Ἀυτοχρίπωρ Καῆσαρ Λαύκιος Αὐρήλιος Οὐηρός. In Notitia Eccles. antiqua pag. 47. inter Episcopos Provinciæ Paphlagoniæ , δ Ιωνοπόλεως. Et pag. 33. Ἰωνόπολις. Et pag. 15. δ Ιωνοπόλεως. Pro Ἰωνόπολις , & Ἰωνοπόλεως. In Conc. Calched. act. 11. pag. 331. Πλῶος Ἰωνοπόλεως. A Constantino Porphyrog. lib. 1. Them. 7. pag. 30. inter Paphlagoniæ oppida septimo loco Ἰωνόπολις appellatur. Vide ABΩ-
NOTE IX EITΩΝ, ubi quædam de Glycone delibavimus, quæ nunc sunt uberius explicanda. Alexander impostor Paphlago, de quo Lucianus opere singulari, quod *Pseudomantin* inscripsit , jam Antonini Pii temporibus in Paphlagonia floruit. Nactus ille Macetin mulierem opulentam, (Μακέτης est Græco scriptori) eam e Bithynia in Macedoniam usque est contectus. Patria enim mulieri Pella fuit , qui locus erat Macedonum regum ævo in primis nobilis. Ibi cum videret immanni mole dracones , placidos admodum ac mansuetos , ita ut a mulieribus alerentur , & cum pueris una cubarent , & lac e mammis infantum quoque ritu sugerent , pulcherrimum ex iis unum vili sane pretio coëmit. Inde in patriam reversus , quæ Ἄλαρου τεῖχος dicebatur , confictis primum , defossisque in terram tabellis æreis , quæ mox affuturum Æsculapium præmonerent , ac fore ut in Aboni Murum se conferret : deinde & serpentis , quem domi alebat , intra ovum fetu concluso , ovoque , quod ad ædis sacræ fundamenta defoderat , educto fractoque , serpentem ex eo emicantem protulit imperitæ attonitæque plebi , Æsculapium esse eum in clamans. Notum enim est anguis specie latere id Numen ab antiquis creditum : eaque specie Epidauro Romanum advectum , in insulam Tiberinam, templumque ei Deo dicatum, transasse. Domi ille interim , conficto prius e linteis capite draconis , quod speciem quandam humanam præ se ferret , eoque co-

Iorum pigmentis egregie assimulato, majorem illum, quem diximus, draconem Pellæum, abdit in sinum: caudamque ejus primum ostentans, mox deinde totum exerens, præter caput, quod sub alis tegebat, linteaceum illud ex parte aversa caput proferebat, quod esse illius ipsius draconis creditum, qui e sinu scilicet prominebat. Confectæ statim picturæ, imagines, signa, Deum referentia, partim ex ære, partim argento effecta, qualis in Nummo pingitur. Nomen etiam inditum, Glycon: quod & versu complexus Alexander:

Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον ὄμιλα Διὸς, φάθε αὐτοποιοι.

Sum ille Glycon, hominum lux, ex Iove tertia proles.

Hæc Lucianus in sermone eo quem appellavimus, quem cui satis erit otii consulat: ibi Glyconem dici minorem Aesculapium intelliget, aliaque multa, quæ sunt ab hoc argumento, in quo versamur, aliena. Ad id quo de agitur congruentius illud est, quod in calce ejus libri subjicit, pag. 497. de mutata oppidi hujuscæ appellatione, nummoque ipsa impostoris effigie insignito: quanquam id genus nummorum nunc plane excidit: *Ἐκεῖνο πῶς οὐ μέγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα τελ' Αλεξανδρου, τὸ αὐτῆσαι ωδὴ τοῦ αὐτοκράτορος μετανομαθεῖσα τὸ Αἰώνου τεῖχος, καὶ Ιωνόπολιν κληθεῖσα, καὶ γόμφον καρφὸν ἐγκεχραγμένον, τῷ μὲν τοῦ Γλύκωνος καὶ θέτερῃ τῇ, Αλεξανδρου στήματα τε τοῦ πάτωπου Ασκληπιος, καὶ τῷ ἀρπηγῳ σκείνειν τοῦ πατρομάτορος τοῦ Περσέως ἔχοντος;* Sed quid: Annon & hoc inter alia facinus audex *Alexandri, a Principe Romano (L. Vero) postulare, ut Aboni murus, commutato vocabulo, Ionopolis appellaretur? utque nummum novum signaret, altera quidem parte Glyconis signatum effigie: altera, Alexandri: qui insignia avi Aesculapii, ac falcem illam Persei, unde maternum ducebatur genus, teneret?*

IΩΝΩΝ. ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟΣ. ΑΡΤΕΜΑ. Maxime nummus, apud Occonem, pag. 407. *Ionum. Sab Aurelio Zenone Artema, vel Artemæ F.* De Ionia, Plinius libro v. sect. xxxi. Artemæ mentio in num-

NUMMI ANTIQUI

mis Apamenium Phrygiæ, quæ fuit Ioniæ vicina.

IΩΤΑΠΑΤΗΝΩΝ. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii. Stephano: *Ιωταπατηνων, πόλις Συειας. τὸ ἔθνος, Ιωταπατηνώς.* Est Syriaca Vespasiani expeditio satis celebrata veterum scriptis, aliisque monumentis.

K

KΑΒΑΣΙΤΩΝ.

KΑΒΑC. L. I A. Καβασιτῶν, λυκαρίας ια'. ut diximus, in **EΡΜΟΠΟΛΙΤΩΝ.** Hadriani nummus cum Serapidis effigie, in Cimelio Regio. Plinio, libro v. sect. ix. *Cabasites* nomos, seu præfectura Ægypti. In Notitia Eccles. pag. 55. Provinciæ Ægypti secundæ Καβασιτῶν adscribitur. Ptolemæo, lib. i v. cap. v. Καβασιτῶν νομὸς, χ' μητρόπολις Καβασιτῶν. Severi alter, apud Patinum, pag. 286. **A B A C.** quem ille ad Abassinos Arabiæ, Goltzium in Thesauro secutus, & Scaligerum, lib. vii. de Emend. Temp. alegat: nec sane satis feliciter: nam si integrum is, nec detritum usu nummum vidisset, **K A B A C.** legisset is, & huc, ut oportuit, retulisset.

KΑΔΟΗΝΩΝ. Nummus Longinæ Domitiae, apud Patinum, pag. 169. cum Diana Ephesiæ iconè. Quanquam ipse perperam **KΑΔΟΗΝΩΝ** legit, Tristianum secutus, tom. i. pag. 352. refertque ex conjectura ad Coloën, quam novo ille errore urbem esse arbitratitur Sardibus vicinam: cum ipsa Gygæa palus sit, Colloë a recentioribus appellata, teste Strabone, lib. xiii. pag. 626. Sunt & Valeriani pariter, & Tranquillinae. Plinio, lib. v. sect. xxx. *Cadueni.* Stephano tamen: Κάδαι, πόλις Μυσίας... Τὸ ἔθνος, Καδηνώς. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 29. Κάδαι, Phrygiæ Capatianæ accensetur: Μεονιæ, sive Lydiæ, in ipsis Phrygiæ finibus, a Ptolemæo, lib. v. cap. ii. In Conc. Quinti-sesto, pag. 1199. Philippus ἐπίσκοπος πόλεως Κάδαι Παγασαῖς.

ΕΠΙ. ΜΕΛΙΤΩΝΟΣ. ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΟΥ. **KΑΔΟΗΝΩΝ.** *Sub Melitone Asclepiadis F.* Prætore *Caduenorum.*

Caducorum. Claudi nummus e Gaza Regia.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. Gordiani junioris.

Ε.Π. ΛΥΡ. ΚΛΕΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΔΟΗΝΩΝ.
Tranquillinae nummus, e Cimelio Regio, in quo Ἀε-
sculapius, Hygia, & Telesphorus. *Sub Aurelio Cleopat-
tore Prætore.* Telesphorum religiose Pergameni in
primis, ac deinde alii coluere: & a medendo eundem
'Ακέσιον Epidaurii appellantur, teste Pausania. Vide
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

C O L. C A D O. M. Aurelii, e Thesauro Goltzii, pag.
238.

ΚΑΙ ΚΑΡΕΙΑΣ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΗΣ. Pescennii nummus
e Gaza Regia: cuius in antica parte, ΑΥΤ. Κ. Γ.
ΠΕΡΚ. ΝΙΓΡΟΣ. ΙΟΥΣΤΟΣ. ΣΕΒ. Αὐτοκράτωρ
Καισάρ Γαϊθ Πεσκέννιθ Νίγρος Ιούστος Σεβαστός. *Imp.*
Cæsar C. Pescennius Niger Iustus Aug. ut apud Occo-
nem, pag. 339. & 340. In aversa aream nummi obtinet
apud Occonem, pag. 339. Ἀesculapius cum baculo & ser-
pente. Apud Platinum, pag. 274. Diana venatrix. Sunt
& Severi itidem, Juliae Domnae, & Mamææ. In Noti-
tia Eccles. Ἐπαρχία Εὐφρατοῖς. Ιεράπολις, Κύρης, Σα-
μοστάτα, Δολιχή, Γερμανίκεια, Ζεῦζιμα, Εὐρώπος, Νικό-
πολις, Καισάρεια, ἐνδεις ίδε εν έξοδει ὁ ἄγιος Σέργιος.
*Provincia Euphratesis: Hierapolis, Cyrrhus, Samosata,
Doliche, Germanicia, Zeugma, Europus, Nicopolis,
Cæsarea, ubi in exsilio erat sanctus Sergius.* Unde
intelligis duas esse diversas civitates ejusdem provin-
ciæ: Γερμανίκεια, quæ Nestorii patria fuit, Stephano
quoque memoratam: & Καισάρεια, quæ Γερμανικὴ sit
in hoc nummo cognominata.

ΚΑΛΑΥΡΕΙΤΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii; pag.
217. Plinio, lib. i v. sect. xix. *Calauria* in Argolico
sinu insula: nunc *Sidra*, leto Demosthenis nobilis, in-
quit Mela, lib. iii. cap. vii. Stephano: Καλαύρεια...
ὁ πολίτης, Καλαυρεῖτης.

ΚΑΛΕΝΙΤΩΝ. Vide CALENO:

ΚΑΛΑΑΚΤΙΝΩΝ, & ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ, apud Pa-
rutam. Plinio, *Galatani*, lib. i i i. sect. xiv. in Sici-

lia. Tullio, Act. 111. in Verrem, *Calatini*, oppidum: que *Calata*. Diodoro Siculo, lib. xii. pag. 89. Καλαπῆνοι. Antonino in Itin. *Calacta*. Ptolemæo, lib. iii. cap. 1111. Romano more, Καλάκτα. Athenæo, lib. vi. & Diodoro, lib. xii. Bibl. Καλῆ ἀκτή. Nunc *Gazati*. In iis nummis cantharo noctua insidet, vel uva nummi aream obtinet: quæ vini ubertatem in eo agro indicant.

ΚΑΛΑΤΙΑC, & ΚΑΛΑΤΙΑΝΩN.

ΚΑΛΑΤΙ. ΚΑΛΑΤΙΑC. & ΚΑΛΛΑΤΙΑC, inter Asiae nummos a Goltzio, a Nonnio æque temere Galatiæ adscribuntur, cum ad Calatim, sive Callatim pertineant. Plinio, lib. iv. sect. xvii. in Thracia, ipsoque Ponti litore, *Calatis*, &c. Ptolemæo, lib. iii. cap. x. ΚΑΛΛΑΤΙΑ. Stephano: Καλαλις.... ὁ πολίτης, Καλαπαρός. Procopio, lib. iv. de ædific. cap. xi. inter castella Istro apposita, Καλάπης. In hisce nummis Herculis est clava cum pharetra: sunt & spicæ quibus agri fertilitas indicatur. Hercules vero idcirco sculptus, quod sit Calatis, Strabone teste, lib. viii. pag. 319. Heracleotarum colonia: Εἶτα πόλις Καλαπης, Ήρακλεωτῶν ἄποικος. Distat a Tomis oppido Ponti, stadiis cclxxx. seu xxxv. m. pass.

ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩN. Nummus Gordiani Pii apud Patrin. pag. 372. nunc *Gazæ Regiæ*. In eo serpens multis involutus spiris.

ΚΑΛΛΑ. Nummi alii, quos vidimus.

ΚΑΛΥΔΩΝΙΩN. Apud Goltzium in Græcia. Plinio, lib. iv. sect. 111. *Aetoliae oppidum Calydon*, &c. Apri Calydonii caput in nummis ΑΚΤΙΩN, ΑΙΤΩΛΩN, & Nicopoleos exprimitur, ut suo loco dicemus. In nummis Calydoniorum Apollo cum lyra: Strabo, lib. x. pag. 459. Περὶ Ἰώνης Καλυδῶνα τὸν Λαθραῖον Ἀπόλλωνα ιερόν. In MSS. legitur Λαφεῖον. Et Diana certe Λαφεῖα novimus, de qua suo loco diximus. Pars aversa tripodem Apollineum exhibit, ac Prætoris nomen: ΠΡΟΔΙΚΟΣ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥ. *Prodicus Palamedis F.*

ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ.

ΔΗΜΟΣ. ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ. Nummus antiquus, quem vidimus: quo verum hujus oppidi nomen situsque describitur. Nam ex parte aversa fluvii imago est cum Copiae cornu: quem amnem esse Axonem interpretor, cui appositum fuisse oppidum ex Plinio discimus, lib. v. sect. xxix. *Flumen Axon, oppidum Calyndæ.* Stephanus: Καλυνδα, πόλις Καρίας..... τὸ ἔθνος, Καλυνδεῖς. Ptolemaeo, lib. v. cap. iii. Καλυνδα, pro Καλυνδα. Herodotus, lib. viii. Artemisiam Mausoli Carriae regis uxorem Καλυνδίοις imperitasse ait. Vide quæ diximus in Notis & Emend. ad librum Plinii Secundi quintum, num. lxxix.

ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ.

ΑΝΤΙΝΟΟC. ΗΡΩC. Ex parte aversa, ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΟΙC. ΙΠΠΩΝ, subintellige ἀνέθηκεν. *Calchedonis Hippo posuit.* Sic in nummo Smyrnæorum inferius: ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙC. Statuam, qualis in nummo cernitur, columnamve, cui Antinoi imposita effigies esset, positam ab Hippone apud Calchedonios hic nummus docet, quod Seguinus non vidit, qui nummum affert, pag. 143. Est autem Calchedon in Asia oppidum, ex adverso Byzantii, hodieque Græcis *Chalcedona*, Turcis, *Kadikoi*: a pago *Scutari* tribus passuum millibus.

ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ. M. Aurelii, cum Apollinis triponde, quem serpens circumPLICAT, apud Patinum, pag. 244. Tripodes enim passim cum serpentibus effingebantur. Vide Herodotum in Calliope: Lucianum, de Astrologia, ubi de oraculo Delphico: aliosque.

ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ. In altera nummi superficie, ΑΥ. Κ. Λ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟC. Π. Αύτοκράτωρ Καῆσαρ Λουκιος Σεπτιμιος Σεβηριος Πιος. *Imp. Cæsar L. Septimus Severus Pius.* Apollinis lyra. E Museo nostro. Similis est Juliæ Severi, apud Patinum, pag. 290. & Caracallæ, pag. 302. Lucianus, in Pseudomanti, pag. 478. Απόλλωνος ιερον δεχαιοτατον έτι Χαλκηδονίοις. *Apollinis templum*

est apud Calchedonios vetustissimum.

ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ. Nummi Getæ, cum effigie Apollinis & arbore lauri, & ara: item Alexandri Severi, e Cimelio Regio.

ΑΓ. ΤΥΧΗ. ΤΕΡΕΒΙΝΤΙΝΩΝ. ΚΑΛΧΑΔΩΝ.
'Αγαθὴ Τύχη Τερεβίντινων, Καλχαδωνίων. Bona Fortuna Terebintinorum, & Calchedonensium. Nummus est Alexandri Severi, quem Tristanus tom. I I. pag. 401. sic præpostere legit: ΑΓ. ΤΟΥΧΗ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΩΝ. ΚΑΡΧΕΔΩΝ. Interpretaturque deinde, *'Αγαθὴ Τούχη Τερεβίντινων Καρχαδωνίων.* Et in Tuccam Terebentinam, jus meminit Antoninus in Zeugitana, nummum ablegat. Atqui saltem Καρχαδωνίων dici oportuit. Et Bonæ Fortunæ insculpta nummo effigies, de ipsa accipi eas voces, ΑΓ. ΤΥΧΗ, non de oppido, clamat oportere. Similem alterum vidimus in Gaza Regia, in quo capita simul Alexandri & Mæsæ: ΑΓ. ΤΥΧΗ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΩΝ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Quo nummo utriusque civitatis concordia significatur. Quod Latinis BONA FORTVNA, hoc Græcis, qui Latinos in nummis cūdendis imitantur, ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ est, ut BONVS GENIVS, ΑΓΑΘΟΣ ΔΑΙΜΩΝ. Utrique communis ædes apud Pausan. Bœotic. pag. 313. Illa muliebri habitu, ac veste stolata in hoc nummo aliisque semper signatur: iste, virili. Sic iisdem ΕΥΘΗΝΙΑ, ABVNDANTIĀ est: ΕΛΠΙC, SPES: ΠΡΟΝΟΙΑ, PROVIDENTIA: EIPHNH, PAX, &c. In Tarsi nummo pariter, ΤΥΧΗ. ΤΑΡCΟΤ. Bostræ, ΤΥΧΗ. ΒΟCΤΡΩΝ. Ephesiorum, ΤΥΧΗ. ΕΦΕCΙΩΝ. Adramæorum, ΤΥΧΗ ΑΔΡΑΜΑΙΩΝ. Nicænium, in Cimelio Regio, ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ. NIKAIEΩΝ. Smyrnæorum Magnetumque foederi, in Marm. Oxon. aliisque, ea formula præfigitur, ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ, bene ominandi causa: uti nos solemus, *Quod bonum, felix, fæustumque sit*, Romano more ac ritu dicere. In hoc vero nummo stantis Fortunæ effigies cernitur, dextra globum, quo terrarum

signatur orbis: sceptrum, lœva gerentis: insculpta quoque ad pedes rota. Interdum & ipsa sedens pingitur, cum hasta, vel Copia cornu; & gubernaculo navis, ut in Nervæ nummo, FORTVNA. P: R: Ubi succurrit illud ab Apelle dictum lepide: qui cum sedenter Fortunam pinxit, rogareturque cur ita fecisset, *Quia nunquam stetit*, respondit. Quem vero globum dextra hic gerit, eundem capiti Deæ Bupalus statuarius imposuit, teste Pausania in Messen. lib. i v. pag. 140. lœvæ, cornu copiat: Βούπαλος ἦ... Ξέδα ἀντροφόγος πλάσαι, Σμυρναῖος ἄγαλμα ἐργαζόμενος Τύχης.... πόλον τε ἔχουσαν ὅπει τῷ πεφαλῇ, καὶ τῷ ἑπέρα χεισὶ τὸ καλυπτόν Ἀμαλθείας πέργασον Ελλήνων, &c. Dum vero vir eruditus, lib. de usu numism. pag. 575. hunc, quem modo tractamus, Carthaginensibus nummum adjudicat, Tristanum sequitur erroris ducem: quod & Patinus facit, in Alexandro Severo, pag. 353. quanquam Spanhemius, de Fortuna recte, non de Tucca, accipendum vidit. De voce TEPEBINTINΩΝ, suo loco dicturi sumus. De voce porro ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ illud obiter adnotandum quod Stephanus monet, etiam Χαλκηδὼν sequiore saltem ævo scribi per λ, κ. Χαλκηδὼν τὸ Βιθυνίας, 24^ο τὸς λ, κ. Tamen nummi veteres omnes constantissime ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ exhibit: si Goltzianos excipias, in Asia, Tab. v. in quibus est ΧΑΛΚΕΔΟΝΩΝ, cum Apollinis lyra: sed Goltzium in legendō lapsū, haud temere suspicamur.

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Tranquillinæ, apud Tristanum tom. ii. pag. 549. quo in nummo Apollo Cygno per sublime vehitur. Templum Apollinis fuisse Calchedone, auctor est Lucianus, in Alexandro, pag. 478. Καὶ ἀφικόμενοι εἰς τὴν Καλχηδόνα τὸν Ἀπόλλωνος ιερῷ, ὅποι δέχαιοτατὸν ἔστι Καλχηδονίος &c. Cygno ferri Apollinem & comitatum ejus, Martianus Capella finxit, lib. i. Sed scandente Phœbo, Musarum pedissequus, adhærensque comitatus candenti canoraque alite vehetur. Currum Dei illius oloribus jungi, Nonnus, lib. viii. & xxiv. Est & Trajani similis apud Patinum, pag. 186.

KAMAPAS. E nummis Græciæ insularum, apud Goltzium, Tab. i v. quem nummum alio Nonnius frustra ablegat. Camara urbs Cretæ fuit, quæ & Elatos, & Ilatia, & Latos appellata est: uti tum ex iis liquet quæ diximus in Notis & Emendationibus ad librum Plinii iv. num. LXXVIII. tum ex Xenione in Creticis, apud Stephanum. Καμάες, πόλις Κρήτης.... Καὶ ὁ πολίτης..... (id nomen quod in lacuna est, ex nummo subsequentem restitue, Καμαρεῖτης.) Ξείων εὐ Κρητικοῖς φησιν, ὅν Λαταὶ ἐλέγετο. Camaræ meminit Ptolemæus in Creta: Lati, vel Elati, Plinius lib. i v. sect. x x. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 13. inter Episcopos Cretæ, ὁ Καμάες. Altera rursum, pag. 25. Καμάες.

KAMAPEITHC. Deus Lunus in M. Aurelii nummo sic cognominatur, quod apud Camaritas præcipuo in honore esset: quo nomine & a Nysæis Cariæ colebatur, id quod Patinum fugit, pag. 238.

KAMAPINAIΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. i i i. sect. x i v. oppidum Camarina. Stephano: Καμαελβα, πόλις Σικελίας..... ὁ πολίτης Καμαελβαῖος. Hodie Camarana dicitur, latere Siciliæ meridionali. Notum de palude ei oppido vicina adagium:

Mὴ κύρι Καμαελβαρ ἀκίνητος γῆ ἀμείνων.

Ne moveas Camarinam: immota enim est melior.

KAMA. & **KAMAPIN.** in nummis Parutæ: cum noctua, Palladis symbolo: gallinaceo, Apollinis, vel Æsculapii. Quanquam in nummis Romanorum auguratus id insigne est, quod ex ea quoque alite captare ii auguria solebant.

KANOΘAΙΩΝ.

KANOΘ. L. IA. Nummus Hadriani. Plinio, lib. v. sect. x vi. in Decapolitana Syriæ regione, cum Philadelphia & aliis, Canatha. In Notitia Eccles. pag. 63. Provinciae Arabiae adscribitur, cuius Bōrpæ metropolis, Karabæs, cum Dio, Philadelphia, ceterisque. Et in Conc. Calched. act. i v. pag. 477. Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Karabæs. Et pag. 118. act. i. Karabæs.

KANΩ. ZNP. Veri nummus, e Cimelio Regio. Karabæ-

πῶν, anno πγζ'. hoc est, C L V I I . post concessam forte libertatem ei civitati: non , ut quis augurari forsan possit , post Actiacam victoriam , quæ anno Urbis D C C X X I I . contigit , ut diximus in nummis Amisenorum : quo tempore Ægyptus in provinciæ redacta formam. Ab eo enim anno si æræ initium duceretur , incideret hic annus in annum Urbis D C C C L X X I X . undecimum Hadriani. Stephanus : Καραβός , urbs Alexandriæ in Ægypto proxima : τὸ ἐθνικὸν , Καραβίτης . De Serapide Canopitano , Pausanias in Corinth. seu lib. II . pag. 48. De Iside Canopitana , Naso , uti dicemus , verbo P H A R V S .

K A P Y A N Ω N. Nummus e Thesauro Goltzii , pag. 218. & in Magna Græcia , Tab. x x . Plinio , lib. I I I . sect. I X . *Colonia Capua.* Et lib. x v i I . sect. x x i x . *Capua* colonia ab Augusto deducta. Nunc vicus est , S. Maria di Capua , a nova Capua mille passus dissitus. Stephano : Καπύα , πόλις Ἰταλίας . τὸ ἐθνικὸν Καπυαῖος . In his nummis spica insculpta , fertilitatis agri Campani argumentum , qua de vide Strabonem , lib. v . pag. 242. & Plinium , lib. x v i I . sect. x x i x . Item Minotaurus , Mercurius petasatus , tripus Apollineus , &c.

C A P . D E . Gallieni nummus , apud Occonem , pag. 468. quem ille de colonia Capua accipit. Falso : legi enim oportuit , C A P . O E C . *Capitolina Oecumenica* , certamina subintellige , quæ scilicet in ejus numimi parte , in qua hæc epigraphe est , posita urna , ex qua duæ palmae prodeunt , aperte signantur. Et Occonis tamen errorem Mediobarbus hausit , pag. 379.

K A P A Λ I T Ω N. Equi dimidiati effigies , quod Carthaginensium symbolum est. Ii sane Sardiniam , (cuius oppidum Caralis est , nunc quoque *Cagliari* , insulæ metropolis ,) olim tenuere. Strabo , lib. v . pag. 225. ubi de Sardinia : Υ' τεσσινὶ δὲ Φοίνικες κατεκράτησαν οἱ Σινικοὶ Καρχηδόνες , καὶ τούτων Ρωμαῖοι ἐπολέμουσι καταλήγεται δὲ οὐεῖναι παντὶ τοῦτο Ρωμαῖοι θεῶντες . Postea Ρωμαῖοι Carthaginenses insulam obtinuerunt , adjutique ab incolis bellum contra Romanos gererunt : Carthaginensibus

NUMMI ANTIQUI

domitis omnia in potestatem Romanorum venerunt. Est hic nummus e Goltzio, tab. xxvii. Plinio, lib. iii. sect. xii. sunt Caralitani, cum oppido civium Romanorum: qui in nummo Καραλίται, nempe a Κάραλις, quo nomine a plerisque scriptoribus id oppidum appellatur: Stephano, a Καραλία, Καραλίαιοι.

ΚΑΡΑΛΙΩΝ. Nummi Maximini, & Alexandri Severi, in Gaza Regia. Non a Caralitanis cusi illi quidem, de quibus Plinius lib. iii. sect. xii. sed a civibus Caralis oppidi, sive Caraliæ, in Isauria, cuius Stephanus meminit: Κάραλις, ἡ Καραλία, Ἰσαυρικὸς πόλις. τὸ ἔθνος, Καραλεώτης. "Ἐπὶ οὐ Καραλία, δι' ἐνὸς λ', ex qua gentile nomen Καραλεώτης. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 31. Provinciae Pamphyliæ Καραλία adscribitur. In altera, pag. 45. ὁ Καραλίων. In Conc. Ephesino, pag. 470. Σόλων ἐπίσκοπος Καραλίας ἢ Παμφυλίας. Caralitis palus in Isauria apud Livium, lib. xxxvii. num. xv.

ΚΑΡΚΙΩΝ. Apud Goltzium in Magna Græcia, cum Jovis fulminantis effigie, & tripode vice aræ, tab. xxvii. In Magna Græcia, & Scylaceo sinu id oppidum fuit, ex Mela, lib. i. cap. i v. Secundus sinus Scylaceus, in quo est Petilia, Carcinus, Scylaceum &c. Nunc plane interit.

ΚΑΡΠΑΘΙΩΝ. Goltzii nummus in Græcia vetere, Tab. xxiii. in quo leonem Hercules suffocat. Plinio, lib. v. sect. xxxvi. *Carpathus insula, quæ mari nomen dedit.* Nunc Scarpanto. Rhodo vicina.

ΚΑΡΠΑΣΙΕΩΝ. Nummi duo e Græcia Goltzii Tab. xxxvi: in quibus Cupido cum Venere: vel stella Luciferi, quæ & ipsa Venus est: Nam, ut Plinius ait, lib. i. sect. vi. *Est fidus appellatum Veneris, ipsis cognominibus æmulum Solis ac Lunæ.* Præveniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Carpasium.* Stephano: Καρπασία, πόλις Κύθηρου.... Θεόπομπος Καρπασῖς ἀπό τούς Φησιν.

KAPPHNΩN.

KAPPHNΩN.

KAPPHNΩN. ΦΙΛΟΡΩΜΕΩΝ. Carrhenorum, qui Romanis amici. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio.

Plinio, lib. vi. sect. xxii. Carrhae, clade Crassi nobiles.

Stephano: Κάρραι, πόλις Μεσοποταμίας.... τὸ ἔθνος,
Καρρίων, ἢ Καρραῖον. Nunc Heren.

KAPP. ΚΟΛΩ. & KAPP. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Καρρίων πολαρίας, & Καρρίων μητρόπολεως. Caracallæ apud Patinum, pag. 306. Spartianus in ejus vita, pag. 87.

Deinde cum iterum vellet Parthis bellum inferre, atque hibernaret Edessa, atque inde Carras Luni Dei gratia venisset, die natalis sui, viii. Idus Aprilis.... cum ad requisita naturæ discellisset, insidis a Macrino Praefecto Prætorii positis, qui post eum invasit imperium, interemptus est. Et pag. 88. Occisus est autem in medio itinere inter Carras & Edessam, cum levanda vescæ gratia ex equo descendisset, &c.

MΗΤ. ΚΟΛ. KAPPHNΩN. Alexandri Severi e Museo nostro: cum turritæ mulieris effigie. Sunt & similia numismata Caracallæ, & Tranquillinæ, in Cimelio Regio. De Gordiano Capitolinus, pag. 162. Carras & Nisibim recepit, quæ omnia sub Persarum imperio erant.

MΗΤΡΟΠ. KAPPHNΩN. In Gordiani junioris nummo e Gaza Regia, caput turritum, pone columnam, cui Gordiani imposita statua: capiti turrito Lunæ crescentis simulacrum imminet: quo Dei Luni cultus in eo trætu religiosissimus indicatur.

MΗΤΡΟΠ. ΚΟΛ. KAPPHNΩN. Ejusdem Gordiani, apud Erizzo & Occonem, cum Lunæ crescentis effigie: Spartianus in Caracalla, pag. 88. Et quoniam Dei Luni fecimus mentionem, sciendum doctissimis quibusque id memoriae traditum, atque ita nunc quoque a Carrhenis præcipue haberi, ut qui Lunam feminine nomine ac sexu putaverit nancupandam, is addicetus mulieribus semper inserviat: at vero qui marem Deum esse crediderit, is dominetur uxori, neque ulla mulieres patiantur insidias. Vnde quamvis Græci vel Ægyptii eo genere

NUMMI ANTIQUI

quo feminam heminem, etiam Lunam deam dicant, mystice tamen Deum dicunt. Et pag. 87. Cum inde Carras. Luni Dei gratia venisset, &c.

KARCENN A. Vide CARTE NNA.

KAPYCTIΩN. Trajani nummus, in quo Jovis caput insculptum, in Cimelio Regio, & apud Patin. pag. 184. Plinio, lib. IV. sect. XXI. Carytos, in Eubœa oppidum. Stephano: Καρυτός . . . τὸ ἔθνος, Καρυτιας.

KAPYCTIΩN. NATAPXI. Καρυτίων Ναυαρχίδος. De hac voce ναυαρχίς diximus, verbo ΔΩΡΩΝ. Est hic Iuliæ Mamææ nummus.

KAPYCTIΩN. Cum gallinacei effigie: ex parte altera, vaccæ vitulum lactantis: vel, ut apud Goltzium, Tab. XI. Mercurii petasati. Pausanias in Phocicis, pag. 331. Καρύτιοι ὃι Εὐβεῖσι βουῶν καὶ οὐποι χαλκοῦ τελέσθησαν. Απόλλωνι ἐπιστάντεις . . . Β.δς ὃι Καρύτιοι καὶ οι Πλαταιέis τελέσθηματα ἐποιήσαντο, ὅτι (εἰποι δοκεῖν) απωσάμενοι τὸν βάρβαρον, τὴν δὲ λλινούς στήσαντο στάσιμονα, καὶ σεμνοῦ ἐλασθέρα τῆν γῆν. Carystii ex Eubœa bovem & ipsi aeneum Apollini statuerunt... (Marmoreo scilicet Apollini, cuius ibi fanum fuit, Strabone teste, lib. X pag. 446.) Boves quidem & Carystii & Plateenses idcirco dedicarunt, quod (ut ego opinor) barbaris e Gracia expulsis, & alias fortunas incolumes habuerunt, & libero solo terram arare potuerunt. Ea pariter videtur causa fuisse, cur vaccam iidem in numinis signarint. Alias in Antinoi nummo bos consecrationem & apotheosim indicat. Gallinaceus vero cultum Solis, cui hæc avis sacra est. Vide Pausaniam in Eliac. prior. pag. 175.

KAPXHΔΩNIΩN. MHTPOΠ. Nummus Neronis, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Stephano: Καρχηδὼν, μητρόπολις Λιβύης. ὁ πολίτης ΚαρχηδόνιΘ. Ipsa Carthago est, de qua supra.

KΑΣΑΝΔΡΕΩΝ In Thesauro Goltzii.

COL. IVL. AVG. CASSANDRENS. Nummus Neronis apud Patin. pag. 115. nunc Gazæ Regiæ. In eo nummo Jovis Hammonis caput; cuius se filium Alexander Macedo assentando delusus gloriabatur, te-

ste Curtio. Idcirco is videtur in hujus Macedonicæ civitatis nummo insculptus. Plinius, lib. iv. sect. xvii.
Cassandria colonia, in Macedonia. Stephano: Κασσάνδρεια... τὸ ἔθνικὸν, Κασσανδρός.

K A S S A N D R I E Ω N. E Græcia Goltzii, tab. xxiv.
 In eo nummo leo insculptus, hinnulum vorans. Cas-
 sander Antipatri F. Macedonum tyrannus, oppidi con-
 ditor aream nummi aversam obtinet. Alter cum leone
 Herculis clavam exhibet & pharetram : quod ab eo
 genus ducere Macedonum Reges credebantur.

K A C A T Ω N. Nummus Etruscillæ. Est illud in mediterra-
 neis Ciliciæ oppidis, quæ aspera nuncupatur. Pam-
 phyliæ id oppidum adscribunt Notitiæ veteres Epis-
 copatum, pag. 13. ὁ Καστών. Et pag. 31. Καστόλη. In sy-
 nodo C.P. quinta, pag. 601. subscribit Θεόδωρος ἐπί-
 στοκος τὸ Καστατῶν πόλεως. Et pag. 419. Cyriacus Casu-
 tanorum, pro *Casatarum*.

K A S S A N D R I P T Ω N. N E Ω K O P Ω N. Vespasiani num-
 mus e Thesauro Goltzii. Stephanus: Καστρίωνος πόλις
 Αἰγυπτία.... τὸ ἔθνικὸν Καστανείτης. Lustratam Ægyptum a Vespaiano Tranquillus & alii referunt.

K A C C Ω Π A I Ω N. Serpens aræ involutus, Aesculapii
 symbolum. In parte aversa, caput muliebre. Stephanus:
 Καστόπη, πόλις ἡ Μολοσσῶν, ἐπάνυμος τῆς Καστοπία
 χώρα τὸ ἔθνικὸν, Καστωπαῖθ. Plinio, lib. iv. sect. i.
Cassiopei, in Eipo.

K A C T A B A Λ E Ω N.

I E P O P O. K A C T A B A. I E P O C. Subintellige, ἀγάν.
Hieropolitarum Syriæ, & *Castabalenium* sacrum cer-
 tamen. Diadumeniani numinus, e Cimelio Regio, in
 quo urna cum gemina face accensa. Plinio, lib. v. sect.
 xxii. *Castabala*, in *Cilicia*. Tamen in Conc. Quini-
 sexto, pag. 1195. legitur, Θεόδωρος ἐπίστοκος πόλεως τῆς
 Κασταλίας. Stephano: Κασταλα Κιλικίας... ὁ πολίτης,
 Κασταλός.

K A T A N A I Ω N. E Cimelio nostro. Plinius, lib. iii.
 sect. xiv. *Colonia Catina*. Stephano: Κατένη, πόλις
 Σικελίας.... τὸ ἔθνικὸν, Κατανεύος. Latini a in commu-

NUMMI ANTIQUI

tant in hisce nominibus: Massilia, Mithridates, Catina, cum Græci efferant, Μασσαλία, Μιθραδάτης, Κατάνη. Nobis *Catane*. Incolis *Catania*, Citta clarissima. Colonos eo missos a Romanis auctor est Strabo, lib. vi. pag. 268. Augusti principatu.

KATANAION. Apud Parutam, & KATANAIA N. In his Jovis Hammonis, Apollinis, Plutonis Proserpinam rapientis, Castorum, aliorumque Numinum insculptæ effigies.

KATANAIΩΝ. Apollo columnæ innititur. Ex parte altera Cæsaris Dictatoris & Augusti capita. Strabo, lib. vi. pag. 272. Τὸν Κατάνιον ἀνέλαβεν δὲ Καῖσαρ &c. *Catinam Cæsar Augustus instauravit.*

KATANAIΩΝ. Cereris, cum spicæa corona effigies: itemque Pegasi, apud Parutam, num. xxxviii. Tullius, Verrina i v. *Sacrarium Cereris est apud Catinenses, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe terrarum. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum, &c.*

KAYΔΩΝΙΑΤΑΝ. E Cimelio Regio. Plinius, lib. i i i. sect. xv. *Vestigia oppidi Caulonis*. Stephano: Καυλωνία.... δὲ πόλιτης, Καυλωνιατης. Nunc est *Castel Vetere*, in ulterioris Calabriæ peninsula.

KAYΛ. In Cimelio nostro, cum Jovis Tonantis ac cervi effigie: ex parte aversa cervus iterum, & inversis literis epigraphe eadem, ΛΥΑΚ. Revocat hic nummus in memoriam locum Regii vatis, Psal. 28. 9. *Vox Domini præparantis cervos*: quem de tonitru fragore accipi oportere interpres admonent: cuius metu cervarum partum accelerari vates ait: nec cervarum modo, sed & interdum mulierum, quod uxori Phinees accidisse legimus, i. Sam. 4. 19. Similis a Goltzio in Magna Græcia, tab. xxvii. nummus affertur, in quo figuræ pares, epigraphe gémina, ΚΑΥΛ. & ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΝ.

ΚΕΛΑΔΩΝΙΩΝ. Titi nummūs ē Thesauro Goltzii, pag. 218. Stephanus: Κελαδῶν, πόλις Λοχρίδος τὸ ἐθνικόν, Κελαδωνῆθ.

K E A E N Δ P E N Ω N Nummus Etruscillæ ex Plinio, lib. v.
sect. xii. *Regio Celenderitis cum oppido*, in Cilicia.
Notitia Eccles. pag. 57. in Provincia Isauria, i. Kastri-
dens. Altera Notitia pag. 35. *Keretaplus*, mendose.

K E N E A T Ω N. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio,
cum signo Libertatis & alter, in quo Bacchi effigies.
Vix putem. huc spectare Italæ oppidum, quod Ke-
fearat Straboni dicitur, lib. v. pag. 238. Cetero qui
sint Keretatæ, adhuc incomptum.

K E N T O P I Π I N Ω N, apud Parutam, & in Cimelio no-
stro. Plinius, lib. vii. sect. xiv. *Centuripini*, in Sici-
lia. Oppidum, τὰ Keretaplus Straboni, lib. vii pag. 272.
Nunc Centorbori, juxta montes Ätnæos. Nummi Cen-
turipinorum Jovem Joyisque arnigeram aquilam præ-
ferunt : tripodem Apollineum, citharamque yome-
rem, quo studium arandi signatur in iis fuisse maxi-
mum : quam obrem Centuripinos homines mediterraneos,
summos aratores Tullius appellat, Verrina v. Sunt & in
quibus leo insculptus, &c.

K E P A M I Ω N. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 218.
Plinio, lib. v. sect. 29. *Ceramus*, Cariæ oppidum, in-
ter Cnidum & Halicarnassum, a quo Ceramicos sinui

nomen: *Golfo di Castel Marmora*.
K E P A C O Y N T L Ω N. Vide **T I A N Ω N**. Plinio, lib. vi.
sect. xv. ultra Cappadociam, in Ponti, oppidum Ce-
rasus, unde cerasa cognominata.

K E P A Y N I E Ω N. Goltzii nummus, e vetere Græcia. Pli-
nius, lib. xii. v. sect. xxii. *In Achæa maxime circa*
Corcyram abigi partum &c. Athenæus, lib. i. pag.
31. *Hæc est Kepulaiæ* Ἀχαιæ. Theophrastus, lib. ix.
hist. cap. xx. unde hæc mainarunt: Ηλιανὸς εὐτελος
οργη μελισσæ Kapuia &c. Älianuſ, lib. xiiii. Var-
ii hist. cap. v. i. *Ei δι' Αχαιας κεραυις* &c. Atque hoc
quidem postremum nomen sincerissimum esse num-
mus hic testatur, quem Nonnius ad Cypriorum nes-
cio quodd oppidum perperam refert. In eo nummo
luita cum palinis: in parte yersat, victori Olympico
certamine in bigis, cui a victoria corona imponitur.

ΚΕΡΔΙΑΟΥ. E Cimelio Regio. Oppidum, si tamen id oppidi nomen, adhuc incomperi situs.

ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ. Antonini Pii & Commodi nummi. Ceretapæ meminit Philostorgius. Notitia Eccles. antiqua, pag. 27. in Phrygia Capatiāna, Κερετάνα. At pag. 49. δι Κερίας. Et apud Leunclavium, pag. 94. Χαρεπόπων: utrobique mendose. In Commodo nummo apud Occonem, pag. 332. Hercules stat.

ΚΕΦΑΛΗΝΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 218. Plinio, lib. i v. sect. xix. *Cephalenia*, ante Αἴτολιαν & Echinadas insula, hodie *Cefalognâ*. A Cephalo Deionei F. nomen habuisse Pausanias prodidit, in Atticis, pag. 36. Incolæ in nummis equum signabant, teste Polluce, lib. ix. cap. vi. Κέφαλλιος ἵππος τῷ μηδουματικῷ εγένετον.

ΚΕΦΑΛΟΙΔΕΣΙΩΝ. Nummus Caii Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Plinio, lib. i i i. sect. x i v. *Cephalædis*. Incolis, *Cefalù*, *Citta Placentissima*. Tullio, Verrina i i i. *Civitas Cephalæditana*.

ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ. Apud Parutam: In his Mærcutius, Hercules, Juppiter ipse insculptus.

ΧΗΒΗΚΚΙΤΩΝ. (vel potius ΧΗΒΗΚΚΙΕΩΝ) In nummo Philippi Patris. Oppidum Lyciae fuit Cebessus, vel Cabessus, Hellanico apud Stephanum. De altero ΧΗΒΗΚΚΙΤΩΝ numismate dicemus in nummis ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ.

ΧΗΡΙΝΘΙΩΝ. Goltzianus in Græcia vetere nummus, Tab. x i. Plinio, lib. iv. sect. x x i. *Cerinthos*, in Eubœa insula oppidum. Seder in eo nummo Apollo cum lyra: ex parte altera caput ejusdem laureatum: De cultu Apollinis in ea insula, vide ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ.

ΚΙΑΝΩΝ. Nummus perantiquius, quem vidimus, in quo prora navis: ex parte aversa Cii caput, qui socius Hercules fuit, oppidi conditor, ut auctor est Strabo, lib. xii. pag. 564. Adiecta hæc in eo nummo epigraphe, ΤΟΝ. ΚΤΙΣΤΗΝ. Conditorem cives εἴπυνσαν.

ΕΠΙ. ΑΡΧΙΕ. ΚΛΑΥ. ΒΙΑΝΤΟC. ΚΙΑ. Επὶ ζεχερέως Κλαυδίου Βιάτος. Κιάρος. Domitiani apud Spanhem, pag. 693. e Gaza Medicea.

KIANΩN. M. Aurelii, Faustinæ junioris, Caracallæ, & Trænquillinæ nummi. Plinius, lib. v. sect. XL. Cios amnis cum oppido ejusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiae, &c. Hodiè incolis Chorafia, Turcis Cheris, a cerasorum ibi copia.

KIBYPATΩN. Nummus Ælii Cæsaris, quem vidimus: & alter Diadumeniani, in Cimelio Regio, cum Fortunæ stantis effigie. Gordiani, in Cimelio nostro. Plinio, lib. v. sect. XXIX. Cibyratarum juga, & Cibyratica jurisdictio. Ipsum oppidum Phrygiae est. Cariæ tamen adscribitur in Notitia Episcopatum Hieroclis, pag. 17. & pag. 33. Et in Conc. CP. I. Leontius Cibyrensis subscriptit, e Prov. Cariæ. Plura vide in notis ad Plinium, loc. cit. Civitas Cibyratica apud Asiam, a Tacito vocatur, lib. i v. Annal. cui motu terræ labefactæ ut subveniretur remissione tributi in triennium, senatusconsultum Tiberii jussu factum refert.

KIABIANΩN. ΤΩΝ. ΑΝΩ. Cilbianorum superiorum. Numinus Juliæ Domitiae, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. XXXI. in Ionia, Cilbiani inferiores & superiores. Quem locum numimi hujus auctoritate atque admonitu sanavimus, cum vitiosa prius interpunctione legeretur, Cilbiani, inferiores & superiores Mysomacedones. Idem Plinius paulo antea Cilbiana juga appellari ea monet, in quibus Caystrus oritur, quo amne Ephesus alluitur. Vide ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Esse porro Græcorum morem ἡρωὶς τὸν κατάτοντα, superiorem, inferioremque provinciam discriminare, sciunt qui vel tantillum Græce sciunt. Sic apud Gruterum, pag. LXIX. 8. ΜΥCΙΑC. ΤΗC. ΚΑΤΩ: Hujus autem rei admomone venit in mentem vetus inscriptio, quam Sponius attulit, libro inscripto Gallice, *les Recherches de l'Antiquité*, nec tamen intellexit, pag.

143.

IOVI. O. M.
CETERISQ. DIIS.
DEABVSQ. IMMORT.
TIB. CL. DEMETRIVS.

Hoc est, Iovi Optimo Maximo, ceterisque Diis Deabusque Immortalibus, Tiberius Claudius Demetrius, domo Nicomediensis, Vir Egregius, Procurator Augstorum Nostrorum, item ducentesimæ Episcepsenos Choræ inferioris. Ubi Chora inferior, Alexandriae Ægypti circumiectus ager vocatur, Ptolemaeo teste, ubi de Delta, fluminibusque, quæ inferiorem Ægyptum rigant: Καλαῖται ἡ κονδύη τοῦ ποταμοῦ ΧΩΠΑΚΑΤΩ. Unde lucem ei Pliniano loco attulimus, e libro xiiii. sect. ix. Una eiarum palmarum arbor in Chora esse traditur, cui voci quæ vis subesset, Plinianis ad hunc diem interpretibus latuit, Pintiano etiam censente in Charace legi oportere. Quin & alteri ejusdem scriptoris loco fecimus medicinam, libro nempe vi. sect. xxxix. Syria Cœle, Pelusium, Ægypti inferiora, quæ Χωρα vocatur Alexandriae. Cum prius legeretur, MSS. codicibus invitis, inferiorque ora quæ vocatur Alexandriae. Denique, ut & id obiter dicamus, Duchenisimæ procurator in inscriptione ea Demetrius appellatur, ut in aliis apud Gruterum, pag. ccccxcv. Procurator decimæ: pag. ccccxxvii. Procurator vicesimæ, &c. Utrumq; tamen Duchenarius sit appellatus, ut Sponius voluit, amplius considerandum. Quam sit enim ambigua vox ea Duchenarius, ex Gothofredo intelliges, in lib. xii. Cod. Theod. tit. vii. de Exacti- nibus, leg. i. ubi de Duchenariis exactoribus agitur. Episcepsin certe credimus appellatum esse tractum eum, quo Procurator quisque vectigalia & tributa exigeret. Gallis est vulgo, l'Electio. Et cum vox ea Græce θη- ορεῖς Inspectionem sonet, inspectores inde nominatos esse suspicamur, eosdeinde fortassis Censitores, Per- & quatoresque dictos, quod prædiis inspectis & adæqua- tis invicem, ea sublevarent, quibus esset gravius ad- scriptum onus: quæ censita levius, gravarent. De his enim

enim titulus exstat in Cod. Justin. lib. x i. tit. LVIII.
De Censibus, & Censoribus, & Peræquatoribus, & Inspectoribus. Idem Græcis ἐπόπαι, & ἐξισταὶ, & ab ἐπονέψι forte, ἐπίσωποι & χρέας. Cui voci affinis Chorrepiscorum in Ecclesiastico regimine appellatio est, dispari officio ac munere. Novellæ Theodosii, tit. XVI. de postulando, &c. *Nihil advocatis provinciarum vel spectabilium judicum quis existimet injungendum, nulla eis inspectio, nulla ingeratur peræquatio, &c.* Cave interim eidem Sponio credas ducentesimæ mentionem apud Capitolinum fieri in Antonino affirmanti, his verbis: *Procuratores suos modeste suscipere tributa jussit ducentesima:* nam ejus vocis *ducentesima*, apud eum scriptorem, nec vola, ut aīunt, nec vestigium est.

ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ. ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. Juliae Domnæ. Διοφάντου Prætoris est, vel Scribæ, nomen.

ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. ΝΙΚΑΕΩΝ. *Cilbianorum Nicænum:* quorum urbs forte Nicopolis, Provinciæ Asiacæ adscripta, in antiqua Notitia Eccles. pag. 27. Vide **ΝΙΚΑΕΩΝ. ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ.**

ΚΙΛΙΚΩΝ.

K. K. Ara intermedia, in Hadriani nummo, apud Patinum, pag. 197. Ex ara palmæ existunt, eidemque globus impositus: quæ symbola ludos & sacra indicant pro incolumitate Reip. & orbis Romani felicitate suscepta a communi Ciliciæ, ut remur: sic enim visum est has litteras interpretari, quæ haētenus latuere, **KOINON ΚΙΛΙΚΙΑΣ**, ut supra **KOINON ΒΕΙΘΥΝΙΑC.** Et in nummo Tarsensium, in quo Templi effigies, sine ullo notarum compendio, **TAPCΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. KOINON. ΚΙΛΙΚΙΑC.** quo de nummo dicemus suo loco.

ΠΡΟΝΟΙΑ. K. B. Providentiæ typus, habitu muliebri, læva hastam puram gerit, dextra ciconiam, non minus providentiæ, quam pietatis symbolum. At litteris istis Patinus, loc. cit. annum Hadriani vicesimum secundum signari arbitratus est, falso: cum absit littera L. quæ λυκεῖστα, hoc est, annum sonat, quamvis ea

nunquam ab Hadriani nummis, quibus anni principatus ejus signantur, absit. Quid quod nec vicesimum secundum Hadrianus videt annum? qui diem extremum obiit, cum imperasset annos xx. & menses undecim. Testis Xiphilinus in ejus vita: Καὶ ἐμονάρχησεν ἔτη εἴκοσι καὶ μῆνας ἑνδεκα. Eusebius quidem in Chronico, annos habet unum & viginti: sed numero utitur solidō, & ut aīunt, rotundo. Spartanum errasse, qui imperasse dixerit annis xxii. mensibus xi. jam alii ante nos viderunt. Eutropium, & Victorem, quod sunt subobscuri, nec satis accurati, nihil moramur. Vel unius nos Ptolemæi commovet auctoritas, scriptoris diligentissimi, in signandis præcipue temporum notis. Aīt ille igitur, lib. xii. Almag. sub ipsum initium, observatam a se Jovis stellam fuisse anno Hadriani vicesimo primo, Phaothi mensis Ægyptiorum die xiii. Iterumque primo Antonini anno, mensis Athir secundum Ægyptios die xx. Intervallum a priore observatione ad alteram fuisse anni unius, & dierum xxxvii. Prior igitur observatio contigit, die xxxi. Augusti more Romano, altero jam mense anni vicesimi primi principatus Hadriani: posterior viii. Octobris, cum jam in imperio tertium mensem ageret Antoninus. Unde efficitur Hadrianum in imperio vicesimum primum non omnino confecisse annum, sed mensem ei unum defuisse. Hæc nos paulo uberioris alias, in parte scilicet nummorum Historica, ubi & de Gruteriana inscriptione acturi sumus, qua Tribunicia Potestas xxii. Hadriano tribuitur: & simul planius ostensuri, qua ratione Ptolemæus, omnisque Astrologorum schola Imperatorum annos ex alio capite repeatat, quam vulgus historicorum: cum hi fere ab eo die qui natalis illis imperii fuit, vel quo decessor obiit, annos Cæfarum computent: Astrologi a primo die proximi mensis Thoth, sive antecedentis, sive subsequentis. Verum ut ad nummum redeamus, quid est igitur quod sub his litteris K. B. mysterii latet? Nihil, opinor, aliud, quam *Kιλίκων* vel *Kιλικίας δευτέρας*, *Secundæ Ciliciae*: ut ab

hujus provinciae incolis cūsum hunc nummum intelligamus. Sic enim inferius, ΠΡΩΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, *Primæ Macedonum* regionis, ex Goltzio legas. Divisam Ciliciam in Provincias duas, Primam videlicet, & Secundam, ex iis liquet, quæ in nummis ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ diximus. Scio nihilominus fore qui vitilitigent, affirmentque nihil esse causæ cur Cilicibus potius, quam Cappadocibus, hunc nummum adscribamus. Vulgatum enim proverbium esse, Τελαράτης καί Καταπαδόνες scilicet, Κιλικες, Κρῆτες. Atque adeo priore quoque nummo, ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ posse pariter commode legi, vel ΚΟΙΝΟΝ ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ. Posteriore, Καταπαδονιας δευτερος: cum in Notitia Eccles. pag. 35. legatur Ἐπαρχία Καταπαδονιας β. Καταπαδονιας. Ηγεμόνα. Provincia Cappadocia secunda sub Praefide, cuius caput Tyana fuere. Si si certis probent argumentis ad quos hi nummi spectent, adstipulatores nos suæ sententiæ & conjecturæ sunt haud ægre sane habituri.

ΚΙΛΙΚΩΝ ΑΓΥΛΟC. *Cilicum Asylus.* Caracallæ nummus e Cimelio Regio.

ΚΑΑΖΟΜΕΝΩΝ. Nummus e Museo nostro, cum arietis decumbentis effigie, & capite Palladis. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Clazomenæ*, in Ionia. Hodie *Kelisman* incolis, quæ vox appellationis antiquæ vestigium aliquod retinet. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 27. Κλαζομένη.

ΚΛΑΖΟΜ. Caput Augusti. Ex parte aversa, ΘΕΑ. ΛΙΒΙΑ. *Dea Livia*, Augusti conjux. E Cimelio Regio.

ΕΠΙ. ΗΓΕΜΟΝΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. ΚΛΑΖΟΜΕΝΩΝ. Sub Praefide *Asclepiade Clazomenarum.* Claudii nummus e Gaza Regia. Hujus filius in nummo ΚΑΔΟΗΝΩΝ *Meliton Asclepiada F.* appellatur.

ΚΛΑΖΟΜΕΝΩΝ. ΣΤΡ. ΦΙΛΩΝΟC. ΔΑM. ΤΟ. Β. Serapidis sedentis effigies. **ΙΟΥΛΙΑ.** ΔΩΜΝΑ ΣΕΒΑСΤΗ E Cimelio Regio. *Praetore Philone Damasia*, vel *Damasia F.* iterum.

ΚΛΑΖΟΜ: Getæ nummus majore forma, ex eadem Gaza.
ΚΛΑΡΟΣ.

ΚΛΑΡΟΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Vide ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.
ΑΡΤΕΜΙC. ΚΛΑΡΙΑ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Domitianus nummus e Cimelio Regio, cum Diana effigie. Plinio, lib. v. sect. xxxi. in Ionia. *Apollinis Clarii fanum.* Coniunctis ubique fere utriusque Numinis cultus, Apollinis ac Diana. Nummum hunc mutilum Patinus affert, pag. 164.

ΚΛΑΡΙΩΝ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Trajani, in Cimelio Regio. Plinio, loc. cit. *Colophon: inde Apollinis Clarii fanum.* Est & apud Tristanum, tom. i i. pag. 538.

ΑΡΤΕΜΙC. ΚΛΑΡΙΑ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ. Ejusdem Trajani. *Diana Claria Colophonias.*

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΠΙ. ΜΑΡΚΟΥ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. *Claudiopolitarum, sub M. Plancio Varo Proconsule.* Vespasiani principatu in Nicænsum nummo *M. Plancius Varus Proconsul* pariter appellatur: ut ejusdem Provinciæ & hanc Claudiopolim fuisse, in qua & Nicæa fuit, hoc est, Bithyniæ, vel ex eo uno argumento intelligas: non Isauriæ, in qua colonia altera ejus nominis fuit. Vide ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Domitiani nummus apud Platinum, pag. 164. nunc Cimelii Regii: cum Jovis sedentis effigie, fulmen dextra, læva hastam tenentis.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΩC. Hadriani e Cimelio Regio, in quo mulieris sedentis effigies. Ex hac Claudiopoli, cui & alterum nomen Bithynium fuit, oriundum Antoniū ferunt, quem Hadrianus adamavit.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚ. Antonini Pii nummus, cum Æsculapii effigie, ac serpente, qui baculo, quem manu gestat, involuitur. Sic enim legi optere nummum auguramus, quem affert Occo, pag. 268. legitque ΜΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, exesa nempe priore littera, quam non vidit: e duabus deinde sequentibus, ΛΑ, una conflata Μ.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΟ. Κλαυδιωπολεῖτῶν

Nεωρόων. Caracallæ nummus, quem Tristanus perperam legit, tom. i i. pag. 214. **ΝΕΟΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ:** cum in exteriore nummi ambitu **ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ** scriptum sit, interiore aream vocula **ΝΕΟ.** obtineat, & a priore plane divulsa, & minore characterum forma exarata. Sic paulo antea vidimus, **ΘΥΑΤΗΡΕΙΝΩΝ.** **ΝΕΩΚ.** In isto vero Claudiopolitarum nummo ara est, cui serpens, Aesculapii typus, insidet: ut ad eosdem Claudiopolitas referri hunc nummum oportere palam sit, ad quos superior Antonini spectat.

ΚΛΕΩΝΑΙΩΝ. Getae nummus, e Cimelio Regio, cum Palladis effigie. Pausanias in Corinth. seu lib. i i. operis sui, pag 57. Εν Κορίνθῳ δ' εἰς Ἀργος ἐρχομένῳ Κλεοναὶ πόλις ὡστὴν οὐ μεγάλην. Πάντα ἡ τῇ Πέλοπος Κλεώνει λέγουσιν Ενταῦθῃ ὡστὴν ιερὸν Ἀθηνᾶς, τῷ ἡ ἀγαλμα Σκύλλιδος τέχνη καὶ Διποίνου μαθηταῖς ἡ τῇ Δαρδαλίου σφᾶς &c. A Corintho Argos eunti occurruunt Cleonæ, urbs haud atique magna, a Cleone dicta, quem Pelopis fuisse filium tradunt In ea Palladis aedes est, & simulacrum, Scyllidis & Dipæni arte factum: ac fuisse eos Dædali discipulos aiunt. De his artificibus, eorumque signis e marmore prolixe Plinius, lib. xxxvi. sect. i v. ubi & Minervæ simulacrum ab iis elaboratum in primis laudatur, & aliis eorundem operibus refertæ Cleonæ fuisse dicuntur. De urbis nomine ac situ idem Plinius, lib. i v. sect. vi. Cleonæ, in Achaia: a Corintho stadiis Lxx. ut scribit Eustathius in Homer. Iliad. β. pag. 291. post Strabonem, lib. viii. pag. 377. qui se ab Acrocorintho urbem eam prospexitse ait.

ΚΑΥΠΙΕΩΝ. **ΝΕΩΚΟΡΩΝ.** Galbae nummus e The sauro Goltzii, pag. 218. Plinio, lib. v. sect. i i i. **Zi berum Clupea**, in Africa propria, seu Zeugitana re gione. Nunc Zafaran, ut recte Marmolius.

ΚΝΙΔΙΩΝ. Nummi M. Aurelii, Faustinæ junioris, & Caracallæ. Plinio, lib. v. sect. xxix. in Caria, **Gnidos libera**, **Stadia appellata.** Quod ad postremam hanc appellationem attinet, **Σταδίας**, etiam Rhodo, quæ

Gnido adversa objacet, communis fuit, teste Strabone, lib. xi v. pag. 653.

K N I Δ I Ω N. E Museo nostro : in quo nummo Bacchi caput insculptum, cum corona ederacea : uva, ex parte aversa. Geminum vini feracitatis in eo tractu symbolum. Strabo, lib. xi v. pag. 637. Κνίδος, καὶ Σμύρνα, ἐπὶ ἀλλοι ὀστυμότερη τὸ ποι Αγριόρως χρυσουοστιν, ἢ τεχνὴς ἀπόλαυσιν, ἢ τεχνὴς Αγριτας ιατρικές. Cnidus, Smyrna, aliaque obscuriora loca vino excellunt, sive ad jucunditatem, sive ad usus medicos requiras.

K N Ω Σ I Ω N.

K N Ω Σ I. In Museo nostro, cum effigie labyrinthi, quem apud Gnosios fuisse, ait Seneca in Hippolyto, Plutarchus in Theseo, Philostratus, lib. i v. de vita Apollonii, cap. xi. Quanquam alii Gortyne statuunt. Adiecta præterea vocula, A P. hoc est, Ἀρτέμιδος, cuius expressum caput in aversa nummi parte. Ea in Creta religiosissime colebatur, Βειτόμαρπτος & Δίκτυνα dicta. Hesychius : Βειτόμαρπτος, εἰς Κρήτην ἡ Ἀρτέμιδος. Solinus, cap. xvii. *Cretes Dianam religiosissime venerantur*: Βειτόμαρπτον gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat Virginem dulcem. Nam Βειτόνη dulce, μάρπτη virgo Cretensibus fuit. Hesychius : Βειτόνη, γλυκῶ, Κρῆτες. De oppido Plinius, lib. i v. sect. xx. *Gnossus*, Cretæ opidum.

K N Ω Σ I E Ω N Δ I S Ν E Ω K O R Ω N. Cum labyrintho. Ex parte altera: ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *Imp. Cæsarem Augustum.* Apud Tri stanum in Augusto, pag. 93.

K O L O Φ Ω N I Ω N. Diadumeniani, cum effigie amnis Halefi, quo Colophon civitas alluitur.

K O L O Φ Ω N I Ω N. E P I. C T P. Κ A Λ Α I N E I K O Y.

Sub Praetore Callinico. Gordiani Pii, apud Patinum, pag. 375. cum Apollinis Colophonii, seu Clarii icone. Sedet is, laurumque dextra, læva citharam gerit. Pausanias in Achaic. pag. 210. Εἶ δὲ τῇ Κολοφωνίᾳ ἀλσος τὸ διατεταμένον θύμηρα μελιαῖς καὶ οὐ πόρρω τὸ ἄλσος. Άλις ποταμὸς, &c. *Apud Colophonios lucus visitur Apol-*

*linis, fraxinis condensis. Ab eo non longe fluvius Ha-
les, &c.*

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΚΑ. ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ.
ΙΕΡΕΩΣ. ΙΩΝΩΝ. ΤΟ. ΚΟΙΝΟΝ. ΙΩΝΩΝ.
Colophoniorum. Sub Praetore Claudio Callisto, Sacerdote Ionum. Commune Ionum. Treboniani nummus e Cimelio Regio, quo in nummo fanum commune Ionum, sedente in medio fano Apolline Colophonio, stante inferius ante aram bove, quæ mactanda ei Deo hostia: viris in orbem tredecim, manus ambas supplicum more, vel plaudentium potius, porridentibus: qui tredecim Asiae civitates, quibus Ionum commune constabat, omnino repræsentant. Vide verbo ΡΟΔΙΩΝ, quæ dicturi de eo nummo sumus, in quo ΚΟΙΝΟΝ ΓΙΠΟΛΕΩΝ. Fuit autem ei Sacerdoti Callisto nomen, ut in nummo subsequente, qui Volusiano Principe Treboniani F. cusus est.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ Volusiani nummi apud Patinum, pag. 400. nunc Cimelii Regii. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΚΑ. ΚΑΛΛΙΣΤ. *Sub Praetore Claudio Callisto.* Et ΕΠΙ. ΣΤΡΑΥΡ. ΑΘΗΝΑΙΟΥ. *Sub Praetore Aurelio Athenaeo:* non uti reddit Patinus, *Atheniensi.* Apollo ibi cum lauro fraxinove sedet, & cithara. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Colophon, Haleso affluente: inde Apollinis Clarii fanum,* in Ionia: nunc diruta. Vide ΚΛΑΡΟΣ.

ΣΤΡΑ. ΠΟΜ. Ι. ΣΕΒΗΡΕΙΝ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ.
Praetore Pomponio Iulio Severino. Gallieni, e Cimelio Regio.

ΚΟΛΑΧΩΝ. Apud Goltzium in Asia, Tab. I. Sed haud dubie ΓΟΛΓΩΝ legi ab eo oportuit, qui nummos inspexit. Nam in his Venus insculpta, seu armata, seu laureata: & ex parte aversa Veneris seu Luciferi stella, quam Leo gradiens respicit: nomenque Praetoris adjectum ΔΩΡΟΘΕΟΣ: quæ sunt omnia a Colchorum lingua, & moribus aliena. At Golgi in Cypro sacrum Veneri oppidum fuit. Catullus, in Epithal.

Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosum.

Γόλγοι πόλις Κύπρου Stephano: unde & Ἀφεδίτη Γόλγοια.
KOMANΩΝ Pisidia.

ΙΕΡΟΚΑΙC A P. KOMANΩN. Severi nummus e Ci-
melio Regio: quem Comanensi in Pisidia oppido id-
circo adscribimus potius, quam Cappadocico, Pon-
ticove, quod vicinus illud multo sit Hierocæsariensi,
quicum initum fœdus, sive ὄμονοια hoc nummo signifi-
catur. Est enim in Lydia Hierocæsarea: in Pisidia,
qua Pamphyliam hæc attingit, Comana, teste Ptole-
mæo, lib. v. cap. v. Et in Notitia Eccles. Prov. Pam-
phyliæ, pag. 31. Κύμανα censetur. Additas porro in eo
nummo has notas vidimus, E T. B O P. quibus an-
nus signatur εθ', hoc est, CLXXII. nempe, ut qui-
dem arbitramur, post restitutam Hierocæsaream, ce-
lebrataque ejus oppidi encænia, quadriennio post
quam Tiberii largitione sublevata est, ut diximus in
nummo CIVITATIBVS. ASIAE. RES-
TITVTIS. Sic enim ab anno CCCXXX. quo
Constantinopolis Nova Roma dicata a Constantio
Imp. fuit, numeratos Urbis ejus annos, recte Sponda-
nus animadvertisit, ad annum MCCCIV. Itaque hæc
Hierocæsariensem æra cœpit anno Tiberii octavo,
Urbis DCCLXXIII. a quo si numerentur anni CLXXII.
occurret annus Severi primus, Urbis DCCCCXLV.

KOMMAGHNΩN. Nummus est e Museo nostro, cum
scorpione, in laurea: in parte altera legitur, ΑΝ-
ΤΙΟΧΟΣ. ΜΕΓΑΣ. ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Fuit hic An-
tiochus Commagenorum regulus, qui filiam connubio
junxit cum Alexandro filio Tigranis, ejus quem Nero
præfecit Armeniæ. Plinius de Commagene, libro v.
sect. xx.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΟΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. An-
tiochi supradicti filia. Nummus antiquus apud Segui-
num, pag. 59. cuius ex aversa parte, KOMMAGHN-
ΩN.

KOMMAGHNΩN. Ancoræ effigies. Ex parte aversa,
PICTIC. Fides. Junctæ manus cum caduceo.

KOP. L. IA. Κοπίτη, λυκόβατος ia. Hadriani Principis
anno

ILLUSTRA T I.

257

anno undecimo. *Coptos* Plinio, lib. v. sect. x i. unde
& *Coptites nomos*, sect. ix. in *Ægypto*.

KΟΠΤΙΤ. Isis stans. ΑΥΤ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. ΣΕΒ.
ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Αὐτοκράτωρ Νερύνας Τραϊανὸς Σεβα-
γὸς Γερμανικὸς Δακικός. Trajani, e Cimelio Regio.

KΟΡΑΚΗΣΙΩΤΩΝ. Hadriani nummus e Cimelio Re-
gio. Plinio, lib. v. sect. x x i. *Coraceum*, in Cilicia.
Κορακήσιον Straboni, lib. x i v. pag. 668. In Notitia
Eccles. pag. 31. Pamphyliæ adscribitur.

KΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Ex parte aversa, ΖΕΥΣ ΚΑΣΙΟΣ.
Nummi quos affert Andr. Marmora, lib. i. hist. Cor-
cyra. Plinius, lib. i v. sect. x i x. *Vrbs Corcyra, liberæ
civitatis, cum oppido Cassiope, temploque Cassii Iovis.*
Hodie *Corfou*, ab arce quæ Κορυφῶ apud Nicetam,
lib. i i i. Στὸ δὲ κορυφῆς. Est enim in loco in primis edi-
to. In nummis Caracallæ, aliisque, e Gaza Regia,
navis insculpta plenis velis fertur : felicitatis symbo-
lum.

KΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Bos cum lactente vitulo : agri pas-
cuis opimi index. Apud Goltzium in insulis Græciæ,
Tab. i.

KΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Cum uva, & cantharo, Bacchi sym-
bolo : cuius ibi delubrum fuisse auctor est Thucydides.
Durat hodieque Corcyrae vini commendatio.

KΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Navis, ut supra. Balbini nummus,
apud Tristananum, tom. i i. pag. 487.

KΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Severi nummus e Museo nostro, in
quo Pegasus insculptus: quod fere Corinthiorum in-
signe est. Fuere porro Corcyrae Corinthiique socii:
quare communi consilio Apolloniam in Epiro condi-
derunt, teste Strabone, lib. vi i. pag. 316. Ἀπολλωνία
πόλις Κορωνάτη, κτίσμα Κορενθίων ή Κερκυρείων. In
parte nummi altera, Α. Κ. Λ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟΣ.
Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αὐτοκράτορ Σεπτίμιος Σεπτεμέσ. Imp. Ce-
sar L. Septimius Severus.

KΟΤΙΑΕΩΝ. Claudii nummi, e Gaza Regia, Caracallæ,
& Alexandri Severi. Et Getæ similis a Tristano af-
fertur, tom. i i. pag. 207. in quo Bacchi Satyrique

Kk

effigies, palmitem lœva gestantis, quo vini feracem agrum eum esse intelligimus. Epigraphæ pœne exesa, id tantum reliquum exhibet, ... X. KOTIAEΩΝ, quod ex parte saltem sic supplendum statuimus, APX. KOTIAEΩΝ, Ἀρχερέως Κοτιαέων, quisquis ille demum fuerit, Pontifice Cotyaënsium, vel Sacerdote. Pontifices vel Sacerdotes appellabantur ἐκάγιοι ἐπαρχιαὶ δέχερεις, qui totius provinciæ templa, & sacra curabant. Flamines, qui in singulis oppidis ac municipiis Deorum sacra procurabant. In Caracallæ nummo e Museo nostro, APX. KOTIAEΩΝ, cum eadem Bacchi effigie. Plinio, lib. v. sect. XLII. *Cotyaeion*, in Phrygia. Stephano: Κοτιδεον.... πὸ θύμον, Κοτιάδης. Phrygiæ, quam Ἐπίκηπτον vocant, sive minorem, id oppidum fuit, teste Strabone, lib. XI. pag. 576. Phrygiæ Salutaris, Hierocli in Notitia, Eccl. pag. 17. ubi ὁ Κοτιάνος mendose nunc legitur, pro ὁ Κοτιάνος.

KOTIAEΩΝ. ΕΠ. ΙΟΥΛΙΟΥ... Sub Julio... Nummus Agrippinæ Claudiæ, ex eodem Cimelio. Cybeles sedentis effigies, quæ Dea Phrygum peculiaris.

ΕΠΙ. ΓΡ. ΑΙΔ. ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ. ΙΠΠΙ. ΑΡΧ. KOTIAEΩΝ. Ἐπὶ Γερμανικῶν Αἰλίου Δημητρίου διώπιον, δέχερέως Κοτιαέων, sic legi malim quam αὐρχότος. Sub Scriba Aelio Demetriano Hippia, vel Hippiae F. Pontifice Cotyaënsium. Valeriani & Gallieni nummi, e Cimelio Regio. Vide XIΩΝ.

ΕΠΙ. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΑΡΧ. KOTIAEΩΝ. Ἐπὶ Διογένους Διονύσου δέχερέως Κοτιαέων. In eodem Cimelio, Gallieni Augusti. Cybele leoni insidet.

KPANIΩΝ. In vetere Græcia Goltzii, tab. xv. Nonnius in eum locum, qui Κερένοι fuerint, quo terrarum situ positi, incompertum sibi fatetur. Fuere Κερένοι teste Thucydide, lib. I. pag. 119. & Strabone, lib. x. pag. 455. in insula Cephalenia: de qua Plinius, lib. iv. sect. xix. *Cephalenia* Same diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Fuere nimirum omnino quatuor, quorum cives a Livio appellantur Nesiotes, Cranonii, vel Cranii, Pallenses, Samæi. Idcirco περιπολις

Cephalenia appellata ab Eustathio, pag. 307. & Strabone, loc. cit. Direpta Same a Romanis, M. Fulvio Cos. Imperatore, Samæos omnes sub corona veniisse, idem est auctor cap. xxxvii. pag. 478. Contigit hæc clades anno V. C. DLXV. Stephanus: Κεφαλίου, πόλις ἡ Κεφαλλία τῇ νήσῳ.... τὸ ἔθνος, Κεφαλίδης. Ex Thucydide, aliisque scriptoribus, & nummis, Κεφαλίοι verius dici oportuit. Cephaleniam hodie Veneti *Cefalogna* vocant. In eo nummo Apollo laureatus, & ejusdem Dei ex parte aversa lyra insculpta.

KRATIEΩΝ & **KRHTIEΩΝ**. Vide **ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ**.

KRHΣIEΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 219. Stephano: Κρήσιον, πόλις Κύπρου.... τὸ ἔθνος, Κρησίδης.

KRHTAΓENΗΣ. ΖΕΥΣ. Vide **ΓΑΖΑ**.

KRHTOPOLITΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 219. Κρητῶν πόλις Pamphyliæ urbs est, Diodoro, Polybio, Ptolemaeo.

KRHTΩΝ.

ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. KRHTΕΣ. EKOPATY.

Caput Augusti, in nummo pereleganti ex argento, quem Seguinus affert pag. 113. Nunc est Cimelii Regii. Ex parte altera, Tiberii caput, cum epigraphe, ΤΙΒΕΡΙΩ. ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. ΓΟΡΤΥΝΙΩ. pro Γορτυνίᾳ, quod alibi quoque adnotavimus: et si Γορτυνία legit Seguinus, aitque jus civitatis suæ Tiberio Gortynienses concessisse, quod & incredibile & insulsum videtur. Sed & affert idem nummum alterum pæne similem, cuius epigraphen alteram hujusmodi ait esse: **ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. K. ΓΗΓΩΝ. EKOPATY.** Hanc vero vocem **EKOPATY**, quæ in utroque nummo occurrit, sibi incompartam: priorem porro **ΚΓΗΓΩΝ** sic a se accipi, ut sit **K** pro **Κρῆτη**, mox **γῆ γῶν** pro **terra terrarum**: quod a quoquam vel Latine dici vel Græce nisi perabsurdè, vix putem. Certe γῆ γῶν γᾶς γὰς ne quidem ars Græci sermonis patiatur: nec **terra terrarum** mens fana. Memini me fane in vetustis inscriptionibus apud Gruterum, pag.

MXCII. splendido Cretam affici titulo ΤΗΣ. ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗΣ. ΤΩΝ. ΝΗΣΩΝ, *Reginæ Insularum*. At γῆς γῶν nusquam. Itaque pro ΚΓΗΓΩΝ legi asseveramus oportere, ΚΡΗΤΩΝ, ut priore nummo ΚΡΗΤΕΣ. In utroque deinde vocabulum istud ΕΚΟΡΑΤ. ex aliis integroribus nummis, in quibus ΕΠΙΚΟΡΑΤΥΠΟΥ legimus, in tres voces distrahi jubemus, Ε. ΚΟΡ. ΛΥ. hoc est, Ἐπὶ Κορηλίου Λύπου, *Sub Cornelio Lupo*. Is enim procul dubio est Cornelius Lopus, quem P. Suillii dolo circumventum, sub Claudio, Tacitus refert, lib. xiii. Annal. quem & Quæstorem antea, quanquam tacito viri nomine, a Tiberio ipso Cretæ præfectum Dio refert, lib. LVII. pag. 701. Τόπε ḥ ἡ Κρήτη, τοδ ἀρχοντος αὐτῆς Σπειρόντος, πατρισίᾳ ἢ τῷ παρέδρῳ αὐτῆς ἢ λοιπὸν ξένοντος οὐδετέλλεται. *Creta, Praefecto vita functo, Quæstori & legato in reliquum tempus mandata.* Appellatur idem Lopus a Seneca, in Apocolyntosi, *Claudi amicus, & Consularis*. Revocat autem hic nummus in memoriam alterum, allatum jam antea a nobis, verbo ΑΡΟΧΕΩΝ, cuius in altera superficie, Tiberii caput, cum epigraphe, ΤΙ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΧΟΠΑ. In altera, caput Augusti radiatum, ΘΕΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΕΛΕΥΘ. Quas quidem voces eo loci sic interpretati sumus, Τιβέριος Καյσαρ Σεβαστός, Αεγχέων, litteris nempe, ut in nummis sæpe contingit, inversis. Deinde, Θεὸς Σεβαστὸς Ἐλευθεροῦ. *Divus Augustus Liberator.* Est nihilominus, qui in priore parte ΕΚΟΡΑ. legi malit: quantumvis X, non K, & A, non Λ, nummus exhibeat, apud Occonem & Patinum, locis a nobis ibi laudatis: ac deinde non Ἐλευθεροῦ, ut nos, interpretetur: sed Ἐλευθερας, Cretæ civitatem. Nostrum tamen nobis magis etiamnum commentum arridet.

KOINON. KRHTΩN. *Commune Cretensem*, in Domitian Hadrianique nummis, e Gaza Regia. In Trajani nummo apud Tristanium, tom. i. pag. 409. Diana venatrixis effigies. In Hadriani, pag. 511. Jovis cum aquila. *Communia sacra, certaminaque, in uno aliquo*

oppido , & fano , decreto totius Cretensium Commun-
nitatis edita , hæc vox KOINON sonat . Quinquen-
nale hoc certamen fuit , ut ex inscriptione vetus li-
quet , apud Gruterum , pag. 1094 . 5. ubi is qui ei præ-
erat , ΖΥCTAPXH C vocatur IEPOY. ΑΓΩΝΟC.
ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟY. ΤΟY. KOINOY. ΤΩN.
ΚΡΗΤΩN. Etiam & ΚΡΗΤΑΡΧΑC idem in nu-
mismatibus appellatur , ut Αστράχης , & Βιθυνίαρχης . Sic
Caracallæ nummus e Cimelio Regio , CMYPNAIΩN.
ΝΕΩΚΟΡΩN. ΕΠΙ. ΚΡΗΤΑΡΧΟY. In quo
figura stans , turrito capite , dextra caduceum gerit ,
læva parvam , sacra certaminaque Cretensium a Smyr-
næis edita significat , societatis , ut videtur , ineundæ
gratia : & sub eo quidem Præside , qui & insulæ illius
indigena , & gentilitia sacra nosset . Vide supra , ΓΑ-
ΛΑΤΩN KOINON , BIΘΥΝΙΩN KOINON ,
& infra POΔΙΩN. Sed forte præstat in eo nummo
legi , ΕΠΙ. ΚΡΗΤΑΡΙΟY , ut sit illud proprium
Prætoris nomen : ut in inscriptione vetere apud Gru-
terum , pag. 1077. CN. CRETA RIVS. Alioqui
in nummis Cretensium , apud Goltzium , ΚΥΔΑΣ
ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ , Dorice , pro ΚΡΗΤΑΡΧΗΣ , cum
anguibus invicem implexis , & ex parte altera , angue e
cista prodeunte , quod AEsculapii , ut dixi , symbolum .
Et vox illa quidem prior , ΚΥΔΑΣ , proprium est , non
oppidi , ut Goltzius existimavit , sed viri nomen : quale
apud Polybium , Livium , Tulliumque occurrit . Poste-
rior præsidem sacrorum certaminumque in Creta edi-
torum sonat . Vide ΚΥΔΑΙΩN.

ΚΡΗΤΑΙΩN , in nummis veteris Græciæ , apud Golt-
zium , cum angue e cista prodeunte , quod AEscula-
pii symbolum . Vide ΓΟΡΤΥΝΙΩN.

ΔΙΚΤΥΝΝA. ΚΡΗΤ. Vide ΔΙΚΤΥΝΝA , ubi &
de Dianæ cultu apud Cretenses egimus .

ΚΡΙΣΑΙΩN. ΝΕΩΚΟΡΩN. Neronis nummus , e The-
sauro Goltzii , pag. 219. Plinio , lib. i v. sect. iv. Si-
nus Crissæus , & oppidum Crissa in Phocide. Stephano :
Κείσα , πόλις Φωκίδος . . . τὸ ἔθνος , Κείσαιθ .

K P O T Ω N I A T A N. E Magna Græcia Goltzii, tab. xxviii. cum Herculis ebrii, spoliisque leoninis insidentis effigie, ac vinum e poculo effundentis. Sed vereor ut hunc X A O N I T Ω N ille nummum ad Crotoniatas temere transtulerit. Vide X A O N I A Σ.

K P O. cum tripode, apud eundem, tab. xxix. Tripodi lauri ramus adjungitur: quo sacra significantur Apollini in eo oppido fieri solita. Nam in tripode sacrificabant aræ loco, ut passim in nummis alis videre est. Acta D. Stephani Papæ, apud Baronium, ad an. cclix. *Tunc iratus Olympius dixit: Extendite eum in catastæ, & maestate fustibus: afferte ante eum Tripodem, & Deum Martem, ut sacrificet.* Acta S. Susannæ: *Admoneri Tripodem jubet, ut thura offerat Iovis, quod statuerat, simulacro.* Est autem, ut Maro cecinit, ac vel pueri novere, *Gratissima Phœbo laurea.* Plinius, libro i i i. cap. x v. *Oppidum Croto.* Stephanus: *Κερτων, πόλις Ἰταλίας εὐσπουδ... οἱ πολῖται, Κερτωνῖται.* Nunc Crotone ad Tarentinum sinum.

K P O T . Ω N H Σ. Ibidem, cum eleganti in primis oppidi mœnibus cincti effigie.

K T H Σ I Φ Ω N T I Ω N. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 219. Stephano: *Κτησιφῶν, πόλις Ἀσυρίας... τὸ ἔθνος, Κτησιφώνιος.* Plinio, lib. v i. scđt. xxx. *Ctesiphon.*

K Y Δ A I Ω N. In nummis Goltzianis, cum templi effigie inter duos angues: ex parte nummi averfa, angue rursum e cista prodeunte, ut in Cretensum nummis. Locus est adhuc incomerti situs, nisi *Κύδας* est πόλις *Κρήτης*, urbs Cretæ Cytaeum, Stephano, Plinioque: quam & *Κύδας*, vel *Κύδαιος* dixerit antiquitas, a conditore Cyda.

K Y Δ A Σ. Juppiter stans inter angues duos, dextra fulmen, læva victoriolam gerit. Apud Goltzium in insulis Græciæ, Tab. v. In ima nummi parte K P H T A P X A Σ, Dorica dialecto, pro K P H T A P X H Σ. Ea vox Cydam fuisse significat Præsidem sacrorum ac ludorum, quos Commune Cretensum ederet, in Jovis honorem. Atque is fortassis Cydas est, de quo Tullius,

Philip. 5. paulo sane acerbius : *At ille (Antonius) legit aleatores, legit exsules, legit Græcos. O confessum iudicum præclarum ! o dignitatem consilii admirandam ! Pavet animus apud consilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audacissimum, & perditissimum. Sed fac ita non esse : num Latine scit ? num ex iudicium genere & forma ? num leges nostras moresvæ novit ? num denique homines ? Est enim Creta vobis notior, quam Roma Cydaæ. Delectus autem & notatio indicum, etiam in nostris civibus haberi solet. Gortynium vero iudicem quis novit, aut quis nosse potuit ?*

KΥΔΑΙΩΝ, & **KΥΔΑΣ**. Nummus geminus e Goltzii Græcia, loc. cit. cuius ex parte altera insculpta aquila: ex altera Jovis caput, & laurea, quod Apollinis insigne est: nam, ut Tullius tradit, lib. 111. de Natura Deor. Alter est, inquit, Apollo, *Corybantis filius, natus in Creta, cuius de illa insula cum Iove ipso certamen fuisse traditur.*

KΥΔΟΥΤΑ. Vide ΘΑΣΙΩΝ.

KΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. Augusti & Claudii numimi. Plinio, lib. iv. sect. xx. *Cydon, in insula Creta. Stephano: Κυδωνία.... ὁ πολίτης, Κυδωνιάτης.* His Augustus post victoriam Actiacam, ob auxilium præstitum, libertatem dedit. Author Dio, lib. L I. pag. 507. *Κυδωνεῖτας.... εἰλέθεροι αὐτοὶ, ὅλι πνεύματα σωματεύοντο.*

KΥΔΩΝ, in Augusti nummis apud Patin. pag. 50. Ibi lupa puerum lactat : Miletum scilicet, Apollinis F. quem a lupis nutritum refert Antoninus Liberalis, Metamorph. 30. Is adultus fugit in Cariam, Miletumque ibi suo nomine condidit. Affert huic nummum similem Goitzius, in insulis Græciæ, tab. vi. sed ab altera parte, Bacchi caput est, ederacea corona cinctum.

TIBERΙΩ. **ΚΑΙΣΑΡΙ**. **ΣΕΒΑΣΤΩ**. **ΕΠΙΛΑΧΗΤΙ**. *Tiberio Cæsari Augusto, sub Lachete, Praetore, vel Cosmo.* **ΣΥΝΚΛΗΤΩ**. **KΡΗΤΕΣ**. **KΥΔΩΝΕΑΤΑΝ**. Senatu*i Cretes Cydoneatæ dedicant.* Caput barbatum velatumque, Sacri Romanorum Senatus insigne. Similis huic alter, inscriptus : **TIBERΙΩ**.

ΚΑΙ ΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΠΙ. ΚΟΡ ΛΥΠΟΥ.
Tiberio Cæsari Augusto, sub Cornelio Lupo: de quo videlicet egimus, verbo ΚΡΗΤΩΝ. Ex parte averfa,
ΣΥΝΚΛΗΤΩ. ΚΡΗΤΕΣ ΚΥ. Caput item velatum: *Senatui, Cretes Cydoneatæ: subintellige, ἀρεθηγαν, posuere. Cæsari simul ac Senatus Romani gratiam, nummo utriusque effigie insignito captabant. Est autem velum, quo Senatus caput obvoluitur, divinitatis symbolum, ut fusi dicturi sumus in nummis ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ.* Hinc passim in nummis hæc occurrit epigraphæ, **ΘΕΟΝ ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ, Divum vel Deum Senatum.** Et **ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟC.** Sacer Senatus. Quare Themistius, orat. xiiii. in Gratianum, nupera nobis edita in lucem, & Notis illustrata, de orbe Romano agens, pag. 18 Πάσις δὲ αὐτὸν λειμῶν "Αττις, inquit, ὁ Ρώμη θητεόπενει, καὶ Σύμχλος αὐτοῖς Θεῶν, οἱ Δῆμος ἡρώων, &c. Quo enim πατέον pratum Ates esset orbis terrarum, quem Roma gubernat, & **SENATVS DEORVM COETVS, & Heroum Populus**, &c. Et Claudianus in sexto Honorii Consulatu, de Romanis Senatoribus:

En quales memini, Turba verenda, Deos.

Carthaginensium similiter Senatum, ad Romani similitudinem, *Sanctum Maro* vocat:

Iura, Magistratusque legunt, sanctumque Senatum. Ut Cydoneatæ porro nummum hunc suum, Cæsari ac Senatui, sic Justinus Martyr Apologiam alteram pariter inscripsit, 'Αυτοκράτερι Τίτῳ Αἰλίῳ Αδριανῷ Αυτονίῳ Ευστέφαι Σεβάστῳ Καισαρὶ.... ιερῷ τε Συμχλήτῳ, καὶ Δῆμῳ πατέρι Ρωμανῷ. *Imp. Tito Aelio Hadriano Antonino Pio Augusto Cæsari.... Sacroque Senatui, & Populo Romano universo.*

ΚΥΔΩ ΚΥΔΩΝ. & ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ, in nummis Graeciarum veteris.

ΚΥΔΩΝ. Bacchi caput pampinis redimitum. Fuere scilicet vina olim, suntque etiamnum hodie, Cretica in pretio: id quod eruditus vir palati sensit Horatius, eo carmine lib. i. ode xxxvi. quæ *Ad Pomponium Numidans*

*midam inscribitur, ob cuius ex Hispania redditum gau-
dio exsilit:*

*Et thure & fidibus juvat
Placare, & vituli sanguine debito,
Custodes Numidæ Deos.*

*CRESSA ne careat pulcra dies NOTA,
Neu promptæ modus amphoræ.*

Quem locum nec vulgus interpretum ante nos intelle-
xit, nec potuit *cx̄ x̄xοζ' λου* non obstrepere, cum *Cres-
sam* notam pro Cretico vino dici pereleganter ab eo
vate primi monuimus: Perinde quasi aut non ibi per-
inde vinum *notæ* nomine intelligi oporteat, atque in
sequentibus ejusdem poëtæ locis: lib. i i. Ode i i i.

*Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore NOTA Falerni.*

Et lib. i. Satyr. x.

Vt Chio NOTA si commixta Falerni est.

Aut alia re carere nolit hanc pulcram diem, quam quæ
bono die alibi promi ipsomet auctore debet: lib. i i i.
Ode xx i.

*O nata mecum, inquit, Consule Manlio,
Seu tu querelas, sive geris jocos,
Seu rixam & insanos amores,
Seu facilem pia testa somnum:
Quocumque lectum nomine Massicum
Servas: moveri digna BONO DIE,
Descende, Coruino jubente,
Promere languidiora vina:*

Non iisdem, amabo, lætitiae argumentis exigi pulcram
diem jubet, ob adventum Numidæ, ac diem bonum,
ob Coruini Consulatum? Adde & festum diem, Ode
xxviii. Neptuni videlicet:

*Festo quid potius die
Neptuni faciam? Prome reconditum
Lyde strenua Cœcubum.*

Et nobis tamen obtrudunt recentiores Horatii inter-
pretes, *Cressam* dici *notam*, pro creta, idque ipsum hoc

loco a Venusino vate notari, quod Plinius affert, lib. vii. sect. xl. More Thraciae gentis, que calculos colore distinctos pro experimento cuiusque diei in urnam condit, ac supra die separatos dinumerat, atque ita de quoque pronunciat. Haec hoc scilicet Plinius a Phylarcho, quem in Indice ejus libri laudat auctorem. Zenobius, Cent. vi. adag. xiiii. Tās ēv tñ pharētēs ψηφίδες. Φύλαρχός φοι τῶν. Σκύθαι μέλλονται καθεύδειν, ἀγενὴ τὸ φάρετησ, καὶ εἰ μὲν ἀλύπτως τύχειν τὸ μέραν σκείνειν διεῖστες, καθιέναι εἰς τὸ φάρετησ ψηφίδα λαβεῖν. εἰ δὲ ὀχληράς, μέλαγαν. Επὶ τοίνυν τὸ πόθυνοντων σκέφεριν τὰς φαρέτησ, καὶ δεῖθεν τὰς ψήφους. Καὶ εἰ ἔυρετείσαν πλεῖστα λαβεῖν, διδομονέειν τὸν πολιόρκημαν, &c. Calculos in pharetra. Auctor est Phylarchus Scythas cubitum ituros pharetram afferre: ac si feliciter dies processisset, album immittere calculum solitos: si secus, nigrum. Vbi vero e vita quis decessisset, pharetram proferebant, calculosque numerabant. Quorum si candidi plures essent reperti, felicem praedicabant mortuum, &c. Sed quid, quæso, Thracum iste mos, Scytharumve, ad Romanos? Quantum deinde Cressa nota a Threicia discrepat? Quis vero Cresfam præterea notam pro creta, idoneus Latinitatis auctor, aliquando dixit? quid deinde cretae commune cum calculis? Puduit ipsos hujus commenti inventores, Erasnum, & Hermolaum: ac pro Cressa, legi Thressa voluere: quod nec codicis ullius auctoritas, nec mens scriptoris patiatur: quam nos, uti remur, sic planam feliciter fecimus: cum hanc ei loco diximus subesse sententiam, ob amici adventum parandas epulas esse, in quibus exquisitum primo vini genus, Cretici videlicet, apponi oporteat: deinde, neque illud esse parce & avare ministrandum, sed laute atque opipare:

Cressa ne careat pulcra dies nota:

Neu promptæ modus amphoræ.

Sed haec minime probatum iri iis suspicamur, qui ut veterum nugas sequantur, quæ sunt recens inventa, etiam proba, nisi sunt sua, fastidunt.

KΥΔΩΝ. Bacchi caput, ederacea corona cinctum. Ex parte nummi aversa vir nudus arcum tendit. De Creticis calamis, quibus in bello usq; , vide Plinium lib. xvi. sect. lxv. Sagittandi peritia Cydoniatis in primis valuisse Naso docet, lib. ii. Metamorph.

Cydonio fundebat spicula cornu.

KΥΔΩΝ. Lunæ crescentis effigies. Dianam videlicet in primis coluere Cretes. Vide supra ΔΙΚΤΥΝΝΑ. Goltzius, in insulis Græciæ, tab. viii.

KΥΖΙΚΗΝΩΝ. Trajani , Hadriani , Faustinæ matris , M. Aurelii , & Elagabali nummi. Stephano : Κύζικος , πόλις της Περσοπότιδος . . . τὸ ἑθνικὸν , Κυζικηνός.

KΥΖΙΚ. ΕΠΙ. СТРА. ΓΛΑΥΚΟΥ. Caducei icon. Trajani nummus e Cimelio Regio , Sub Prætore Glauco , Στρατηγῳ Γλαύκου.

KΥΖΙΚΗΝΩΝ. Antonini Pii. Inter omnia imperii , quæ Antonino Pio accidere , refert hoc Capitolinus , in ejus vita , pag. 18. Cyzici etiam de simulacro Dei ad statuam ejus corona translata est.

ΕΠΙ. СЕΞΤΙΑΙΟΥ. ОМОНОИА. Sub Sextilio Concordia , Cyzicenorum scilicet & Ephesiorum : qui suorum quique Numinum imaginibus adumbrantur : Cyziceni , insculpta Cerere cum facibus : Ephesii , Diana multimammia. Ex Patino in Thesauro , pag. 167. De eo nummo diximus in nummis ΕΦΕΣΙΩΝ. Legit Patinus satis infeliciter , ΕΠΙΕΞΤΙΑΙΟΥ. Ex Cerere porro in Antonini Pii pariter nummo insculpta , apud Tristanum , tom. i. pag. 588. quamvis Cyzicenorum nomen absit , ad eos tamen referri nummum eum opertore , haud temere auguramur.

KΥΖΙΚΗΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. M. Aurelii nummus apud Patinum , pag. 238. cum effigie bovis , Nigram nempe bovem Proserpinæ quotannis Cyziceni mactabant. Vide Appianum in Mithrid. & Plutarchum in Lucullo. Similem Diadumeniani nummum apud Tristanum vide , tom. ii. pag. 311.

KΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. M. Aurelii , e Gaza Regia. Pluto Proserpinam rapit , curruque vehitur jun-

Eto quadrigis. Deam esse Cyzicenorum Proserpinam, & apud scriptores tralatitium est, & Nummi claimant.

KΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΚΩ. ΚΟΡΗ. Σωτίεξ Κόρη. Salutaris, vel *Sospita*, vel *Sifpita* *Proserpina*. Nummus Faustinæ Aurelii, cum tedi feræ Cereris effigie, quo habitu quæsiisse filiam Proserpinam fingitur. Apud *Tristanum*, tom. 11. pag. 313. Proserpinam porro Græci Κόρη, *puellam*, vocitant. Pausanias in *Messen*. pag. 143. Ή ἡ οὖν Κόρη, η Διάμυτρος ἔστι επίκλησι. Et lib. viii. Arcad. pag. 268. Καὶ Διάμυτρος επίκλησι εἰς τὸν πολλοὺς ἔστι ἀυτὴ Δέσποινα, καθάδη όχι τὸν Διός Κόρην επονομάζουσιν. Idem δὲ έστι οὔνομα Περσεφόη, &c. Sunt & L. Veri in *Gaza Regia*.

KΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟ. Κυζικηνῶν Νεωκόρων. In Commodi nummo apud *Platinum*, pag. 262. mulier turrito capite, forte ipsa Deum Mater, monti insidet: qua effigie & urbis situs, & civium religio declaratur. Strabo, lib. xii. pag. 575. "Επὶ δὲ τῆς οὐρανοῦ τῇ Πεγασοῦδι ή Κύζικος συναπλούμενη γεφύραις δυοι τερψίς ηπειρου . . . εχει δὲ διμώνυμον πόλιν τερψίς αὐταις ταις γεφύραις, . . . τοις πόλεως τὸ μέν έστιν ἐν επιπέδῳ, τὸ δὲ τερψίς οὐρανοῖς καλεῖται δὲ Αρκτων οὔρας. Ταπέρκειται δὲ αὐλαὶ Δινδυμον μονοφυὲς, ιερῷ δὲ χρι η Δινδυμῆνος μητρὸς θύμια θεῶν, ιδρυμα θύμια Αργονατῶν. Insula in Propontide Cyzicus est, gemino ponte adnexa continenti . . . Vrbem ejusdem nominis habet ad ipsos pontes . . . Pars urbis in plano est, altera monti adiacet: mons, Vrsorum mons dicitur. Supra hunc est alius, Dindymus, uno cacumine: in eo monte fanum est Dindymenes Matris Deorum, dedicatum ab Argonautis. Plinius, lib. v. sect. xl. Insula, quam continenti junxit Alexander, in qua oppidum Cyzicum, antea vocatum Arctonesos, & Dindymis, cuius a vertice mons Dindymus. Est alterum ejusdem Commodo, a Cyzicenis pariter cusum numisma, in quo mulier simili habitu rupi insidet: KΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟ. Μ. ΑΥΡΗΑΙΟC. ΟΥΗ. ΚΑΙCAP. E Cimelio Regio.

KΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΝΕΩΚ. ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΑΥΡ. ΣΩΚΡΑΤΟΥ. Κυζικηνῶν Νεωκόρων, επὶ Στρατηγοῦ Αυρη-

λίου Σωκράτους. Caracallæ e Cimelio Regio. Apud Cyzicum a Severo Caracallæ patre Pescennius Niger, qui pariter imperium occuparat, fuerat interemptus.

KYZIKHNΩN NEΩKOPΩN. Cereris faces & angues, cum ara, in Caracallæ nummo, apud Patinum, pag. 302. Similis est Philippi F. pag. 388.

APX. AIA. ONHCIΦΟΡ. ΑΤΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑ.

KYZIK. ΔΙC. ΝΕΩΚ. Ex parte altera, ΑΝΤΩΝΙΝΟC. ΑΤΓΟΤΣΤΟC. Sic legi in eo nummo Sponius ait, cum alii pro ΑΤΡ. substituere ΑΚΤ. auderent. Nos ΟΝΗCIΦΟΡΟΥ. legi oportuisse suspicamur, ut sit hæc totius epigraphes sententia: 'Αρχερέως Αἰδίου Όμοιφόρου β', Αντωνία, Κυζικηνῶν Νεοκόρων. Pontifice Ælio Onesiphoro iterum, Antoninia, vel Antoniniana certamina, Cyzicenis Neocoris. Certamina hic enim Antoniniana signari, hoc est, in gratiam Antonini, sive Caracallæ, ut volunt, seu verius, uti remur, Elagabali edita, nequicquam refragante Sponio, libro quem Gallice inscripsit, *Recherches d'Antiquité*, pag. 409. argumenta duo in primis suadent: alterum, vasā, calathive duo, ei nummo insculpti, e quibus palmae emicant, quæ certaminum præmia: alterum, quod tam in isto nummo certamina ea voce indicari palam sit, quam illo Byzantiorum, quem suo loco attulimus, BYZANTIΩN. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑ. CEBACTA. Atque utramque perinde ejusdem Augusti esse, nec Caracallæ jam, sed Elagabalo adscribendum.

KYZIKHNΩN. NEΩKOPΩN. Gordiani tertii numerus: in quo, non Vulcanus insculptus, ut Patino visum, sed Praefectus fabrūm apud Cyzicenos, vel faber ipse malleo ferrum tundens in incude, ceu arma pararet civium tutelæ. Strabo, loc. cit. de Cyzico: Τρεῖς δ' ἔχει δέχτετονας τὸν ἐπιμελούμενος οἰκοδομητῶν τε δημοσίων, ψήργανων. Τρεῖς δὲ καὶ θησαυροὺς κέτηται, τὸν μὲν δὲ πλανῶν, τὸν δὲ ὄργανων, τὸν δὲ σίτου. Tres habet ea civitas architectos, qui curam gerant aedificiorum publicorum & instrumentorum. Tria item armamentaria: unum armorum, alterum machinarum, frumenti tertium. Fuit &

Monetariorum corpus Cyzici, de quo multa Sozomenus, lib. v. Eccles. Histor. cap. x v.

C T P A . E P M O Λ A O Y . K Y Z I K H N Ω N . N E Ω K O - P Ω N . Στρατηγος Ερμολαος. *Pretore Hermolao.* Galieni, e Cimelio Regio: cuius & alter eiusdem Augusti, C T P A . C Ω C T P A T O Y . K Y Z I K H N Ω N . **K Y Z I K H N Ω N . N E Ω K O P Ω N .** Navis in Salonicæ nummo insculpta, non indicandæ maritimæ Cyzicenorum potentiae causa, ut Patino visum: sed Argonautarum in eo oppido tractuque ditionis, uti ex Strabone paulo antea vidimus.

K Y Z I K O C . Rex ipse Cyzicus, qui nomen oppido dedit. Valerio Flacco, lib. i i. *Rex divitis agri Cyzicus.* De eo etiam Hyginus, fab. c c l x x i i i . Ex parte aversa, Cereris tedæ accensæ, serpentibus involutæ: epigraphe, **K Y Z I K H N Ω N N E Ω K O P Ω N** Apud Seguinum, pag. 21.

K Y Z I K H N Ω N . T O N . K T I C T H N , cum Herculis effigie, quem conditorem vel instauratorem urbis Cyzici agnoscunt, in nummo vetere Domitiani.

K O P H C Ω T E I P A . K Y Z I K H N Ω N . E Cimelio Christinæ Aug. referente Spanhemio, lib. de usu Numism. pag. 385. Pingitur & a Tristano, tom. i i . pag. 314. & ex aversa parte rursum habet, **K Y Z I K H N Ω N . N E Ω K O P Ω N .**

K Y Z I K O C . Vide ΕΦΕΣΟΣ.

K Y Z . A Π A M E Ω N . Vide ΑΠΑΜΕΩΝ.

K Y Θ H P A I Ω N . In nummis Græciae veteris apud Goltzium. In his nuda Venus, dextra pomum, vel sagittam: arcum læva tenet. Pomum quidem, quod a Paride obtinuit, dum formæ palmam Palladi Junonique præripuit. Arcum vero ac sagittam, quod & *Armata Venus*, Ενόπλιθη Αφεδίτη, a Græcis olim coleretur. Veneri Cytheram fuisse sacram, tralatitium est, unde & ipsa nomen traxit. Ausonius in Epigr. *Nuda Cythere*. Plinio, lib. i v . seet. x i x . *Cythere cum oppido insula in Asinæ sinu: hodie Cérigo.* Stephano: Κυθηρα, μῆσος... οι δικητοπες Κυθηραι... καὶ γυνὴ καὶ μῆσος λέγεται Κυθηρεῖα.

KΥΘ. & KΥΘΝΙΩΝ. Goltziani e vetere Gracia nummi. Plinio, lib. iv. sect. xxii. *Cythnos*, e Cycladibus insulis una. Nunc *Fermina* nuncupari peritiores Geographi putant. Stephano: Κύθης, κύθησις.... ὁ νησίων Κύθης.

KΥΜΑΙΩΝ, in *Aeolide*.

KΥΜΑΙΩΝ. ΕΠΙ. CT. ΚΟΡ. ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ. *Sub Praetore Cornelio Lolliano.* Commodi nummus, cum Jovis sedentis effigie. Apud Sponium in Itin. Athen.

KΥΜΑΙΩΝ. Maximi, in Cimelio Regio majoris formæ nummus, Gordiani item tertii, & Tranquillinæ. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Cyme.* Stephano: Κύμη, πόλις Αἰολίδος.... τὸ ἔθνος, Κυμαῖς.

KΥΜΑΙΩΝ. CT. ΑΥ. ΕΛΠΙΔΗΦΟΡΟΥ. Valeriani, e Cimelio Regio. *Cumæorum, Praetore Aurelio Elpidephoro.* Apud Gruterum, pag. 702. ELPIDEPHORVS. Legit hunc nummum Patinus, in Indice, pag. 27. **KΥΜΑΙΩΝ... ΑΠΙ ΔΗΦΟΡΟΥ.**

KΥΜΑΙΩΝ. ΞΑΝΘΟC. Ex parte averfa, IEPA CΥΝΚΛΗΤΟC. Nummus antiquus, quo Cumæorum societas cum Troïbus indicatur, quorum agrum Xanthus amnis alluit, Numinis vice fortassis & a Cumæis habitus. Quod de similibus nummis pariter existimandum est, ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ ΜΕΛΗC, ΝΙΚΑΕΩΝ· ΣΑΓΑΡΙC, ΣΑΙΤΤΗΝΩΝ ΕΡΜΟC, IEPAΠΟΛΕΙΤΩΝ ΧΡΥCOPPOAC, aliisque. Neque quidquam causæ fuit, cur Pamphyliæ Cumas, vir alias eruditus, operis sui de Numism. pag. 890. Xantho Lyciæ amni finitimas ex eo nummo fingeret, quæ sunt ab eo amne multis passuum milibus dissipatae. Hæret in eo nummo Patinus, pag. 7.

ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. **KΥΜΑΙΩΝ.** Equi effigies. Vide ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ.

ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. **KΥΜΑΙΩΝ.** Cumæorum cūm Cæsariensibus Bithyniæ δύναται concordiavæ significatur. Nummus hic affertur a Spanhemio, lib. de usu numism. pag. 890.

KΥΜΑΙΩΝ. Nummos complures sic inscriptos Golt-

zius affert in Magna Græcia , Tab. xvi. quos ad Cumas Italiae , quæ fuere juxta Neapolim , perperam refert : quem errorem multis convellimus argumentis. Primum enim , si Stephanum audimus , a Cumis Italicas gentile nomen Κυμεὺς est , non Κυμῆθ , quod est Æolicæ Cumæ proprium. Deinde in nummis insculpta Amazon , cui pharetra pendet ex humero , Cymen esse prodit , quæ urbi natales & nomen dedit , teste Strabone , lib. xiii. pag. 623. ubi de Cyme Æolica : Τὸ δ' ὄνομα Στό Αμαζόνη τῇ πόλει πεθεῖσα. Et Mela , lib. i. cap. xviii. *Cymen nominavit , pulsis qui hababant , dux Amazonum Cyme.* Adde pectunculum insculptum in aliis quoque Cymæorum nummis , quem in eo tractu laudatissimum fuisse , ideoque signatum in nummis , ex eo simile veri fit , quod *pectunculum Chium* Varro laudat in primis , libro οἰδεσμάτων , apud Gelium lib. vii. cap. xvi. Fuit autem Cyme in adverso ferme litore Chio insulæ opposita : & eodem plane alluebatur mari.

KΤΝΩΝΗΣΙΩΝ. Titi nummus , e Thesauro Goltzii , pag. 219. Stephanus : Κυωνύ ρῆσος , Λιευκή ρῆσος ειρησώτης , Κωνονήστης. Quare in nummo forte **KΤΝΟΝΗΣΙΤΩΝ** fuit.

KΤΠΑΡΙCСIEΩΝ. Juliæ Domnæ , & Caracallæ nummi , in quibus Bacchi stantis effigies , in Cimelio Regio. Pausanias in Messen. pag. 147. sub finem , Libero Patri sacrum Cyparissensium fuisse agrum subindicat : in eoque percussa thyrso tellure ab eo Numine fontem exstitisse , quem Διονυσία ex argomento vocarent. Sunt & alii cum signo Libertatis. Plinio , lib. iv. sect. vii. *urbs Cyparissa* , in Peloponneso. Hodie *Arcaia* , agri Messeniaci. Stephano : Κυπαεισαία , πόλις η Τειφυλίας πόλις ιεράς , Κυπαεισαίας.

KΤΠΑΡΙCCAIΩΝ. Getæ nummus , e Cimelio Regio.

KΤΠΡΙΩΝ. Plinio , libro v. sect. xxxv. *Cypros* insula , *l' Isle de Chypre.*

KΟΙΝΟΝ. **KΤΠΡΙΩΝ.** Claudii , Vespasiani , Trajanæ , Sabinæ , Juliæ Domnæ , Getæ , & Caracallæ nummi ,

mi, e Cimelio Regio. *Commune Cypriorum.* In his fere templum Veneris Paphiæ, aut Jovis stantis effigies. Nam & Jovem Cyprii coluere: Amathusii, Jovem Hospitalem, Ζένιον, mactatis hospitibus. Vide Nasonem, lib. x. Metam. Alii, Εἰλαπιναφήν, & Σπλαγχνόμον, teste Athenæo, lib. i v. ex Hegefandro.

ΕΠΙ. ΚΟΜΙΝΙΟΥ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ.

ΚΥΠΡΙΩΝ. *Sub Cominio Proculo Proconsule Cypriorum.* Claudi nummus e Cimelio Regio, quem Patinus pag. 101. sic exhibet: ΕΠΙ. ΚΟΜΙΝΙΟΥ. ΠΡΟΚΛΟΥΑΝΟΥ. ΥΠΑΤΟΣ ΚΥΠΡΙΩΝ. Interpretaturque, *Cominius Proculeianus*, vel *Prætor*, vel *Legatus*. Cominiorum frequens apud Gruterum mentio. Proconsuli Cyprus, ut & Creta, paruit: quamquam & suos aliquando Legatos Augustus eo misit. Vetus inscriptio, apud Sponium, in Itin. Athen. pag. 140. Γάιον Ἀυλὸν Ἰουλίου, Ἀυλοῦ γὸν, Κουάδρατον, δὲς Ὑπατον, Ἀνθύπατον Ἀσίας, Σεπτεμβούεσυμ Ἐπυλονάν, Φεράκηεμ Ἀερύαλε, Πρεσβύτην καὶ Ἀνπράτηγον τε Βειθνίας, Πρεσβύτην Ἀσίας, Πεσβύτην Σεβασὺν Ἐπαρχίας Κασπαδονίας, Ἀνθύπατον Κρήτης, Κύπρου, Πρεσβύτην Σεβασὺν Λυκίας καὶ Παμφυλίας, Πρεσβύτην τε Ἀνπράτηγον Αὐτοκράτορες Νεερύας Τεργιασοῦ Καισαρεῖς Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ Ἐπαρχίας Σνειας, &c. C. Antium Aulum Iulum, Auli F. Quadratum, Consulem iterum, Proconsulem Asiae, Septemvirum Epulonum, Fratrem Arvalem, Legatum Proprietore Bithyniae, Legatum Asiae, Legatum Augustalem Provincie Cappadociae, Proconsulem Cretæ, Cypri: Legatum Proprietore, ex autoritate Imp. Nervæ Trajani Cæsaris Augusti, Germanici, Dacici, Provincie Syrie, &c. Ubi Sponius præposta interpunctione legit, Ἀνθύπατον Κρήτης, Κύπρου πρεσβύτην.

ΚΟΙΝΟΝ. ΚΥΠΡΙΩΝ. Juppiter stans. ΓΑΛΒΑ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Galba Augustus.* E Cimelio Regio.

ΕΠΙ. ΠΟΜΠΟΝΙΟΥ. ΒΑ. ΚΟΙΝΟΝ. ΚΥΠΡΙΩΝ.

Sub Pomponio Basso. Trajani, ex eodem Cimelio. Visit Pomponius Bassus ævo Plinii junioris, qui secessum

NUMMI ANTIQUI

illius ad eundem scribens collaudat. Plinius , ut notum est , Trajano coævus. Est & Domitiani nummus alter in eodem Cimelio inscriptus : ΕΠΙ. ΑΙ. ΠΟΜ. ΒΑΣ-
ΚΟΥ. ΠΡΕCΒΕΥΤΟΥ , Sub Ἀελio Pomponio Basso
Legato , cum Jovis in monte stantis effigie. Et hic pa-
riter ad Cyprios spectat.

ΕΩΝ. ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ. *Deum Senatum. ΑΝΘΥ.*
ΕΠΡΙΩ. ΜΑΡΚΕΛΛΩ. Γ. In medio nummo , ΚΥ.
Hoc est , Ἀγαπάτῳ Ἐφίω Μαρκέλλῳ γ'. Κυψιοι , sub-
intellige , αὐτόνησι , ut in Smyrnæorum nummo & alibi
dicturi sumus. *Proconsuli Eprio Marcellο tertium, Cy-
prii posuere.* Non vidit ita legi oportere Seguinus , a
quo hic nummus affertur , pag. 91.

ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΚΥΠΡΙΩΝ. Templum Veneris Paphiæ.
Ex parte altera , ΖΗΝΩΝ. Vir ignem dextra gerit :
idem læva columnæ innititur. Ἐπὶ τραπηζὶ Ζεύῳ.
Κυψιων. Sub Prætore Zenone. Cypiorum. Nisi forte legi
fatus est , ut in nummo Samiorum , ΕΠΙ. ΙΕΡ. Sed
ut ut est , Sacerdos est hic Veneris Paphiæ , qui &
idem Prætor esse potuit : quo de sacerdote sacrorum-
que ritu , Tacitus lib. 11. histor. pag. 34. *Atque illum*
cupido incessit adeundi visendique templum Paphiæ Ve-
neris, inclytum per indigenas, advenasque. Haud fuerit
longum initia religionis, templi situm, formam Deæ,
(neque enim alibi sic habetur,) paucis differere. Condi-
torem templi regem Aëriam vetus memoria: quidam ip-
situs Deæ nomen id perhibent: fama recentior tradit, a
Cinara sacratum templum , Deamque ipsum conceptam
mari hoc appulsam Tantum Cinaradas sacerdos
consultur , hostiæ , ut quisque vovit , mares diliguntur : cer-
tissima fides hædorum fibris : Sanguinem aræ effundere ve-
titum : *Precibus & IGNÉ PVRO ALTARIA*
adolentur , nec ullis imbribus , quamquam in aperto ma-
descunt. Simulacrum Deæ non effigie humana , continuus
orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exsur-
gens. Et ratio in obscuro. Vide ΠΑΦΙΩΝ.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. Apud Goltzium , cum tem-
plo Paphiæ Veneris , cuius in medio meta , quæ Deæ

ipsius effigies est, ut ex Tacito intelligimus, eo quem proxime attulimus, loco.

KYPHNH.

KYPA. Nummus argenteus e Museo nostro, cum filiphii icone, & Jovis Hammonis cornuto capite. Plinius, lib. v. sect. v. *Cyrene*: unde Cyrenaicæ Africæ nomen. Et lib. xix. sect. xv. *Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpitum, quod Græci σίλφιον vocant, in Cyrenaicæ provincia repertum, &c.*

KYPANEION. THΣ. IEPAΣ. KAI. AYTONO-MΟΥ. Nummus Augusti, e Thesauro Goltzii, pag. 219. *Cyrenensium Sacrae ac libere civitatis*. Hunc nummum sic Occo refert, pag. 82. AYT. KAICAP. AYYCTOC. KYPANEION. THC. IEpac. KAI. AYTONO MΟΥ. Quod suspectæ mihi fidei est: cum illud C pro Σ nusquam Augusti ævo, nec ante Dotiani tempora, in nummis lapidibusve occurrat. Caput Jovis Hammonis in eo nummo insculptum ait, quem a Cyrenensisibus cultum nemo nescit.

ΦΛΑΥ. KYPHNH. Titi nummus apud Patin. pag. 151. *Flavia*, vel *Flaviopolis Cyrene*. Nunc Gazæ Regiæ. Caput Africæ insculptum præfert.

KYPANAIΩN. E Thesauro Goltzii, loco cit. Stephano: *Κυρλών . . . τὸ ἔθνικόν, Κυρλωάθ*. Dialecto Dorica, *Κυρλωῶθ*.

KYPIEΩN. Goltzii nummus e Græcia, Tab. xxvi. In eo Venus armata, *Ἄρεσμήν ὀπλισμένη*, ut Pausanias vocat in Laconicis, pag. 97. In parte aversa cygni duo, Veneri sacri: cuius traxisse currum ii a vatibus perhibentur. Naso:

*Medias Cythereia per auras
Cypron olorinis nondum pervenerat alis, &c.*

Horatius, lib. iii. Carm.

*Qua Gnidon,
Fulgentesque tenet Cycladas, & Paphon
Iunetis visit oloribus.*

Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Curias*. Stephano: *Κούετον, πόλις Κυρλωόν . . . τὸ ἔθνικόν, Κούετος*. Nunc *Audimo*. M m ij

ΚΥΡΡΗΚΤΩΝ in Syria Cœle.

ΚΥΡΡΗΚΤΩΝ, in laurea corona, quæ in nummis aliis hujusce tractus, Chalcidensium, Berœensiumque, pariter obvia est. Est hic Trajani apud Patin. pag. 184.

ΚΥΡΡΗΚΤΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Museo nostro. Ex parte altera, ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΚΕCAΡ. ΤΙΤ. ΕΛΙ. ΑΔΠΙΑΝΟC. ΑΝΤ.... Plinio, lib. v. sect. xix. *Cyrrestice Cyrrhum*. Stephano : Κύρρος, πόλις Συεια... ὁ πολίτης, Κυρρέης. In Notitia Eccles. Κύρρος, ἦποι Ἀγιόπολις. Hæc Theodoreti sedes Episcopalis. Tullius, lib. v. ad Attic. ep. xvi. quam scripsit tum cum esset Ciliciæ Proconsuli: *Hæsis in Cyrrhestica, quæ Syriæ pars proxima est provinciæ meæ.*

ΔΙΟC. ΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ. ΚΥΡΡΗΚΤΩΝ. *Iovis fulminantis*. Vel, ut in Diocletiani nummo, IOVIS. FVLGV RATORIS, vel ut apud Gruterum, pag. xxii. 6. IOVIS. FVLMIN. FVLG. TONANTIS. *Cyrrhestarum*. M. Aurelii, L. Veri, Caracallæ, Philipporumque nummi. Suidas: Καταβάτης Ζῶς, παρ' Ἀθηναῖοις, τὸ καταβάτην τὸν κεραυνὸν, a dejiciendo fulmine. Julius Pollux, lib. i. cap. i. num. xxi. ῶστρος ὁ νέλιος, ἐς ὁ καταβάτης, ut Iuppiter Pluvius, & Fulminum dejector. Libanius in legat. ad Julian. pag. 158. Καὶ μὴ γε Ζῶς οὐ Καταβάτης μένον, δὲλλὰ γε Ἰκέτος γε Μελίχιος. Neque vero Iuppiter Elicius tantum, quod fulmina dejiciat, sed & Hicesius, quod supplicibus adsit, & Milichius a mansuetudine cognominatur. Καταβάτην Δίος meminit & Phurnutus in Jovis cognominibus, Pausanias in Eliac. prior. pag. 162. aliquique multi. Ex his triplicem apud Occoneum Trajani numimum emendamus: Primum, pag. 217. ΔΙΟC... ΑΙΒΑΤΟ. pro ΔΙΟC. ΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ. Alterum ibidem, in corona laurea ΚΥΡΡΗΚΤΩΝ, pro ΚΥΡΡΗΚΤΩΝ. Tertium, pag. 19. ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙ. ΝΕP. ΤΡΑΙΑΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καισαρ Νέενας Τεργιαῖος. Ex parte altera, ΒΑΤΟΥΡΡΗΚΤΩΝ, pro ΔΙΟC. ΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ. ΚΥΡΡΗΚΤΩΝ. Et quartum Commodi, pag. 332. ΔΙΟC.

KATC. KATE. pro ΔΙΟC. KATEBATOY. Sic enim interdum in nummis vox ea scribitur.

KΥΤΩΡΙΩΝ. Nummi e Græcia Goltzii, cusi videlicet ab incolis Cytorii oppidi, montisque cognominis, de quo Plinius lib. vi. sect. i i. in Paphlagonia. Stephano: Κύτωρς, πόλις Παφλαζοίας.... τὸ ἔθνος, Κυτωρεύς, καὶ Κυτωρεος, &c. Gryphum, tripodem, lauream, stellam, Solemve, quæ sunt Apollinis nota, ut saepe monuimus, symbola, hi nummi præferunt.

ΚΩΝΩΠΙΤΩΝ. Neronis nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 219. Stephano: Κωνώπη, πόλις Ἀχερναίας.... τὸ ἔθνος, Κωνωπεύς, καὶ Κωνωπίτης, καὶ Κωνωπαιῶθ.

ΚΩΠΑΙΩΝ. Vespasiani nummus, delineatus a Tristano, pag. 290. Affertur & a Patino, in Indice, pag. 8. Cererem tederam insculptam præfert. Plinio, lib. i v. sect. x i i. *Copæ.* Stephano: Κωπαι, πόλις Βοιωπακή... ὁ πολίτης, Κωπαιος, καὶ Κωπαῖτης. Ea in urbe fuisse ædem Cereri sacram Paufanias libro nono prodidit, sive in Bœoticis, pag. 299. Κεῖνται δὲ εἰς Κωπαι πόλισμα ἐπὶ τῇ λίμνῃ Εὐταῦρα Δίκυπεθ, καὶ Διονύσου, καὶ Σαράπιδος ἔστιν ιερά. Hodie *Topoglia* juxta Copaidem lacum, *Limni tis Livadias*, (nam Bœotiam Græci hodie *Livadia* vocant, ut monet auctor anonymous, qui officia C.P. Palatii descripsit, ad calcem Codini,) seu *Lago di Topoglia*.

ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ. Caracallæ nummus, in Cimelio Duccis Sabaudiæ. Plinio, lib. v. sect. x x i i. *Corycos oppidum*, & portus. Stephano: Κωρυκος, πόλις Κιλικίας... τὸ ἔθνος, Κωρύκη... Λέγεται καὶ Κωρυκώτης.

ΚΩΡΥΚΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 219.

.....ΥΚΙΩΤΩΝ. ΑΥΤΟΝΟΜΟ. Alexandri Severi, apud Occonem, pag. 419. Lege, **ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ.** *Coryciotarum liberæ civitatis.*

ΚΩΙΩΝ. Tiberii,Juliae Domnæ, & Elagabali nummi. Plinio, lib. v. sect. x x x v i. *Cos*, &c. Stephano: Κῶς, πόλις καὶ νῆσος... τὸ ἔθνος, Κῶθ, καὶ Κῶιος. Hippocratis patria. Nautis *Lango* dicitur: Græcis *Stingo*, derivata voce ab illa tergemina, εἰς τὴν Κῶ.

NUMMI ANTIQUI

ΩΙΩΝ. ΠΥΘΩΝΙΚΟΣ. Augusti nummus e Cimelio Regio, Museoque nostro. Prætoris nomen vel Magistratus id esse plane credimus, *Πυθώνικος*. Alias quæ subsit ei voci vis, tralatitium est. Similis alter, eodem Principe Augusto cusus, ex eodem quoque Cimelio.
ΚΩΙΩΝ. ΝΙΚΑΓΟΡΑΣ, cum Jovi capite.

ΚΑΛΛΙΠΙΔΗΣ. ΚΩΙΩΝ. Augusti, apud Tristananum, pag. 100.

ΕΥΚΑΡΠΟΣ. ΚΩΙΩΝ. Et hunc Patinus in Thefauro, pag. 137. & istum, qui ΚΑΛΛΙΠΙΔΗΣ inscribitur, Lepidi esse, quam Augusti, mavult. Apud Tristananum certe, tom. i. **ΜΑΡΚΟΣ ΛΕΠΙΔΟΣ.** Et ex parte aversa, **ΚΩΙΩΝ. ΒΙΟΦΑΝΤΟΣ**, *Coënsium* Prætor *Diophantus*. Ex hujus Diophanti genere ac familia duxisse ortum alter videtur, cuius mentio in numero Severi e Cimelio Regio, quem ad Coënses quoque referri oportere vel hinc merito suspicamur, quod & Apollinem citharœdum exhibit, Coënsium nempe Præsidem Deum, & Pontificis nomen, quem Magistratus vice fuisse, aut certe Sacrorum Augustalium Ludorumque Præsidis, apud Coënses, ex subsequentibus nummis intelligimus. Est, inquam, hic Severi nummus ejusmodi : **ΑΡΧΙΔΙΟΝΟΣ Τ. ΔΙΟΦΑΝ...** Hoc est, ὅπις Ἀρχιδιόνεως Διώνος τὸ Διοφάντου, Κώας. *Sub Pontifice Dione Diophanti Filio, Coënsium.*

ΚΩΙΩΝ. ΜΕΙΑΗΣΙΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio, quo Milesiorum foedus cum Coënsibus significatur, non uti Tristanus existimat, pag. 601. a Milesiis profectos Coënses. Id vero insculptæ ei nummo effigies in primis declarant, *Aesculapii* nimirum Coënsium Dei, & Apollinis Didymæi Milesiorum: unde & Milesius idem appellatus est, a fano ejus in agro Milesio. Strabo, lib. x i v. pag. 634. *Τὸ Μιλήσιον τὸ μαντεῖον τὸ Διδυμέως Ἀπόλλωνος.* Venerem in eo nummo sculptam falso Tristanus & alii existimavere. Sic in illis **ΕΦΕΣΙΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ**, & **ΕΦΕΣΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ**, similis ὄμοιοι intellegitur, ut suis locis diximus.

KΩΙΩΝ. Antonini Pii, ex eodem Cimelio. Juno in curru juncto pavonibus.

KΩΙΩΝ ΣΩΤΗΡ, vel **ΣΩΤΗΡΟΣ**, *Coēnsium Servatoris*. Aesculapii nimirum, cuius in nummis effigies, apud Goltzium in Græcia, Tab. xx. cum angue, ejus Dei symbolo.

KΟΩC, & **KΩΩC**, in Museo nostro.

ΑΡΧ. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ. **KΩΙΩΝ.** Caracallæ nummus, e Gaza Regia, cum victoriæ gradientis effigie. *'Αρχερέως Μενεκράτους. Κώων.* Pontifice *Coēnsium Menecrate.*

KΩΙΩΝ. Serpens baculo involutus, Aesculapii symbolum. E Museo nostro.

KΩΙΩΝ. ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ. Apud Goltzium, tab. xx. *Coēnsium Prætor Aristedes.* Cum lyra Apollinea.

KΩΙΩΝ. ΑΡΧΙΑΣ. *Coēnsium Prætor Archias.* Apud Goltzium, tab. xxii. cum cancri effigie, quæ in nummis insularum frequens, ut antea monuimus. Adiecta etiam clava, quæ Herculem inter Deos Coēnsium custodes fuisse significet.

KΟΩΣ. Uva. Apud Goltzium, tab. xxii. Ex parte altera caput est insculptum capri, qui Baccho sacer, teste Ovidio, lib. i. Fastor. vers. 360. Strabo, lib. xi v. pag. 657. de Co insula: Εὐχαρπτος ἢ πᾶσα· ὅινως ἢ γῆλην, καρδίας Χῖθρος Λέοντος. Tota frugum est ferax, vini etiam opimi larga, ut Chius & Lesbus.

L

LACCOBRIGA. MVN. *Municipium Lacobriga.* Galbae, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio, lib. iii. sect. i v. *Lacobricenses*, in Vaccæis Hispaniæ populis. Lacobrigæ in hoc tractu meminit Antoninus, xlvi. M. P. a Pallantia, in itinere ab Asturica Tarragonem. *Λαζυλεῖτας* vocat Plutarchus in Sertorio, pag. 574. *Lacobrigæ nomen*, inquit Festus, *a lacu & briga, Hispania oppido*. Vox *briga* oppidum sonat. Vide **MIROBRIGA**.

Α ΑΚΕ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Hadriani nummus, e Cimelio Regio, in quo Castor & Pollux in equis. De cultu Castorum apud Lacedæmonios, Pausanias in Laconicis, seu lib. i i i. operis sui, pag. 94. 95. 96. & 98. Est & M. Aurelii, cum pileis Castorum, apud Patinum, pag. 244.

Α ΑΚΕ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. M. Aurelii, apud Tristanum, pag. 650. quo in nummo Athletæ bini insculpti, veluti in procinctu ad pugnam. *Lacedæmonias palestræ*, tum alii plurimi, tum Prudentius in Hamartig. laudat, versu 365. Propertius, lib. i i i. Eleg. x i v.

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palestræ, &c.

Pugilatum amasse, M. Aurelium, *luctamina, & cursum*, auctor est Capitolinus in ejus vita, pag. 24.

Α ΑΚΕ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. ΣΕΛΓΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Lacedæmoniorum Selgensumque concordia.* Decii nummus, in quo ante aram Hercules & Pallas adstant: ex ara serpens emicat. Conditores suos ac veluti parentes Lacedæmonios, Selgeses Pamphyliæ agnoscebant, ut auctor est Strabo, lib. x i i. pag. 570. Plinio, lib. i v. sect. viii. *Ager Laconicus &c.*

Α ΑΚΕ ΔΑΙΜΩΝ. Vide ΣΑΓΑΛΑΣΣΗΝΩΝ.

Α ΑΜΙΕΩΝ. In Museo nostro, cum Bacchi capite, quod ederacea cinctum corona: & canthari, ex aversa parte nummi, effigie. Baccho sacrum fuisse agrum eum, ac vini feracem, hæc symbola produnt. Plinio, lib. i v. sect. x i v. *Lamia*, in Phthiotide Thessaliam regione. Stephano: *Λαμία, πόλις Θεσσαλίας.... τὸ ἐθνικὸν, Λαμίας, ϗ Λαμιάται.*

Α ΑΜ. In Cimelio Regio.

Α ΑΜΠΩΝΙΕΩΝ. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 220. Stephanus: *Λαμπάνεια, πόλις Τρωάδος.... τὸ ἐθνικόν, Λαμπάνης, ... ϗ Λαμπανῆς.* Hujus potius oppidi nummum eum esse censuerim, quam cognomini insulæ Lamponiæ, de qua Plinius, lib. iv. sect. xxiii.

Α ΑΜΨΑΚΗΝΩΝ. Nummus Commodi, apud Patinum, pag. 262. nunc Cimelii Regii. Insulptum in eo nummo remur equum marinum, qui Neptuno sacer. Sed fuere

fuere in eo oppido & alia Numina. *Lampsacenum Deum* Servius Priapum, & Priapeiorum auctor appellant. Huc spectat vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. xciv. 4.

HORTORVM. CVSTODI. VIGILI.
CONSERVATORI. PROPAGINIS.
VILLICORVM.

DVM. TVA. POMIFERVVM. CVSTODIA. PROTEGET. HORTVM.
TERROR. ET. INFESTIS. FVRIBVS. INGVEN. ERIT.

LAMPSACIOS. MELIOR. NON. IMBVET. HOSTIA. CVLTROS.
QVAM. VENIET. NOSTRA. VICTIMA. CAESA. MANV.

Pollicetur horti dominus priapo fore, ut si servet hortum, melior eia se cædatur hostia, quam quæ a Lampsaciis mactari solita esset. Pausanias, lib. ix. de Priapo: Λάμψακον ἡ ἐσ πλέον ἦ Θεούς τοῦ ἀλλοις νομίζουσι. Αἰονίου τε αὐτὸν παῖδα ἔδι γέρεις λέγοντες. *Lampsaceni eum p̄c cunctis Diis venerantur*, Bacchi & Veneris filium appellantes. Plinio, lib. v. sect. xl. *Lampsacum*. In Helleponto. Stephano: Λάμψακος . . . τὸ ἔθυμὸν, Λάμψακνός. Hodie *Lampsaco*. Vide plura in Plinianis Notis. *Λάμψακος* interim dici quoque apte posse, ex antiqua inscriptione discimus, quæ & eidem Numini, Priapo scilicet, est dicata, apud Gruterum, pag. xcv. 5.

Α Α Μ Ψ Α ΚΙ Ω Ν ΚΟΙΝΩΝΙΑ. Et ex Martiali, apud quem *Lampsacus* versus legitur, & *Lampsacia* puellæ.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Cariæ.

AP. PVLCHER. A P. F. PRO COS. *Appius Pulcher Appii F. Proconsul*. In medio nummo, ΛΑΟ. Λαοδικέων. In ima parte Græci Magistratus nomen, ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΣΩΣΙΜΟΣ. Apud Segunum, pag. 69. a quo feliciter hic nummus explanatur: uti & alter qui subsequitur.

M. TVLL. IMP. ΑΑΟ. ΛΑΒΑΣ. ΠΥΡΡΟΥ. *M. Tullius Imperator. Laodicensium. Labas Pyrrhi F. Prætor. Forte ΔΑΜΑΣΣΗ* hoc est, *Damasias*. Successit Appio M. Tullius Cicero, post actum Consulatum, in Ciliciæ & Laodiceæ, finitimarumque regionum ad-

ministratione. Vide quæ diximus in nummis ΑΠΑΜΕΩΝ Phrygiæ.

ΠΟΛΕΜΩΝ. ΦΙΛΟΚΡΑΤΩΡ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Polemon Philocrator. Laodicensium.* Nummus Augusti e Gaza Regia. Hunc Polemonem regiis insignibus donarat Augustus, ut quidem Strabo prodidit, lib. xii. pag. 578. Ζηνών Ἰωάννης ὁ ῥήτωρ, καὶ ὁ ψὸς αὐτοῦ Πολέμων, ὃς καὶ Βασιλεὺς ἡξιάθη Δῆλος τὰς αὐτογραφίας, τοῦ Ἀντωνίου μὲν περτερού, εἰςδέ Καϊσαρεῖος ἢ τοῦ Σεβαστοῦ μὲν παῦτα.

ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΛΑΟΔΙΚΕΙΑΣ. *Iuppiter Veritatis Amicus. Laodicensium.* Augusti nummus, e Cimelio Regio. Nunc Laodicea excisa penitus: loco Turcæ fecere nomen *Eskihissar*. Vide plura in Notis ad Pliniūm.

ΛΑΟΔΙΚΕΙΑΣ. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Neronis, apud Tristananum, pag. 224. & Patinum, pag. 117. cum Jovis effigie aquilam dextra gestantis. Additur & Prætoris nomen, ΓΑΙΟΣ ΠΟΣΤΥΜΟΣ, *Caius Postumus*. Et in corona laurea, B, quo signatur annus Neronis secundus.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΣ. ΓΡΑΜ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Λαοδικίων. *Agrippinus Scriba posuit.* Nummus Hadriani e Cimelio Regio, simili Jovis effigie, atque in nummo Neronis. Id Magistratus genus, *Γραμματεὺς*, seu *Γραμματέων*, passim in Cariæ nummis occurrit.

ΑΥ. ΚΑΙ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ. ΟΛΥΜΠΙΟΣ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Αύτοκρτωρ Καϊσαρ Τερψιχόρος Αδριανὸς Ολύμπιος. *Aadōkēwv. Nummi Hadriani, apud Erizzo, & alios. De Olympii cognomine quo donatus in nummis Hadrianus, vide quæ diximus, verbo ΕΦΕCΙΩΝ.*

Π. ΑΙΔΙΟΣ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. In laurea. Nummus Antonini Pii, apud Patinum in Indice, pag. 13. *Πούπλιος Αἴλιος Διονύσιος.* *Λαοδικέων.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. M. Aurelii, apud Occonem, pag. 295. & in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΕΦΕCΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Juppi-*

ter Laodicenus, ac Diana Ephesia cum cervis, in numero M. Aurelii.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ.
L. Veri nummus, e Cimelio Regio. Est & M. Aurelii,
in quo stat Imperator inter duas feminas stolatas.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΚΑΙ. ΝΕΪΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ.
Commodi, ex eodem Cimelio: Cereris cum Jove effigies: illa Nicomediensium Dea, hic Laodicerorum, ut dictum est, Præses.

ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ. ΛΥΚΟΣ. ΚΑΠΡΟC. Nummus
Commodi Imp. e Gaza Regia, in quo mulier dextra
Jovem Laodiceæ præsidem Deum gestat, desidetque
inter duos fluvios. *Laodicea, Lycus, Caper.* Plinius,
lib. v. sect. xxix. *Laodicea imposita est Lyco flumini,*
latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primum
Diospolis, hoc est, civitas Jovis: qua ex appellatione
Præses ejus oppidi Juppiter fuisse intelligitur: neque ex
ea modo, sed & ex nummis antea allatis.

ΑΥΤ. K. M. A Y P. A N T Ω N E I N O C. Αὐτοκράτωρ
Καῖσαρ Μάρκος Αύρηλος Αὐτοκράτορ. Caracallæ num-
mus, cuius in aversa parte, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩ-
ΚΟΡΩΝ. ΕΥΤΥΧΕΙC. ΚΑΙPOI. *Felicia tempora*, quatuor anni tempestates totidem puerulis desi-
gnantur. Sic in Commodi nummo, e Museo nostro,
pueruli quatuor fructus ex arbore legunt, in mediaque
inter ipsos Tellus sedet: epigraphe, TEMPORVM
FELICITAS. Tellus, inquam, quam Puerorum
Nutricem appellant, ΓΗΝ ΚΟΥΡΟΤΡΟΦΟΝ,
ut ait Pausanias in Atticis, pag. 20. Est autem in hujus
nummi anteriore area Commodi caput, cum hac epi-
graphe, M. AVREL. COMMODVS. ANTO-
NIN. PIVS. FEL. AVG. Ubi illud obiter adno-
tari operæ pretium fuerit, Cæsarum primum qui se
Pium Felicem in nummis conjunctim inscripsit, fuisse
Commodum, nec satis honesta certe causa & origine,
si Lampridium in ejus vita audimus, pag. 49: *Inter*
haec Commodus, Senatu semet ridente, cum adulterum ma-
tris Consulem designasset, appellatus est PIVS: cum

*occidisset Perennem, appellatus est FELIX. In lapis-
dibus tamen vetustis M. Aurelius PIVS FELIX
inscribitur, ut vidimus in nummis ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΔΟΓΜΑΤΙ ΣΥΝ.
ΚΛΗΤΟΥ. *Laodicenium Neocororum, Senatusconsul-
to. Caracallæ nummus, apud Tristananum, tom. 11.
pag. 185. in quo Juppiter stat, ejus civitatis Præses, ut
diximus. Non sine Senatusconsulto Neocororum fun-
gi munere civitatem ullam potuisse docuimus antea in
nummis ΑΒΟΛΛΑΙΩΝ. Hunc nummum ad Cari-
cam Laodiceam jure cum Erizzo referendum puta-
mus, nequicquam refragante Tristano. Est & alter
ejusdem Caracallæ ita inscriptus, ΛΑΟΔ. ΠΡΩ-
ΤΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Laodicenium, qui primi-
ter Neocori fuere: hoc est, qui Caracallæ principatu
omnium primi, ex Asiae civitatum incolis, in Cæsaris
gratiam ludos edi tertium, & sacra fieri curaverunt,
ex Senatusconsulto scilicet, ut præmonuimus. Sedet
Imperator in equo, milite subsequente, Palladis arma-
tæ effigie columnæ imposita.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Ex parte aversa, ΔΗΜΟC, *Popu-
lus Laodicenus scilicet, vel Romanus potius, quem
nummo illi cuso colunt. Ut hunc vero nummum Lao-
dicensibus Cariæ adscribamus, admonet inscriptio ve-
tus, allata a Sponio in Itin. Athen. pag. 145. qua se illi
Populo Romano addictos, mancipatosque profitentur.*

POPVLVS LAODICENSIS A F. LYCO
POPVLVM ROMANVM QVI SIBI
SALVTI FVIT BENEFICI ERGO
QVAE (forte QVO) SIBI BENIGNE FECIT.
Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ
ΠΡΟΣ ΛΥΚΩΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ
ΡΩΜΑΙΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ
ΣΩΤΗΡΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Æsculapii effigies: in parte altera,
turratum caput, ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ.*

ΑΤΤΑΛΟC..... ΣΜΥΡ. ΛΑΟ. Vide ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.
ΣΑ. ΕΥΤΥΧΟΥΣ. ΑΡΧΙΕ. ΓΙ. ΠΟΛ. Σαμιους; ut

quidem Spanhemius interpretatur, qui nummum hunc Laodicensium affert e Cimelio Mediceo, lib. de usu numism. pag. 692. nos Σαλίου malumus Ἰ Εὐτύχες Ἀρχιερέως τεισαύδην πόλεων. *Sabino Eutychē Pontifice* XIII. *Civitatum*, quibus Asiae scilicet commune constabat, ut alibi adnotavimus. Vide ΡΟΔΙΩΝ.

ΖΕΥΣ ΦΙΑΑΔΕΑΦΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ.

Vide ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ *Lydiae*.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ad *Libanum*, sive in *Syria Cæle*.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΠΡΟΣ. ΛΙΒΑΝΩ. Nummi Caracallæ in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xix. *Laodicensi*, qui ad *Libanum cognominantur*. Hic nummus apud Patinum exesus, pag. 298. has tantum voces exhibet, ΛΑΟΔΙΚ. ΠΡΟΣ.....

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΕΝ. ΤΩ. ΛΙΒΑΝΩ. Antonini Pii, in eodem Cimelio. Vir signum militare gestat.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΛΙΒΑΝΟΥ. Decii.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ. ΛΑΟΔΙΚΗ. ΣΕΒΕΡΙΑΝΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Ιούλιας Λαodicea Severiana Metropoleos. Severi nummus e Cimelio Reginæ Sueciæ. Ulpianus, lib. l. Dig. tit. xv. de Censibus, lege i. Est & Laodicena colonia in *Syria Cæle*, cui *Divus Severus jus Italicum ob belli civilis merita concessit*. Et cognomen a se quoque dedit. Facit autem prius Iuliæ nomen, ut subsequentes quoque nummos, qui ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ inscribuntur, huc quoque referri constet opere: quod Tristano, aliisque latuit.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΤΩΝ. ΚΑΙ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. BNP. Domitiani nummus e Gaza Regia, quo signatur annus CLII. postquam Syria a Pompeio est in provinciæ formam redacta: quod quidem egit ille anno Urbis DCXC. quo Cicero Consul fuit. Itaque hic nummus annum designat Urbis DCCCXL. Domitiani nonum.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΤΩΝ. ΚΑΙ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Iulien-sium* qui & Laodicenses, Trajani nummus e Museo nostro, & apud Patinum, pag. 185. Ex quo intelligas
N n iii

alterum istud fuisse Laodiceæ nomen. Nam quod finxere quidam , legi oportere , ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΚΟΙΝ. sive Κοινὸν , ac Juliensium , de quibus egimus suo loco , signari concordiam cum Laodicenis , adversantur ei conjecturæ , non nostri modo , sed & Regii Cimelii numismata , Trajano principe , & Antonino cusa , & quæ apud Occonem multis locis exstant , in quibus perspicue legimus , ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ &c. Sic germinum Helenes insulæ nomen vidimus , verbo ΕΑΕΝΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΚΑΙ. ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ. Donata vero Laodicea videtur altero eo nomine ab Julia Augusti conjugе , uti ex ejusdem Principis nummo auguramur , quem Tristanus affert , tom. i. pag. 126. ΘΕΙΟΥ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΘΕΙΑΣ. ΙΟΥΛΙΑΣ. ΣΕΒΑΣΤΗΣ. Ex parte altera , turrita mulier , cum epigraphe , ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Hujus in quo explanando sumus , qui Trajano Principe cusus est , epigraphe hæc est in Museo nostro , ΑΥΓ. ΤΡΑΙΑΝΟC. ΑΡΙCT. ΚΑΙC. ΖΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Αύτοκράτωρ Τεργιαρός Αειφος Καισαρ Σεβαστός Γερμανικός Δακικός. Imp. Trajanus Optimus Caesar Aug. Germanicus, Dacicus.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΣΥΡΙΑC , apud Spanhemium , pag. 896. in quo nummo legi forte possit , ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Κ. ΣΥΡΙΑC , hoc est , Κοίλης Συρίας.

COL. LAODICEAC. ME. Coloniae Λαοδικείας Metropoleos. Philippi Patris , apud Patinum , pag. 382. nunc Gazæ Regiæ. Huic similes ac plane gemini duo Caracallæ nummi apud Tristatum , pag. 177. apud quem , & apud Patinum , pag. 298. COL. LAODIC. A C M A. corrupte legas , pro LAODICEAC. M E. In hisce nummis templi effigies est , in eoque Aquila , Jovis scilicet armigera , & ipsius vicem præbens in nummis: vel Romani potius Imperii symbolum.

COL. LAOD. METROPOLEOS. Treboniani , in Gaza Regia.

SEP. COL. LAVD. METRO. Getæ nummus , hæc verba præferens in corona laurea: quæ nummo-

rum forma huic fere tractui peculiaris est, ut in nummis Berœensium, Chalcidensium, Cyrrhestarumque vidimus. Est hic e Cimelio Regio. *Septimia Colonia Laudicea Metropolis*. Fuit & Severo Septimii nomen, & Geræ pariter ejusdem Severi filio.

Α Α Ο ΔΙΚΕΩΝ *Syriæ propriæ diætæ.*

Λ Α Ο ΔΙΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΘΑΛΑΣΣΑΝ.

Laodicensium qui sunt ad mare. Hist. Régum Syriæ, pag. 262. Plinio, lib. v. sect. xviii. *Laodicea libera.* Vide quæ ibi diximus. Hodie *Latakia* appellatur.

Λ Α Ο ΔΙΚΕΩΝ. Elagabali, apud Patin. pag. 331. nunc Cimelii Regii. In eo nummo Dianaë Brauroniacæ simulacrum in templo pingitur, quod a Laodicensibus Syriæ asservatum testatur Pausanias, in *Lacon.* pag. 98. De Diana Laodicena Lampridius in *Elagabalo*, pag. 103.

Λ Α Ο ΔΙΚΕΩΝ. Caracallæ apud Patinum, pag. 298. cum simili Dianaë simulacro.

Λ Α ΠΗΘΕΩΝ. Nummus e Græcia Goltzii, Tab. xxvii. cum palmæ iconæ. De palmis Cypriis, Plinius, lib. xiii. sect. viii. De oppido, lib. v. sect. xxxv. *Lapethos.* Stephano : Λάπηθες πόλις Κύανη.. τὸ ἔθνος, Λαπίθι, ϗ Λαπίθεος. In parte nummi aversa, Serapis & Isis.

Λ Α ΠΙΘΩΝ. Apollinea lyra, in corona oleaginea. Ex parte altera, **Α Π Ο Λ Λ Ω Ν.** ΣΩΤΗΡ. *Apollo Servator.* Apollo cum arcu & pharetra, Solisque simul effigies. E Museo nostro. Plinio, lib. iv. sect. xv. *Pindus & Othrys,* *Lapitharum sedes*, in Thessalia: qui cum Centauris depugnarunt: unde & castello ibi nomen factum *Kernevēpolis*, teste Procopio, lib. iv. de Aedif. cap. iii.

Λ Α ΠΠΑΙΩΝ. Fuit hoc oppidum olim in Creta. Et est Ptolemæo, quidem lib. i. i. cap. xvii. in oppidis ejus insulæ mediterraneis, Λάστα. Dioni pariter, libro xxxvi. ubi de Metello Cretico, Λάστα. In Notitia Eccles. pag. 25. Λάμπαι. Pag. 13. ὁ Λαμπῶν. Leunclavio, pag. 96. ὁ Λάμπης. Refert nummum

eum Goltzius in Thesauro , pag. 220. & in insulis Græciæ , Tab. v. Apollinem cum lyra præfert : de quo vide quæ diximus in nummis ΚΥΔΑΙΩΝ . Gruteri vetus inscriptio , pag. M X C I . ΛΑΠΠΑΙΩΝ . Η ΠΟΛΙC . Concessam iis ab Augusto Cæsare libertatem , instaurataque mœnia refert Dio , libro L.

LARISSA *Thessaliciæ*. Plinio , lib. i v. sect. x v. *Larissa*.

ΛΑΡΙΣΣΑ , & **ΛΑΡΙΣΣΑΙΩΝ** , cum equi effigie , in Græcia vetere Goltzii , Tab. xx.

ΛΑΡΙΣΣΑΙΩΝ . E Museo nostro , cum equi pascentis effigie. Quod pascua equis alendis idonea & opima ibi fuisse argumento est. Fuere olim Thessali equi in pretio , ut auctor est Strabo , lib. viii. pag. 388. aliisque. Hinc primum in Thessalia ortum equum fabulæ narrant. Lucanus , lib. vi.

*Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes , bellis feralibus omen ,
Exsiliuit : primus chalybem , frenosque momordit ,
Spumavitque novis Lapithæ domitoris habenis.*

Et Medusæ caput nummus idem præfert.

ΛΑΡΙΣΣΑΙΑ , cum equo currente , & viro taurum domante. Plinius , lib. viii. sect. lxx. *Thessalorum gentis inventum est , equo juxta quadrupedante , cornu intorta cervice tauros necare , &c.* Vide quæ diximus in Plinianis notis ex Tranquillo & Dione.

ΛΑΣΙΩΝ . Nummus e Thesauro Goltzii , pag. 220. Plinio , lib. i v. sect. xx. *Lasos* . Hierocles , in Notitia Eccles. antiqua , inter sedes Cretæ Provinciæ Episcopales , vicesimo sexto loco **Λάσων** appellat , pag. 25. Eadem **Λίσθη** pag. 13. mendose vocatur.

LASTIGI . Nummus antiquus apud Rod. Carum , lib. iii. cap. lxii. pag. 186. Plinio , lib. iii. sect. iii. *Lastigi* , in Bæturia , parte Bæticæ , Celticorum dicta , conventus Hispalensis.

LAVS IVLIA.

C. L. I. N. AVG. Claudii nummus , apud Mediobarbum , pag. 85. ex Sponio : quem nummum sic interpretamur : *Colonia Laus Julia Nova Augusta* . Meminit

nit hujus oppidi unus, quod quidem sciam, Tullius, cuius etiam ex hujus nummi fide atque auctoritate restituenda oratio est. Sic enim ille ad *Q. Fratrem*, lib. 11. epist. xiv. *Ad 1111. Nonas Iunias*, quo die *Romanam veni*, accepi tuas litteras, datas *Placentiae*: deinde alteras postridie, datas *Blandenonae*. Ubi Tulliani editores plura exemplaria præ se ferre aīunt *Laudenouæ*: quæ vox est haud dubie in *Laude Nova* transformanda. Hodie *Zodi* dicitur, in *Insubribus*, ad ripam *Adduae* fluminis, oppidum haud ignobile: quod qui *Laudem esse Pompeiam* putant, a Plinio commemoratam, lib. 111. sect. xx1. similitudinem modo nominum sequi, non itinerariorum intervalla, non toto illi quidem cælo, sed tribus saltē millibus passuum aberrant, quibus *Zodevæ* vicus, hoc est, *Laus vetus*, seu *Laus Pompeia*, a *Laude Nova*, seu *Zodi* distat.

AEBEΔΙΩΝ. Getæ nummus in Cimelio Regio, in quo Bacchi stantis effigies. Strabo, lib. xiv. pag. 643. in Ionia. Εἴτα Λέσβος διέχουσα Κολοφῶν ἐκεῖνον καὶ εἴκοσι στάδιοι. ἔντασθαι τῷ τοῖς τὸν Διόνυσον περιπτῶν οὐ νοεῖσθαι, καὶ κατοικία τῷ τοῖς Ιωνίᾳ μέχει Εὔλησποντου, τοῦ οὐ πανήγυρεῖς τῷ αἰγῶντος κατ' ἔτος συντελουσται τῷ Διονύσῳ. Deinde Lebedus a Colophone distans stadia cxix. Ibi scenicorum artificum conventus & domicilium est, qui in Ionia sunt, ad Helleponitum usque, ibique solennis conventus & annua certamina in honorem Bacchi agitantur. Dionysia hæc & Liberalia a Libero Patre vocabantur. Vide Tertull. lib. de spectaculis.

AEBEΔΙΩΝ. Caracallæ, e Museo nostro, & apud Tristianum, tom. 11. pag. 219. in quo noctua, Palladis symbolum. Alterum ejusdem Caracallæ Sponius affert, in Itiner. Athen. in quo Pallas armata stat.

LEONICA.

MVN. LEONICA. In Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio lib. 111. sect. iv. *Leonicenses*, conventus Cæsaraugustani, in Hispania. Nunc est *Alcaniz*, in Aragonia, ad amnem *Guadalopec*, qui in Iberum influit. Vide plura in Plinianis Notis.

ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ. In Museo nostro. Plinius, lib. i i i. sect. iv. *Oppidum Leontini*, in Sicilia. Nunc Lentini, Città Fecondissima.

ΛΕΩΝ. & ΛΕΟΝΤΙΝΟΝ, apud Parutam. Derivatum oppidi nomen δέ τοδε λέοντος nummi plerique testantur, in quibus animalis ejus expressa effigies est. Sunt & in quibus spicæ insculptæ, aut Dea spicas gerens, quibus soli ubertas intelligitur. Cicero in Verrem, lib. i i i. *Caput rei frumentariæ, campus Leontinus.*

ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. L. H. λυκόπατος ἡ. anno octavo. Nummus Antonini Pii, in Cimelio Regio. *Leontopoliten* in Ægypto nomen habet Plinius, lib. v. sect. ix. Oppidum ipsum Δεόντων πόλις, *Leonus civitas*, quos in eo oppido studiose ali, auctor est Aelianus, lib. xii. hist. animal. cap. vii. Quare & in nummo subsequente,

ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, Juliae Domnæ, apud Tristianum, tom. ii. pag. 144. leo radiatus cernitur, qui prioribus pedibus fistrum, Ægypti peculiare musicum instrumentum, ejusdemque provinciæ in nummis vulgare symbolum, tenet.

LEPTIS.

COL. VIC. IVL. LEP. *Colonia Viætrix Iulia Lepcis.* Apud Ant. August. Dial. vii. Antiq. Numism. pag. 91. & in Cimelio Regio. Apud Occonem, pag. 73. male, COLVIC. IVLEP. Plinio, lib. v. sect. iv. *Leptis altera, quæ cognominatur magna*, in Africa. Hodie *Lebida*. Vide plura in notis ad Plinium.

ΛΕΠΤΙΣ. Nummus Tiberii Augusti, e Gaza Regia, in quo Mercurii caput expressum, cum toto pectore.

ΛΕΣΒΙΩΝ. KOIN. Hoc est, Κοινόν. *Commune Lesbiorum.* M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxxix. *Lesbos*, insula: hodie *Metelin*, ab oppido quod ibi insigne est, Mytilene.

ΑΥΤ. K. KOM. ANTΩΝΕΙΝΟC. Ἀυτοκράτωρ Καζστραρ Κόμιδος Ἀντωνίνος. In superficie nummi altera, geminum Numen insculptum, sub cuius tutela Lésbii

fuere: Pallas dextram nummi aream obtinet, laevam Bacchus cum urceolo vel cantharo: medius inter utrumque stat Deus Terminus, ac proræ navis insistit. Epigraphe, KOP. ΛΕΚΒΙΩΝ Κόρη Λεσβίων. *Virgo Lesbiorum*: quod & Patinum, & totum ante nos Antiquariorum gregem fugit: cum vel ex Henr. Stephani Lexico doceri illi potuissent, Minervam quoque a Platone, de Legibus, Κόρης της Δεσμονας appellari. Et ex Punico Panormitanorum nummo apud Parutam, num. 138. in quo Palladis galeata caput insculptum, cum ea epigraphe KOPAC, Dorica dialecto pro KOPHC. Bacchus agrum circumiectum vini feracem ostendit: confirmatque Plinius, lib. xiv. sect. ix. Optimis Græciæ vinis addidit Lesbium Erasistrati Medici auctoritas, &c. Alexius apud Athenæum, lib. i. pag. 28. & Archestratus, pag. 29. Donatus in Andriam Terentii, sc. 111. act. 1. *Semper nomina comicorum servorum, aut a nationibus sunt indita, ut Mysis, Syrus: aut ex accidentibus, ut Lesbia, velut ebriosa, a Lesbo insula, quo est ferax suavissimi candidissimique vini, &c.* Denique Terminus proræ insistens, situm insulæ & oppidi ad mare portuosi declarat.

ΛΕΣΒΟΥ. Goltzii nummus, in insulis Græciae, Tab. xiv.
ΣΑΠΦΩ. ΛΕΚΒΙC. *Sappho Lesbia*. Ibidem. De ea, vide Strabonem, lib. xiiii. pag. 617. & his adde ea quæ ex Polluce dicturi sumus in nummis ΜΥΤΙΔΗΝΑΙΩΝ. Ovidius, lib. 111. de arte, vers. 331.

Nota sit & Sappho: quid enim lascivius illa?

ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ. Goltziani nummi, in insulis Græciae, Tab. i. quibus Diana peculiari cultu insculpta: sed quam cervus adjectus prodit. Plinio, lib. xv. sect. ii. *Leucadium litus, & Leucadia peninsula*, in Epiro.

ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ. ΑΓΗΝΩΝ, in nummo quem vidi-
mus, Ionica dialectus est, pro ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ:
ΑΓΩΝΩΝ. *Certaminum Leucadiensium*. Vide quæ de
nummo inscripto ΚΑΙΣΑΡΕΙΩΝ ΑΓΗΝΩΝ di-
ximus, verbo CÆSAREA Bithynia. Sunt enim Iudi
Leucadii, iidem qui Actii, ut idem Apollo Leucadius,

qui & Actius : a Leucade nempe Ambraciæ & Epiri promontorio , unde prospectus Actium usque est. Maro , Æneïdos lib. III.

*Mox & Leucatae nimboſa cacumina montis ,
Et formidatus nauis aperitur Apollo.*

Et Naso , in epist. Sapphîs.

Ambracia eft terra petenda tibi.

Phœbus ab excelfo , quantum patet , aſpicit aequor:

Alteum populi , Leucadiumque vocant.

Propertius , lib. III. Eleg. x i.

Leucadius verſas acies memorabit Apollo.

Nempe classem Antonii apud Actium ab Augusto versam in fugam.

ΛΕΥΚΟΦΡΥC. Vide ΜΑΓΝΗΤΩΝ.

ΛΗΜ. ΛΗΜΝΟΣ , & ΑΗΜΝΙΩΝ , apud Goltzium , in nummis Græciae insularum , Tab. xiiii . cum malleo & forcipe , Vulcani scilicet instrumentis , qui Deus Lemni præcipue colebatur. Maro , viii. Æneïd.

Hæc pater Æoliis properat dum Lemnus oris.

Tullius , lib. III. de Natura Deor. *Vulcani item plures: Tertius ex tertio Iove & Iunone , qui Lemni fabricæ traditur præfuisse.* Plinio , lib. iv. ſect. xxiii. Lemnos &c. Insula Ægæi maris , hodie Stalimene , voce conflata ex iis tribus , *eis τὸν Λῆμνον.*

ΛΙΒΥH. Libya. Nummus e Thesauro Goltzii , pag. 220.

Plinius statim initio libri quinti , *Africam Græci Li- byam appellavere.*

ADVENTVI. AVG. LIBYAE , &

RESTITUTORI. LIBYAE. Hadriani , apud Oc- conem , pag. 230. & 231.

ΛΙΛΥBAITTAN , in nummis Parutæ. Oppidum fuit ejusdem nominis cum promontorio , de quo Plinius , lib. III. ſect. xiv. Stephanus : *Λιλυβαιον εἰς τὴν πόλιν. ως τὸ ἔθνικὸν , Λιλυβαιῶν , ως Λιλυβαιῖτης.* Cicero in Divin. Si litteras Græcas Athenis , non Lilybæci didicif- fes. Et in Verrem , lib. II. Quantum ab negotiatoribus , qui Syracusis , qui Agrigenti , qui Panormi , qui Lily- bæci negotiantur , eſſet coactum. Et Orat. v. Splendidissima

civitas Lilybætana. Sed negotiatorum nomen recordationem excitat nummorum, in Cimeliis passim occurrentium, ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ, quos ab hisce negotiatoribus Siculis cūsos esse jam antea sūbindicavimus. In nummis porro Lilybætanorum Apollinem, Apollinisve tripodem, aut citharam, videas fere insculptam, aut denique Sphingem cum rota. Quæ Sphinx & in aliis quoque Siciliæ nummis occurrit. Cujus rei admonitione & illius a Tullio facete dicti venit in mentem, quod Plinius noster recitat, libro XXXIV. sect. XVIII. *Signis, quæ vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, ut secum circumferant, sicut Hortensius Orator Sphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo judicio in altercatione neganti ei se ænigmata intelligere, respondit debere, quoniam Sphingem domi haberet. Id nempe signum a Siculis Verres abstulerat, dederatque Hortensio patrono.*

AIMHPEΩΝ. Nummus Gordiani junioris. Plinio, libro IV. sect. IX. in Peloponneso. *Epidaurus Limera cognomine.* Pausanias lib. III. Lacon. pag. 204. inter oppida Eleutherolaconum, Ἐπίδαυρος ή Λιμένες. Nunc quoque *Epedaura*: non ut quidam volunt, Malvasia, Moneimbasiave. In ea urbe olim fana Veneris, Æsculapii, Minervæ, & Διὸς Σωτῆρος, Jovis Servatoris fuere, teste Pausania in Lacon. pag. 107.

ΛΙΠΑΡΑΙΟΝ. ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ, & ΛΙΠ. in nummis Parutæ, & in Græcia vetere Goltzii. Plinio, lib. I I I. sect. X I V. *Lipara*, citra Siciliam insula, hodieque *Lipari*. In nummis iis Neptunius tridens, in aliis ipse Vulcanus insculptus, aut Æolus potius, quem ibi imperitasse ferunt: denique in aliis cancer, in nummis insularum, ut diximus, frequens. Est & Ceres in his cum spicis, soli ubertatis index. Strabo, lib. V I. pag. 275. de Lipara: "Ἐχει δὲ τὴν ἀγραπτον. Agrum habet fertilem.

LOBETVM. MVN. Tiberii, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Λιβύη Ptolemæo, lib. I I. cap. VI. in Hispania Tarragonensi oppidum.

ΑΟΓΦΟΣ ΤΑΛΗΤΩΝ. E Cimelio Regio. Situs adhuc incomerti oppidum, si tamen oppidi istud, ac non viri potius nomen est, quod sic reconcinnari oporteat,
ΑΟΓΓΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ. Longi Senatoris, cuius mentio in vetusta inscriptione apud Gruterum, pag. M X C VI. Nicææ in Bithynia reperta:

ΑΟΓΓΟΣΥΙΟΣ ΣΟΚΚΙΑΝΟΣ

ΑΟΓΓΟΥ ΟΥΛΕΥΤΟΥ &c.

Hoc est, ut Gruterus apte conjectit, Λόγχης υἱὸς Σοσιανὸς Λόγχος Βουλευτός. At mihi nihilominus scrupulus restat unus, quo minus mea mihi plane conjectura arrideat: quod quam frequens in nummis sit οὐ βουλῆς nomen, tam sit βουλευτός infrequens. Dicemus de ea voce uberiori in nummis **ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ.**

ΑΟΚΡΩΝ. Nummi e Magna Græcia Goltzii, Tab. xxvi. in quibus, ut in numismatibus **ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ**, præter Jovis caput insculptum, aquila in superficie nummi altera leporem discerpit: quod victoriæ fuit de Crotoniensibus relatæ symbolum, ut mox dicemus ex Justino. Quare ad Italæ Locros ii spectant, quibus a Zephyrio cognomen fuit, ut in nummis **ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ** diximus.

ΑΟΚΡΩΝ. Cum Proserpinæ effigie, ac teda, apud eundem Goltzium. Cultam in primis hanc Deam a Locris, docet Strabo, lib. vi. pag. 256.

ΑΟΚΡΩΝ. Jovis sedentis effigies, cum Copiæ cornu: & ex parte aversa Castores duo pileati cum stellis. Justinus, lib. x x. cap. i i. Recuperata sanitatem, non diu Crotonenses quievere. Itaque indignantes, in oppugnatione Siris, auxilium contra sc̄a Locrensis latum, bellum his intulerunt. Quo metu territi Locrenses, ad Spartanos decurrunt, auxilium supplices deprecantur. Illi longinqua militia gravati, auxilium a Castore & Polluce petere eos jubent. Neque legati responsum sociæ urbis spreverunt: profectique in proximum templum, facto sacrificio, auxilium deorum implorant. Litatis hostiis, obtentoque, ut remur, quod petebant, haud secus leti, quam si deos ipsos secum advecturi essent, pulvinaria iis

in navi componunt, faustisque profecti ominibus solatia suis pro auxiliis deportant. His cognitis, Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, victoriæ facultatem, bellique prosperos eventus deprecantes. Responsum, prius votis hostes, quam armis vincendos. Cum vovissent Apollini decimas prædae, Locrenses & voto hostium, & responso Dei cognito, nonas voverunt: tacitamque eam rem habuere, ne votis vincerentur. Itaque, cum in aciem processissent, ad Sagram amnem, & Crotoniensum centum viginti millia armatorum constitissent, Locrenses paucitatem suam circumspicientes, nam sola quindecim milia militum habebant, omissa spe victoriæ, in destinatam mortem conspirant: tantusque ardor ex desperatione singulos cepit, ut victores se putarent, si non inulti morerentur. Sed dum mori honeste querunt, feliciter vicerunt: nec alia causa victoriæ fuit, quam quod desperaverunt. Pugnantibus Locris, A Q V I L A ab acie nunquam recessit, eosque tamdiu circumvolavit, quoad vincerent. In cornibus quoque duo juvenes (CASTORES) diverso a ceteris armorum habitu, eximia magnitudine, & albis equis, & coccineis paludamentis, pugnare visi sunt, nec ultra apparuerunt quam pugnatum est, &c. Strabo, lib. v i. pag. 261. Μετὰ δὲ Λόχρον, Σάργας, ὃν θηλυκῶς ὄνομα-ζουσιν, ἐφ' οὐδὲ βαμοὶ Διοσκούρων, τοῖς οὖσ Λοχροὶ μέλοι καὶ Ρήγίνων τερψίς μελάδας Κεπτανιατῶν συμβαλόντες ενίκησαν. Post Locros sequitur Sagra fluvius, quem feminino genere efferunt: ad eum est templum Castorum, ubi CCC Locrenses cum Reginis, de cxxx. millibus Crotoniatarum pugna commissa victoriam reportarunt.

ΛΟΚΡΩΝ. Apud Goltzium, Tab. v i i. veteris Græciæ nummi, in quibus Minervæ & Pegasi effigies sculptæ, ut in Amphilochiorum nummis, Tab. 6. Plinio, lib. i v. sect. i v. Proximi Ætolis Locri, qui cognominantur Ozolæ. Pars quæ Solem ortivum spectat, Boœtiæ fuit, eademque Locrorum Epicnemidiorum appellata.

ΛΟΚΡΩΝ. N.E. PΩΜΑ. Romæ sedentis effigies, cui coronam stans Virtus porrigit. Λοκρὸν Νεωκόρων. Πάρις. Apud Goltzium in Magna Græcia, tab. xxvii. Ex

parte altera, Jovis caput, epigraphe, N E Ω K. Itaque se Jovis & Urbis Romæ Locri Neocoros vocant. Quare ad Græciæ Locros nummum hunc potius revocamus, quam ad Epizephyrios: quod cum auctore Tacito, lib. i v. Annal. Smyrnenses omnium primi se Neocoros Urbis Romæ dixerint, Italia jamdudum scilicet a Romanis subacta: hanc adulationem ab Italiæ oppidis, post illud tempus usurpatam fuisse vix arbitremur.

ΛΟΚΡΩΝ. Cum Pegaso, & ederæ folio, quale & in Opuntiorum, qui Locri fuere, nummo pictum. Apud Goltzium in Græcia, Tab. xviii.

ΑΟΚΡΩΝ. Cum Ajacis Oilei, ut videtur effigie: ejus nimirum, qui Locrorum Epicnemidiorum dux bello Trojano fuit. Homerum vide, & Strabonem, lib. ix. pag. 425.

ΛΟΚΡΩΝ. Cum Palladis armatæ effigie, adjecto cantharo, cum uva & edera, ut in Opuntiorum nummo. Apud Goltzium, Tab. xviii. Stephanus, verbo Ζωστήρ. Τιμᾶται καὶ Ζωστεία Ἀθλῶν τοῖς Ἐπικνεμιδίοις. Colitur & Minerva Zosteria in Locris Epicnemidiis. Et hujus cognominis meminit Hesychius. Id Palladi datum, quod veteres ζώστας arma induere dicerent. Pausanias, in Bœot. pag. 294. ubi Thebanorum fana signaque enumerat: Πλισίον ἢ Ἀμφιτέανθος, inquit, δύο αγάλματα λίθινα λέγουσιν Ἀθλῶν ἐπίκλησιν Ζωστείας: λαβεῖν γὰρ τὰ ὄπλα αὐτὸν ἐπιτίθεται, πίνει τὸν Εὐ-Σοῦνον καὶ Χαλκάδοντα ἔμελον ἀντιτάξεων. τὸ δὲ ἐρδόνη τὰ ὄπλα, σκυλίου δέ εἰς οἱ παλαιοὶ ζώστας. Καὶ δὴ Οὐμενοὶ Ἄρει τὸν Αγαμέμνονον ποιήσαντα ἐπικέντρα τὸν ζώλιον φασιν εἰνάζειν. Prope Amphitryonem duo sunt Minerva signa lapidea, Zosteriae cognomento: illic enim dicitur arma induisse Amphitryo, cum Eubœensibus & Chalcodonte congressarum. Arma autem induere, veteres Cingere, ζώστας, dixerunt. Nam & Homerum cum Agamemnonem Marti similem zona fecisset, de armorum ornatu id intelligi voluisse putant.

ΛΟΠΑΔΩΤΣΣΑΙΩΝ. Goltzii nummus in vetere Græcia. Plinio, lib. v. sect. vii. *Lopadusa*. Stephano: Λοπαδίνωσα,

Λοπάδουσα, ῥῆος καὶ Θάλης τὸ εθνικόν,
Λοπάδουσας. Nunc *Lampedosa*, in Libyco mari. Præfert hic nummus Jovis caput: pīscem ex parte averfa.

LOVCERIA. E Cimelio Regio: singulis litteris inter singulos rotæ unius radios collocatis. Plinio, lib. III. sect. xvi. *Colonia Liceria*. Quo tempore deducta eo colonia fuerit, disce ex Velleio, lib. I. Nunc *Luccero dellí Pagani*, in Capitanata Italæ regione.

L V G D V N V M.

: COL. R O M. L V G D V N. Caii Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. *Colonia Romana Lugdnam*. Plinio, lib. I v. sect. xxxii. *Colonia Lugdunum*, in Secusianorum agro: caput olim Galliæ Lugdunensis. *Lion*.

IM P. CAESAR. DIVI. F. DIVI. IVLI. COPIA. Nummus Augusti, e Cimelio Regio, & apud Tristianum, pag. 84. qui ad Thuriorum urbem hunc nummum refert, quod hanc a Romanis Strabo, aliquie eum secuti, Κωνίας esse appellatam prodiderunt. Apud Gruterum, inscriptio tergemina, C. C. C. A V G. L V G D. *Colonia Copia Claudia Augusta Lugdunensis*. Iterumque alia, C. C. COL. L V G. *Claudia Copia*. *Colonia Lugdunensis*. Nam apud eundem Gruterum, pag. xxix. planissime legas, COLON. COPIAE. CLAVD. AVG. LVGD. Forte, quod ibi copiæ, hoc est, horrea & apothecæ forent, in quibus militaris annona condebatur. In vet. inscript. mentio fit Praefecturæ cuiusdam, A COPIIS. MILITARIBVS. Hinc apud Gellium, lib. xvii. cap. ii. *Copiarii*, castrense verbum.

COPIA. Apud Goltzium, in Magna Graecia, Tab. xxxv. cum Copiæ cornu, quale & in Cabellionum nummo vidimus, & in altero Lugdunensium mox visuri sumus. Non Thuriorum, ut ille falso existimat, ceterique post eum: sed Lugdunensium omnino nummus est.

IM P. CAES. D. CLO. ALBIN. AVG. *Imp.*
Cæsar Decimus Clodius Albinus Augustus. GEN.

L V G. C O S. I I. *Genius Lugduni. Consul secundum.*
Genius Urbis turrito capite aream ejus nummi posticam obtinet, hastam lœva, dextra Copiæ cornu gerens, quo symbolo vetus Lugduni nomen, C O P I A repræsentatur. Ante pedes, aquila: principatus Albini typus. Est hic nummus apud Occonem, pag. 342. sed vitiose editus: G E N. L. A V G. C O S. II.

S E C V R I T A S. R E I P V B L I C A E. L V G D. O F F. S.
Lugdunensis Officina signavit. Item, P. L V G. Hoc est, Percussa Lugduni Moneta, in nummis Juliani. In Valentiniani, G L O R I A. R O M A N O R V M. L V G. S. M. Lugduni signata Moneta. Vide infra, S I S C I A.

L V G V D V N I. In nummis M. Antonii, ut in vetusta inscriptione apud Gruterum, pag. c c c c l x x x i v. C V R I A L V G V D V N E N S I V M. Leo in eo nummo insculptus, seu Antoniae familiae symbolum: unde Tullianum illud ad Atticum: *Tu cave Antonii leones pertimescas: sive legionis ejus insigne, quæ deducta Lugdunum ritu coloniæ est, vel quæ Antonio militavit. Sic enim in nummis Gallieni, e Cimelio Regio, L E G. I I I. F L. V I. P. V I. F. Item, L E G. V • I I. C L. V I. P. VI. F. aliisque quamplurimis, leo legionum earum insigne est: ut aliarum, sub eodem Principe, taurus, centaurus, ibis, aper, &c. Aditæ in hoc nummo litteræ, A. X L. In aliis etiam, teste Rubenio, X L I. & X L I I. & L X I. quibus si quis vel nummi pretium, vel annonæ concessæ numerum, vel annum æræ alicujus signari putet, frustra sit. An legionis ibi, vel cohortis potius, nomen intelligi oporteat, quæ vel *Adjutrix quadragesæ fæpiusve*, vel *Antoniana* appellata sit, quod toties Antonio navaverit operam, amplius considerandum. Certe in nummis superius appellatis, *Legio Quarta Flavia sextam Pia, sextum Fidelis, Legio Sexta Classica sextum Pia, sextum Fidelis*, aliæque *septimum*, vel *fæpius*, ob id nuncupantur: Et in vetusta inscriptione apud Gruterum, pag. c i i i. 6. occurrit L E G I O I. A D I. P.*

F. A N T O N I A N A. Sed hæc conjectura esto, non
xweiā dōxa.

L V G D V N V M *alterum.*

L V G D V N O. C L O A T O, hoc est, *Clavato*. Nummus aureus antiquus laudatus a Sirmondo, in Notis ad Conc. Aurel. i v. pag. 609. quod habitum est anno æræ vulgaris, D X L I X. Quo tamen in nummo, L A V - D V N O potius, quam L V G D V N O legi censuerim oportere: quod, auctore Flodoardo, lib. i i. hist. Eccl. Rem. cap. v. in Remensi Concilio circa annum D C X X X. una cum *Theodorico Lugdunensi*, interfuit *Chainoaldus Lauduni Clavati*. Sed idem fortassis Laudunum ævo posteriore, quod priore *Lugdunum Clavatum* vocatum est: hodie *Laon*, in Gallia Belgica. Urbem quoque *Claborum Virdunum* legere me alicubi memini: credo, apud Sigebertum in Chron.

L Y C I A.

A D V E N T V I. A V G. L Y C I A E. Hadriani nummus ex Occone, pag. 230. De Lycia Plinius, lib. v. sect. xxviii.

ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΛΥΚΟ. L. I A. cum effigie Serapidis. Λυκοπλιτῶν. Λυκόπολις ia. hoc est, anno undecimo Hadriani Principis, cuius ævo cusus ille nummus est. Plinio, lib. v. sect. ix. *Lycopolites* nomos, seu praefectura in Ægypto.

ΛΥΚΟΣΘΕΝΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Λυκοθέν, πόλις Λυδίας.... ἐπολίτης, Λυκοθεντεύς.

ΛΥΚΤΙΩΝ, cum apri capite, & aquila Jovis armigera, ex parte aversa. Nempe ei Deo in primis devoti Lyctii fuere: ut & olim humana ei hostia litarent. Clemens, in Protrept. pag. 27. Λυκτίους γδ, Κρητῶν ἡ ἔθνος εἰσιν, οἵτως Ἀντικρεῖσθαι τὸ Νότοιο, Σποράνεται αὐθάποις Σποράδειν τῷ Διῖ. Erat autem colonia Lacedæmoniorum, & inter Cretæ civitates antiquissima. Polybius, lib. iv. Λύκτιος ἦ, οἱ Ακαδαιμονίων μὲν πόλις οὖσα καὶ συγχρήν, δεκατοτῆτη ἡ τῇ Κρητικῶν πόλεων. Plinio, lib. iv. sect. xx. *Lyctus*. In Notitia Eccles. antiqua, inter Episco-

pos Provinciae Cretæ, pag. 13. ὁ Λύκτος. *Lege*, ὁ Λύκτος. In altera Notitia, pag. 25. recte Λύκτος.

ΛΥΤΤΙΩΝ, in nummis quibusdam vidimus. Nempe quæ scriptoribus aliis Λύκτος appellatur, eadem Polybius, ac Poëtis, Strabone teste, lib. x pag. 476. Λύττος dicitur. Appellationis causam Stephanus afferit, quod sit in loco edito posita: nam quod editum est, Λυττὸν dicunt. Apud Gruterum, pag. 1094. 5. Et pag. 1084. 9. 10. 11. & 12. ΛΥΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙC, ubi Trajano ac Plotinæ, Sabinæ item, ac Matidiæ, Hadriano denique ipsi dicatae a Lyttiorum inscriptiones plurimæ afferuntur. Ex iis hæc in primis eximia, quæ Trajanum Divi Nervæ F. spectat, pag. M^lXXXIV. II.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙ ΚΑΠΙ.

ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑ. ΥΙΩ. ΝΕΡΟΥΑ.

ΤΡΑΙΑΝΩ. ΣΕΒΑΣΤΩ.

ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΜΕΓΙΣΤΩ.

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗС. ΕΞΟΥΣΙΑС. ΤΟ. ΙΖ.

ΥΠΑΤΩ. ΤΟ Γ. ΠΑΤΡΙ. ΠΑΤΡΙΔΟС.

ΤΩ. ΤΗС. ΟΙΚΟΥΜΕΝΗС. ΚΤΙΣΤΗ.

ΑΥΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙC.

ΔΙΑ. ΠΡΩΤΟΚΟΣΜΟΥ. Μ. ΠΟΜΠΗΙΟΥ.

ΚΑΕΙΜΕΝΙΔΑ.

Imp. Cæsari Divi Nervæ F. Nervæ Trajano Augusto, Pontifici Max. Trib. Poteſt. xvii. Consuli III. Patri Patriæ, Orbis Conditori, Lyttiorum Civitas, per Protocosmum M. Pompeium Climenidæ F. Est Cosmus apud Cretenses Magistratus idem, qui apud Lacedæmonios Ephorus. Nec Trajano modo marmor dicavere Lyttii, sed & nummum Nervæ quoque ipsius insignitum effigie cudi justere, qui sequitur:

ΑΥΤΟΚΡΑΤ. ΝΕΡΟΥΑ. ΚΑΙ ΚΑΠ. ΣΕΒΑΣΤ.

ΛΥ. *Imp. Nerva Cæsar Augustus. Lyttiorum. Nervæ laureatum caput. Ex parte altera, ΥΠΑΤΟC: TPI-TΟΝ. Consul tertium. Lyræ geminæ, cum noctua: quibus symbolis Apollinis Palladisque fana & sacra in eo oppido celebrata olim significatur. E Museo V. Cl. I. Vaillant.*

LYLA.

COL. LYLA. S. P. Q. R. Titi nummus, apud Medobarbum, pag. 127. in quo aquilæ effigies expansis alis. Stephanus: Λύλη, πόλις Ἀρχεδίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Λυλᾶθος.

ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ. Gordiani junioris, Licinii Salonini, & Licinii Valeriani numismata, e Cimelio Regio. Λύραι urbs est Phrygiæ supra Cibyram posita, cuius Eustathius, ac Dionysius meminere.

ΛΥΣΙΜΑΧΕΩΝ. Nummus e Goltzii Græcia, Tab. xxvi. Ex parte altera: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Plinio, lib. iv. sect. xviii. Lysimachia. Stephanus: Λυσιμάχεια, πόλις δὲ ἡ Θράκη Χερρονήσου . . . ὁ πολίτης Λυσιμάχευς.

ΛΥCΙΜΑΧΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vespasiani, ex eodem.

ΛΥCΙΜΑΧΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Anniae Faustinæ, ex eodem Goltzio.

ΛΥΤΤΙΩΝ. Vide ΛΥΚΤΙΩΝ.

M

MΑΓΔΩΛΑΙΤΩΝ. Antonini Pii nummus, e Thesaluro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Μαζωλὸς, πόλις Αἰγαίου . . . τὸ ἐθνικὸν, Μαζωλίτης.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ, in Asia, ad Meandrum.

ΑΕΥΚΟΦΡΥC. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Hadriani nummus, ex Cimelio Regio, cum Dianæ διμετρίου effigie. Fuit nempe Leucophrys oppidum, in quo Dianæ fanum, stagnumque circuitu stadii unius, circa Tralles, in ea planicie quam Maeander alluit in Magnesia, teste Xenophonte, lib. i v. rerum Græcarum, pag. 539. & Tacito, ut diximus in nummis ΕΦΕCΙΩΝ. Pausanias quoque in Atticis, pag. 24. Χαλκεοῦ Αρτεμίδος ἀγαλμα, επίκλησιν Λευκοφρύνης ἀνέθεσαν ἢ οἱ παῖδες οἱ Θεμιτοὶ κλέοις. Μαζυτης δὲ ἦν ἡρχε Θεμιτοκλῆς, λαβὼν τοῦ βασιλέως, Λευκοφρύνης "Αρτεμίδην σὺνσι τῷ πηλῷ. Apud Oscanem, pag. 146. Otaciliæ Severæ nummus hanc ha-

NUMMI ANTIQUI

bet epigraphen, ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΛΕΥΚΟΦΡΥΝΗ, cum templo Dianæ. Vide & Selenenum, in Marmori-
bus Arundellianis, pag. 153.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Faustinæ Aurelii, apud Patin. pag. 253.
ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΥΛΑΟΥ. ΕΠΙΚΡΑΤΟΥΣ. ΜΑΓ-
ΝΗΤΩΝ. Ἐπὶ Μάρκου Ἀυρυλίου Υἱοῦ Ἐπικρεπός
Μαζίντων. Sub Marco Aurelio Hylo Praeposito Mag-
netum. Caracallæ nummus, apud Tristan. tom. II. pag.
196. & in Museo nostro: in quo Curetes armati tres,
cum clypeis ac pugionibus, ante aram Deamque fal-
tantes: qua de saltatione Plinius, lib. v 11. seet. LVII.
Saltationem armatam Curetes docuere in Creta. Porro
Magnesiam ad Mæandrum Cretensium esse coloniam
docuimus in nostris ad Plinium notis.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗ ΤΗC. ΑCΙAC. *Magn-*
netum, septima Asiae civitas. Gordiani tertii nummus e
Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 373. Fuit inter
civitates ordo quidam prærogativæ, qualem in sua pa-
tria Naso agnoscit, lib. 11. Amor. eleg. xvi.

Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris :

Parva, sed irriguis ora salubris aquis.

Quamobrem & tertio loco a Plinio appellatur, ut suo
loco monuimus. Vide quæ diximus, verbo ΑΣΙΑ. In
Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 43. Magnesia prope
Mæandrum posita, quartum locum obtinet: prope Si-
pylum altera, vicesimum. Apud Constant. Porphyrog.
lib. 1. them. 111. pag. 21. inter Asiae civitates, nonus
Magnesiae locus adjudicatur. Itaque proprius vero est,
spectare nummum hunc ad Magnesiam Mæandri, de
qua Plinius, lib. v. seet. xxxi. *Magnesia Mæandri co-*
gnomine insignis.

ΓΡΑ. ΦΡΩΝΤΕΙΝΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ Julie Ma-
mææ e Cimelio Regio, cum Dei Luni stantis effigie,
faces spiris serpentium involutas utraque manu ge-
stantis.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠ. ΓΡ. ΑΥΡ. ΤΥΧΙΚΟΥ. Ale-
xandri Severi, apud Occonem, pag. 420. *Μαζίντων,*
Ἐπὶ Γεγμιατίων Αύρηλίου Τυχικοῦ. Magnetum, sub Scriba

Aurelio Tychico. Et Marciæ Otaciliæ Severæ, pag. 446. ΕΠ. Γ. ΤΥΧΙΚΟΥ. ΒΝΕ ΜΑΓΝΗΤΩΝ.
hoc est, ὅπις Γερμανίας Τυχικός, Μαγνήτης β'. five δις
Νεωκόρων: Illud enim ΒΝΕ in ima parte nummi po-
situm, postremo loco legi oportuit. Est hic Otaciliæ
nummus & in Cimelio Regio.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΑΡΤΕΜΙΔΟC.
Victoria stolata stat, dextra coronam, læva palmam
gerit, in nummo Maximi Cæsaris, cuius epigraphe ex
parte altera, Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC. K.
*Caius Julius Maximus Cæsar. Magnetum, qui Neocori
Dianæ. Apud Occonem, pag. 425. & Erizzo, pag.
494.*

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠ. ΓΡΑ. ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ. *Sub
Scriba Athenodoro.* Gordiani junioris nummus, cuius
neque epigraphen legere, nec typum explanare Pati-
nus valuit, pag. 373. In eo Diana, cuius in primis nu-
mmi Magnetes devotos addictosque vidimus, curru
vehitur juncto cervorum biga. Alias quadriga cervo-
rum ejus Dex currum trahi, auctor est Callimachus
hymno in Dianam, vers. 105.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ a Sipylo.

ΜΑΓΝΗ. ΣΙΠ. Nervæ nummus apud Platinum, pag.
169.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥ. & ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥ-
ΛΟΥ. Item ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΠΟ. ΣΙΠΥ. passim
in nummis occurunt, Domitiæ Longinæ, M. Aurelii,
Caracallæ, Juliæ Mamææ, Alexandri Severi, Gordia-
ni junioris, Philippi Patris, e Cimelio Regio, & Ota-
ciliæ Severæ. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Magnetes a
Sipylo.*

ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΑΙΓΑΙΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙ-
ΠΥΛΟΥ. M. Aurelii e Cimelio Regio. *Sub Prætore
Ævadio.* Victoria dextram trophæo imponit.

ΕΠΙ. ΣΤΡ. M. ΑΥΡ. ΓΑΙΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠ.
Caracallæ nummus, apud Platinum in Thesauro, pag.
187. in quo Genius Urbis cum Cybele Deorum ma-
tre, uti ex leone quidem adstante conjicimus, fœdus

ineunt. Et sane Crispinæ numimus ædem exhibet, in qua Cybele cum leonibus insculpta: epigraphe, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛΟΥ. In marmore Arundelliano, jurant Magnesii Smyrnæis, ἀλλ' τὸν Μητρέα τὸν Σιπυλήν. Unde intelligimus inter Deos Præfides ejus civitatis Matrem quoque Deum fuisse.

ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΤΑΤΙΑΝΟΥ. Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥ. Apollo sedens cum cithara, in nummo Philippi filii, apud Sponium in Itin. Athen. *Sub Prætore Aurelio Tatiano iterum, Magnetum a Sipylo.*

ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΦΦΙΑΝΟΥ. ΒΑΡΧΑΤΟΒ. ΣΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Decii numimus, quem sic Tritianus legit, tom. ii. pag. 595. Ἐπὶ φραγμῷ Ἀφφιανοῦ Βαχαρέτου, &c. Nos paulo felicius, ut remur: ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΦΦΙΑΝΟΥ. Β. ΑΡΧ. Α. ΤΟ. Β. ΣΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Ἐπὶ Σιρατηῷ Ἀφφιανοῦ δὲ, Ἀρχερέως θρόνου τὸ β. Στεφανφόρου Μαγνητῶν. *Sub Prætore Apphiano iterum, Pontifice primo iterum, Stephanephoro Magnetum.* Occurrit idem Apphianus in nummo Phocænium. Fuit Σιρανφόρος is appellatus, cui a ceteris sacerdotibus cura commissa, ut præcesset Magnesia totius sacræ. Fuit is honos veluti summus Pontificatus, & ejus insigne corona capitii imposta. Vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. cccix. i.

Η. ΣΥΝΟΔΟΣ. ΤΩΝ. ΜΥΣΤΩΝ. ΤΗΣ. ΜΕΓΑΛΗΣ. ΘΕΑΣ. ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ. ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ. ΤΟΥ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ. ΜΑΤΡΩΟΝ. ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΑΣ. ΤΟΝ. ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ.

Conventus Sacerdotum Magnæ Deæ Legiferæ Cereris, Metrodorum Hermogenis F. Metrodori N. Matris Deum sacerdotem Pronunciavit Stephanephorum. Altera, apud Sponium in Itin. Athen. ΤΟΥ. ΙΕΡΕΩΣ. ΤΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. ΚΑΙ. ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ. ΤΟΥ. ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ. ΑΥΤΩΝ. ΟΙΚΟΥ. Sacerdotis Augustorum, & Stephanophori totius eorum domus. Posidonius, apud Athenæum, lib. xi. pag. 533. Πόσις ἐν τείτω Μαγνητικῶν Θεμιτοκλέα φησὶν ἐν Μαγνητίᾳ τὸν Στεφανφόρον δεξῆν αὐτολαβόντα θύσαι Αθηναῖ, καὶ τὸν

τὸν ἔορτὸν Παναθηναῖα ὄνομασαι. Καὶ Διονύσῳ Χοοπότῃ
θυσίσαντα, καὶ τὸν χειρὸν ἔορτὸν αὐτῷ καταδεῖξαν. Posidonius libro tertio Magnesiorum ait, Themistoclem in Magnesia, cum Stephanophori dignitatem assumpsisset, Palladi sacrificasse, festumque illum diem vocasse Panatenea: tum etiam Baccho Choopotæ immolasse hostias: & eo ritu, quo Athenienses, illic Congiorum ferias celebrasse. In hoc certe Magnetum nummo Bacchus curru trigibus juncto vehitur. Quod vero in eo ΤΟ. Β. legimus, id esse in nummis familiare, vel ex hoc opere liquet: in quo & ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΤΡΑΙΑΝΩΝ. ΚΑΙ. ΤΟ. Β. & alia similia monumenta vidi mus. Sic vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. CCCXLVIII. i. quam, non ut ibi mutilam, sed integrum repræsentamus:

ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ.

Γ. ΠΑΠΕΙΡΙΟΝ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΚΑΙ.

ΤΟ. Β. ΠΡΩΤΟΝ

ΑΡΧΟΝΤΑ. ΚΑΙ. ΤΟΝ.

ΕΙΡΗΝΑΡΧΗΝ

ΤΗΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕ

ΩΣ. ΑΝΚΥΡΑΣ.

ΚΑΙ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΙΕΡ

ΕΑ. ΤΟΥ. ΔΙΟΝΥΣ

ΟΥ. ΦΥΛΗ. &c.

Et vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. CCCVI. 10.

Δ. ΦΑΒΙΟΝ.

ΚΕΙΛΩΝΑ

ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ.

ΕΠΑΡΧΟΝ ΡΩΜΗΣ

ΤΠΑΤΟΝ ΤΟ. Β.

Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ

ΤΗΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ

ΑΝΚΥΡΑ

ΤΟΝ ΕΑΥΤΗΣ

ΠΡΟΣΤΑΤΗΝ.

NUMMI ANTIQUI

ΕΠ. ΑΡΤΕΜΑ. ΣΤΡ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥΛΟΥ.

Herenniæ Etruscillæ nummus e Cimelio Regio. *Sub Artema Praetore*, quem & Apamensium Phrygiæ Prætorem fuisse suo loco vidimus. Apud Gruterum, vetus inscriptio, pag. 902. ΑΡΤΕΜΑΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΜΕΙΑΗΣΙΟΣ. *Artemas Demetrii F. Milesius*. Sunt qui in eo nummo legant, ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΡΧΕΜΑΧΟΥ.

ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙ.

Valeriani nummus, e Cimelio Regio, cui similem affert Patinus, sub Gallieno, pag. 413. & Occo, pag. 473. Museumque nostrum hunc habet. Sed uterque has litteras ΣΙ. quas in eo Valeriani Gallienique numismate perspicue vidimus, prætermisit. Ex quibus intelligas Magnetes a Sipylo Prætoris nomen impressisse nummis: alios qui ad Mæandrum, Γερμηνιατέυοντος, sive Scribæ. Hunc igitur sic lege, 'Επι Σπεστηρδ' Αυρηλίου Φεύγτωνος. Μαγνήτων Σιπύλων. *Sub Praetore Aurelio Frontone. Magnetum a Sipylo.*

ΣΤΡΑ. ΛΟΓΓΕΙΝΟΥ. Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥ.

Gallieni nummus, apud Occonem, pag. 473. *Praetore Longino iterum, Magnetum a Sipylo*. Occo sic deformatum exhibit: ΣΤΡΑ. ΟΓΓΕΙΝΟΥ. Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝΙΟΥ.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥ.

ΜΑΓΝ. ΔΙΑΓΟΡΑΣ. *Magnetum Diagoras Praefectus*.

ΜΑΓΝ. ΠΟΛΕΜΩΝ. *Magnetum Polemon*.

ΜΑΓΝ. ΑΞΙΟΧΟΣ. *Magnetum Axiochus*.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΡΑСΤΙΠΠΟΣ. ΑΡΙΣΤΕΟΥ.

Magnetum Erastippus Aristeæ F. E quinque nummis hisce postremis, cum iisdem sint insigniti notis posteriori appellati quatuor, ac prior ille ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥ. in Græcia Goltzii vetere, Tab. xxi. nempe equitis effigie ex parte una, vel Dianæ capite, ut in quinto: bovis ex altera, sive stantis, sive priore sinistro genu procumbentis: ad Magnetes a Sipylo pertinere eos verius idcirco arbitramur, quam ad Thessalos, etsi aliter Goltzius, Nonniusque, & alii censuere.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥΛΟΣ. *Jovis effigies, dextra*

victoriam gestantis , sinistra oleam : apud Goltzium , in vetere Græcia , Tab. xxi . ubi ΣΟΠΥΛΟΣ mendose legitur.

ΣΙΠΥΛΟΣ. Sipyli caput , Agenoris filii , a quo mons ille cognominatus , cui apposita Magnesia est. Fuisse enim montem , qui prius Ceraunius diceretur , Plutarchus est auctor , lib. de flumin. in Mæandro , pag. 1153. Ex parte aversa nummi illius , ΜΑΓΝΗΤΩΝ . Ex eo monte amnum fluxisse cognominem , Nervæ numimus supra laudatus significat , in quo fluvii decumbentis effigies.

ΜΑΓΝΗΣΙΑ. Caput turritum , quo Genius Urbis signatur. Ex parte aversa , ΜΑΓΝΗΤΩΝ . **ΣΙΠΥΡ.** Cybele turrito capite , cum leonibus. Est apud Tristanium , tom. ii . pag. 4:8. Sic Matrem Deum Cybelem depingit carmine non invenusto Lucretius , lib. i .

Hanc veteres Graiūm docti cecinere poëtae

Sedibus in curru bijugos agitare leones :

Muralique caput summum cinxere corona ,

Ex imis munita locis quod sustinet urbes

Quo nunc insigni per magnas prædicta terras

Horrifice fertur divinæ Matris imago.

Hanc variæ gentes antiquo more sacrorum

Ideam vocitant matrem : Phrygiasque catervas

Dant comites : &c.

ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. ΕΠ. ΣΤ. ΑΥ. ΘΕΟΔΟΤΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ . **ΣΙΠΥΛΑ.** *Sacer Senatus.* Έπι Στρατηγος Αύρηλιου Θεοδότου. *Sub Prætore Aurelio Theodoto.* Est Cimelii Regii. Patinus , pag. 5. ΘΕΟΔΟΤΟΥ perperam , pro ΘΕΟΔΟΤΟΥ legit. Apud Gruterum , pag. M CXXVII I . 4. ΑΥΡ. ΘΕΟΔΟΤΩ , &c. Est huic nummo similis alter , Gordiano juniore cusus , apud Erizzo , pag. 505. ΕΠ. ΑΥ. ΘΕΟΔΟΤΟΥ . *Β ΜΑΓΝΗΤΩΝ . Sub Aurelio Theodoto iterum Prætore Magnetum.*

ΜΑΓΝΗΤΩΝ *in Thessalia.*

ΑΡΓΩ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ . Gallieni numimus , cum navis Argo & nautarum effigie , apud Patinum , pag. 413.

NUMMI ANTICI

nunc Cimelii Regii. Hunc vero ad Magnetes Thessaliam, de quibus Plinius, lib. i v. sect. xvi. idcirco referimus, quod Argonautas plerosque omnes Thessalos fuisse docet Hyginus, fab. xiv. aliique.

M A I A N Δ P I Ω N. Plinio, lib. v. sect. xxix. in **Caria**, **Mανδροπόλις**. Stephanus: Μαγαδρουπόλις . . . τὸ ἔθνος
Μαγαδροπολίτης. Ei δέ ἔστι Μαγαδρός οὐ πόλις, τὸ ἔθνος
Μαγαδρῖος.

M A I O N Ω N, sive *Lydorum in Asia*.

ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟΣ. ΑΡΧ. Α. ΜΑΙΟΝΩΝ.
Alexandri Severi, cum Baccho, vite, tigride, quibus feracitas vini in eo tractu signatur. Apud Sponium, in Itiner. Athen. Ἐπὶ Αυρηλίου Ζλιώρῳ Ἀρχερέως πρώτου Μαιόνων. Sub Aurelio Zenone Pontifice primo Μακονιού.

ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟΣ. ΚΑΡ. ΠΡ. ΜΑΙΟΝΩΝ.
Ἐπὶ Αυρηλίου Ζλιώρῳ, Σάρδις Πρώτη Μαιόνων. Sub Aurelio Zenone, Sardis prima civitas Μακονιού. Plinius, lib. v. sect. xxx. *Lydia*. . . . Μακονία ante appellata, celebratur maxime Sardibus, &c. Sic infra, ΠΡΩΤΗ ΛΕΚΒΟΥ. ΜΥΤΙΛΗΝΗ. Julie Mamææ nummus hic est, e Cimelio Regio.

M A I Ω N I Ω N. E Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Μαγονία, οὐ Λυδία . . . τὸ ἔθνος, Μαγόνιος, γὰρ Μαγῶν.

M A K E Λ Α I N E Ω N, apud Parutam. Plinio, lib. iii. sect. xiv. in Sicilia. Magellini, haud procul Enna, seu Castro Giovanni, positi. Alia Stephano: Μάκελλα est, πόλις Ἰταλίας, cuius gentile Μακελλῆος.

M A K E. M A K E Δ Ο N Ω N, & **K O I N O N.** **M A K E Δ Ο - N Ω N**, in numinis Græciæ veteris, apud Goltzium, tab. xxii. In his Herculis clavâ, præter symbola cetera: quod ab Hercule genus traherent Macedonum reges. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Macedonia*, &c.

A Λ E Ζ Α Ν Δ Ρ Ο Σ. Caput Alexandri galeatum. In parte averfa, **K O I N O N.** **M A K E Δ Ο N Ω N.** B. NE. hoc est, β. vel δ.; Νεωρόν. E Museo nostro: in quo & alter: **K O I N O N.** **M A K E Δ Ο N Ω N.** B. NE Ω KOPΩN. Tertius, item Alexandri Magni, **K O I N O N** **M A K E Δ Ο N Ω N.** ΔΙΣ. ΝΕΩΚ. Sunt & similes

in Goltzii Græcia , tab. xxxiv. aliisque , in quibus Pallas armata Victoriolam manu tenet , quam Græci Νίκη vocant , NIKH & ipsa quoque a Græcis idcirco nuncupata , tum in nummis , tum in scriptis veterum . Scholiares Sophoclis in Philoctete : 'Η Πολιούχος Ἀθηνῶν Νίκη κελεῖται εἰ τῇ Ἀθηνῇ . Harpocratōnem vide , verbo Νίκη 'Αθηνῶν . Causam appellationis affert Eustathius , in Iliad. φ'. Ο' Ζωδία ἀμα ψυρήσας αὐτῷ , νίκην ἐποίησε τῷ Τιτάνῳ διὸ γέ 'Αθηνῶν Νίκη ἐπωριαθη . Quod Iuppiter cum illam in lucem ederet , victoriam de Titanibus retulit : idcirco & Victoria Pallas est appellata .

ΠΡΩΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Apud Goltzium , in Græcia , Tab. xxii. *Prima Macedonia*. Divisam a Paulo Æmilio Macedoniam in quatuor Provincias , auctor est Livius , lib. xlv. pag. 581. Prima hæc obtinuit , quidquid agri est inter Strymonem & Nestum amnes . De reliquis Livium consule .

ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. Ex parte altera .
ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. *Vitellius Germanicus Augustus. Macedonia*. Apud Tristianum , tom. i. pag. 275.

ADVENTVI. AVG. MACEDONIAE. & RESTITUTORI. MACEDONIAE. Hadriani , e Cimelio Regio , & apud Patinum in Thesauro , pag. 160. In isto Macedonia petasum in capite , manu flagellum gerit , aurigarum habitu . Pellæos e Macedonia equos laudat Gratius in Cyneget .

KOINON. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ , in nummis M. Aurelii , Caracallæ , & aliorum . Qua voce κοινὸν , Commune Urbium Macedoniæ significari , & Communia Provinciæ certamina , sæpe monuimus . Sic in nummo Claudi , COM. ASI. ROM. ET. AVG. *Commune Asiae, Romæ & Augusto*. Vide **ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ** , ΚΡΗΤΩΝ , &c.

ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠΟΛΙC. Vide **ΑΙΓΑΙΩΝ**.

ΜΑΚΡΟ. & ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛ. Apud Goltzium in Asia . Plinio , lib. vi. sect. iv. *Macrocephali* , ultra Cappadociam positi , in Themiscyrena regione . In hisce

nummis Neptunus insculptus cum taurino capite.

M A K Y Δ E Ω N. L. I. *λυρέας τοι. anno decimo*, Trajani Principis, cuius ævo nummus ille cusus, in Cimelio Regio asservatur. Palladis stantis effigiem præfert. In Conc. Calched. act. i i. pag. 338. subscribit *Mαχεδῶν* ἐπίκουπος Μαγύδων. Et act. vi. pag. 575. *Macedonius* idem *Magydenſis*. In Notitia Hieroclis, pag. 19. & 51. inter Antitites Provinciæ Pamphyliæ, censemur δομαγύδων. In altera, pag. 31. Μαγύδων. In Conc. C.P. V. pag. 418. *Conon Magydenſis*: Et pag. 583. *Conon Magydenſium civitatis Pamphyliæ provinciæ*. In Conc. Nicæno lib. pag. 53. inter Provinciæ Pamphyliæ Episcopos, *Aphrodisius Magidorum*. Ptolemæo, lib. v. cap. v. in Pamphyliæ oppidis litoralibus Μάγυδων.

M A M E P T I N Ω N. Nummus e Museo nostro, in quo Aquila fulmini insidet: ex parte altera, ΑΡΕΟΣ, Martis caput, qui Græcis "Αρης. Plinius, lib. i i i. sect. x i v. *Messana oppidum civium Romanorum*, qui Mamertini vocantur, in Sicilia, *Messine*. Est & apud Goltzium, in Magna Græcia, tab. x x i x. Apud Parutam, Mars cum hasta & clypeo, vel spoliis insidens, &c. Festus: *Mamers Mamertis* facit, *id est*, lingua Osca, *Mars Martis*: unde & Mamertini in Sicilia dicti, qui Messanæ habitant. Mamertini autem appellati sunt hac de causa: Conjectis in sortem duodecim Deorum nominibus, Mamers forte exierat, qui lingua Oschorum Mars significatur: cuius historiae auctor est Alfius libro primo belli Carthaginensis. Vide & Diodorum Sicul. lib. x x. Bibl. *Μάμερτος* certe & Græcis Mars dicitur, auctore Lycophrone: & Sabinis, Varrone teste.

M A M E P T I N Ω N. Apollo, cum pharetra & arcu. Apud Parutam, num. 26. Sunt & in quibus Aquila fulmini insidens pingitur: In aliis Dea, quæ læva Copiæ cornu gerit, ubertatis symbolum. De vini certe in eo traditu bonitate Plinius, lib. x i v. sect. viii. Quartum curriculum publicis epulis obtinuere a Divo Julio, (is enim primus auctoritatem his tribuit, ut in epistolis ejus appareret,) vina Mamertina, circa Messanam in Siciliæ

genita. Plura de his diximus in Plinianis notis. Vide & Strabonem lib. vi.

M A N Δ R O P O L I T Ω N . K A I . Φ I Δ O M H A E Ω N . O M O N O I A . Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: *Μανδρόπολις, πόλις Φρυγίας. τὸ ἐθνικὸν, Μανδροπολίτης.* De Philomeliensibus, quibuscum iniere Mandropolitæ concordiam, dicemus inferius suo loco.

M A P A Θ Ω N I A T Ω N . Antonini Pii nummus, e Thesauro Goltzii. Stephanus: *Μαραθώνια, πόλις Θράκης, σὺν ἀποθέσει Ἀσδύρων. τὸ ἐθνικὸν, Μαραθωνίτης. Marathonia, oppidum Thraciæ, haud procul Abderis. Gentile, Marathoniates.*

M A P A N Θ H Σ I Ω N B . N E Ω K O P Ω N . Neronis nummus apud Goltzium in Thesauro, pag. 221. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Marathesum oppidum.* Stephano: *Μαραθήσιον... πόλις Ἐφεσίων. τὸ ἐθνικὸν, Μαραθήσιοι, & per epenthesin τοῦ, Μαραθήσιοι.*

M A P E Ω T Ω N . Nummus Antonini Pii, quem vidimus. Plinio, lib. v. sect. v. *Mareotis Libya, Aegypto contermina.*

M A P K I A N O P O L E I T Ω N . A Marciana Trajanis sorore nomen id oppidum habet. Occurrit in nummis Severi, Juliae Domnæ, Caracallæ, Elagabali, Alexandri Severi, Gordiani tertii, aliisque passim. Ammianus, lib. xxvii. *Deinde Mæsia, ubi Marcianopolis est, & sorore Trajani Principis condita.* Causam appellationis Jornandes affert, libro de rebus Geticis, cap. xv. *Gothi mox Danubium vadati, & secundo Mæsiam (lege secundam Mæsiam) populati, Marcianopolim ejusdem patriæ urbem famosam metropolim aggrediuntur, diuque obseßam, accepta pecunia ab his qui inerant, reliquere. Et quia Marcianopolim nominavimus, libet aliqua de ejus situ breviter intimare. Nam hanc urbem Trajanus Imp. hac re ædificavit, ut fertur, eo quod Marcia (lege, Marcianæ) sororis suæ puella, dum lavat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis saporisque in media urbe oritur, Potami cognomento, exindeque vellit aquam haurire, casu vas aureum, quod ferebat, in pro-*

fundum cecidit, metalli pondere gravatum, & longe post emersit..... His Trajanus sub admiratione compertis, fontique numinis quiddam inesse credens, conditam civitatem germanæ sive nomine Marcianopolim nominavit. Sic ΠΛΩΤΕΙΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ oppidum in Provincia Aemimonti idem Trajanus eo fere tractu de uxoris nomine nuncupavit. In epistola Episcoporum Orientalium ad Cyrillum, subscribit Dorotheus Episcopus Marcianopoleos Mœsiæ secundæ. Fuisse inter Odessum & Anchialum ex Antonino liquet. Procopio, lib. i v. de Aedif. cap. x i. inter castella Istro apposita, Μαρκιανούπολις appellatur.

ΕΠ ΓΕΝΤΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

Sub Gentiano. Severi, e Gaza Regia. Hic Bacchi stantis effigies, cum panthera: vini ubertatis in eo tractu argumentum. Pateram dextra tenet, ceu vas illud fortassis aureum, quod amissum urbi condendæ, uti dictum est, locum dedit.

ΥΠ. ΦΑΥΚΤΙΝΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummus ex eodem Cimelio, in quo insidet fulmini Aquila.

ΕΠ. Α. ΚΥΝΤΙΛΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

Apollinis effigies, qui Deus inter Praesides ac Custodes ejus loci habitus. Sub Aulo Quintiliano Prætore, Marcianopolitarum. Ex parte altera, ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΑΥΓΟΥΣΤΟC. Caracalla. Similis huic alter, cum Juliæ nomine, quæ Severi conjux, eademque Caracallæ parens, ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ. E Cimelio Regio uterque nummus: sed hic posterior serpentem exhibit, qui pluribus spiris involvitur, quod passim in nummis hujuscce tractus occurrere superius indicavimus obiter, verbo ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. In causa fuit, opinor, quod Bacchum illi, ut paulo antea observavimus, in primis colerent, cuius orgiorum symbolum serpens foret. Auctor Clemens Alexandr. in Protrept. pag. 9. Διόνυσον Μαγνόλιον ὥρηται Βάκχοι, ὧμοραγίᾳ τε ιερμανίᾳ ἀγροτες, καὶ τελούσι τες κρεωνομίας τῷ φόρῳ, αὐτεπεμβόλοι τοῖς ὄφεσιν, ἐπολολύζοντες.

ἐπολούχουτες Ἐυάν, Εὐάν σκέψεως, δι τοῦ ή πλάνη παρηκόλουθος. Καὶ σμεῖον ὄργιαν Βακχικῶν ὄφις θεῖ τετελεομένος. Ἀυτίκε γοῦν κατὰ τὸ ἀκριβῆ τῷ Εἰσεγίων φωτεινῷ τῷ Ἐβραϊδασινόμηνον ἐρμηνεύεται ὄφις ή θήλεια. *Dionysium Mænolen orgiis Bacchi celebrant, crudarum carnium eis sacram agentes insaniam, & cæsarum carnium divulsionem peragunt, coronati serpentibus, Evas ululantes, Evas illam per quam error est consecutus. Et signum Bacchicorum mysteriorum est serpens mysteriis initiatuſ.* Iam vero si accurate vox spectetur Hebraica, nomen *Heva aspiratum*, exponitur serpens femina. Atque inde fortassis evare Latini, & Λάζαρος Græci finxere. Maro, vi. Aen.

*Illa chorū simulans evantes Orgia circum
Ducebat Phrygias.*

ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΥΠ. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ.
Sub Pontiano. Macrini nummus, e Gaza Regia.

ΥΠ. ΙΟΥΛ. ΑΝΤ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Elagabali, in eodem Cimelio, Museo-que nostro. Fortunæ stantis effigies. *Sub Julio Antonio Selenco.*

ΥΠ. ΣΕΡ. ΤΑΤΙΑΝ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ.
Eiusdem Elagabali, in Cimelio Regio. *Sub Servio Tatiano.* Stat Dea, quæ dextra poculum, ut videtur, aureum superius memoratum gerit.

ΥΠ. ΤΙΒ. ΙΟΥΛ. ΦΗΣΤΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Alexandri Severi, e Gaza Regia. *Sub Tiberio Julio Feso.* Legit Patinus, pag. 351. ΥΠ. ΤΙΒΙΟΥ ΡΑΦΙΣΤΟΥ. Interpretaturque, *TIBIVS RAPHISTVS.* Quis hæc aliquando nominum portenta inaudiit? Stat in eo nummo Dea, quæ læva Copiæ cornu: poculum, ut remur aureum illud, de quo proxime, dextra gerit.

ΥΠ. ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ.
Gordiani junioris, ex eadem Gaza, *Sub Menophilo.* Palladis armatæ effigies, cum hasta & clypeo.

ΥΠ. ΓΡΑ. Τ. ΜΕΣΣΑΛΑ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Τῷ Γραμματέῳ Τίτου Μεσσάλᾳ.* Sub Scriba Tito Messala, Philippi Imp. nummus. In nummis Asiae, Ca-

riæ, Lydiæ, Phrygiæque, scribas appellari tralatitium est: citra, insolens, nec usitatum. Quare legi forte ΥΠ. CTPA. *sub Prætore*, satius.

ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΩΝ. ΜΑΡΚΙΑΣ ΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Vide ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ.

ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. Neronis nummus e Gaza Regia, alii- que Hadriani, & Commodi. Plinio, lib. i v. sect. xviii. in Thracia, *Maronea*. Hodieque *Marogna*. Stephano: *Μαρώνεια*, πόλις *Κικονίας* (fuere in Thracia Cicones, teste Plinio:) τὸ ἔθυμον, *Μαρωνέτης*. Hinc vinum Ma- roneum, de quo Plinius, lib. xi v. sect. vi. *Vino an- tiquissima claritas Maroneo, in Thraciae maritima parte genito, ut auctor est Hamerus.*

ΔΙΟΝΥΣΟΣ. ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. Augusti nummus apud Tristanum, tom. i. pag. 98. cum effigie Præsi- dis Maronitarum Dei, scilicet Liberi Patris, sive Bac- chi. Nec vero Bacchum illi modo, sed & Bacchi con- jugem, Venerem coluere: uti vetus testatur inscriptio, apud Gruterum, pag. LIX. I. ΑΦΡΟΔΙΤΗ. ΘΕΑ. ΠΑΝΑΓΑΘΩ. ΚΑΙ. ΣΩΤΗΡΙ. ΚΑΙ. ΕΥΚΛΕΙΑ. ΕΥΕΡΓΕΤΗ. ΟΙ. ΜΑΡΩΝΙΤΑΙ. ΑΝΕΘΗΚΑΝ. ΟΘΩΝ. ΚΑΙ ΣΑΡ. Ex parte aversa, ΜΑΡΩΝΕΙ- ΤΩΝ. E Cimelio Regio, & apud Seguinum, pag. 128. ΣΩΤΗΡΟΣ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. *Servatoris Bacchi*, cum ipsis effigie, & ederacea corona. Ex parte altera, ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. E Museo nostro, & apud Goltzium in Græcia, Tab. xxvi.

Apud Occonem, pag. 383. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΣΩΤΗΡΟC. ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ... APCOΥΜΗC. B. Caracallæ nummus, quem Tristanus tom. i. pag. 99. sic inter- polat, ut pro APCOΥΜΗC, legi APXΩΝΗC, vel APXΟΙΝΗC velit: perperam. Nos BAPCOΥΜΗC B. Hoc est, *Barsumas iterum*: ut sit illud Prætoris nomen, quale fuit Archimandritæ illius, qui vicem Monacho- rum Syrorum egit in Latrocinio Ephesino.

ΜΑΣΑΝΩΡΑΔΕΩΝ. Titi nummus e Goltzii Thesaurò, pag. 221. Stephano: *Μασανώραδα*, πόλις *Καρίας*. τὸ ἔθυ- μον, *Μασανωράδειος*.

ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Nummus ex ære , forma medio-
cri , in Museo nostro Parisiensi , in quo bos cornu-
peta , index opimi pascuis agri : supervolitante Victo-
ria. Ex parte aversa , caput Apollinis. Alter ex ar-
gento , in quo leo gradiens , & Dianæ caput cum
arcu & pharetra : eadem epigraphe , M A Σ Σ Α-
ΛΙΗΤΩΝ. Sunt & in quibus Apollo insculptus.
Strabo , lib. iv. pag. 179. Κπίσμα δ' ἔντι Φωκαῖον τὸ Μασ-
σαλία εἰ δὲ τὴν ἀγρά τὸ Εὐφέσιον ἴδυται , καὶ τὸ τοῦ
Δελφινίου Ἀπόλλωνος ιερόν. τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἀπάντων.
τὸ δὲ Εὐφέσιον , δὲ ΑΞΤΕΙΔΟΣ ἔντι γεως δὲ Εφεσίας , &c. Maſſilia a Phocæenſibus condita eſt In arce eſt Ephesum , & Apollinis Delphinii fanum. Hoc quidem o-
nium Ionum commune eſt : Ephesum autem , fanum eſt
Diane Ephesia , &c. Leo vero cur nummis iis impreſ-
ſus sit , cauſa hæc fuerit fortassis , quod Phocenses
Græciae populi (a quibus duxiſſe Massaliotas originem
Lucanus arbitratus eſt , ac Plinius ipſe fortassis , cum
ait , lib. 111. ſect. v. *Maſſilia Græcorum Phocenſium*,
quanquam nos ibi *Phocænſium* legi , Strabonem &
alios fecuti , maluimus) quod Phocenses , inquam ,
Delphico Apollini leonem æneum miserunt , ei que
leoni proximus eſt Apollo appositus a Maſſiliensibus ,
tanquam a Phocenſium foederatis & colonis , ex de-
cumis de Carthaginienſibus navalı prælio superatis.
Auctor Pausanias , in *Phocicis* , pag. 334. Φωκέων δὲ οἱ
ἔχοντες Ελαῖτεια λέοντα τῷ Ἀπόλλωνι χαλκοῦ ἀπο-
πέμπουσιν ἐν Δελφούσι. Οὐ δέ Απόλλων δὲ γυναῖκον τοῦ λέον-
τος , Μασσαλιῶντὸν ἔντι ἀπὸ δὲ τοῦ Καρχηδονίου ἀπαρχή^τ
ταυμαχίας. Stephano : Μασσαλία . . . τὸ ἐθνικὸν , Μασσα-
λιῶν , καὶ Μασσαλιῶν. Marseille.

M A. & ΜΑΣΣΑ. Nummi ex argento obvii : ex quibus
ſunt qui Floram Deam exhibeant , redimito floribus
capite , & qualis a Nasone deſcribitur , lib. iv. Faſtor.

Mille venit variis Florum Dea nexa coronis.

In ejus Deæ honorem Floraſia Romæ quondam cele-
brata , ludi nimirum obſcenitate pleni , uti ex Arno-
bio intelligimus , lib. iv. adverſus Gentes : *Flora illa*

genitrix & sancta, obscenitate ludorum bene curat ut arua florescant. Et ex Valerio Maximo, lib. 11. cap. x. *M. Catone, inquit, Ludos Florales, quos Messius Aedilis faciebat, spectante, populus ut mima nudarentur postulare erubuit.* Nasone demum, lib. v. Fastor.

Mater ades florum, ludis celebrata jocosiss.

De ludorum istorum die Plinium audi, lib. xviii. sect. lxxix. *Prisci Floralia quarto Calendas Maii instituerunt, Vrbis anno D XI V. ex oraculis Sibyllae, ut omnia bene deflorescerent.* Ubi permutatis annorum numeris, D XVI. prius legebatur: at nos tum ex vestigiis veterum codicum, tum ex indubitata temporum ratione, locum eum sanavimus. Auctor est enim Velleius, lib. i. *Torquato, Sempronioque Coss. Brundifum colonos miseros esse, & post triennium Spoletium, quo anno Florarium ludorum factum est initium.* Incidit autem Torquati Semproniique Consulatus in annum Urbis D X. ex Liviana, Plinianaque Chronologia: quo fit, ut triennio integro interjecto Florarium celebritas ludorum incurrat in annum D XI V. Edidisse hos porro primum aliquem e Servilia gente, nummi ejus familiae suadent, quos vidimus inscriptos his vocibus, F L O. R A. P R E I M V S. Fallitur autem Oiselius, qui anno tantum D XI V. edi coepitos putat, a C. Servilio, qui Magister Equitum, Livio teste lib. xxvii. T. Manlio Torquato Dictatore fuit.

MACTAYPEITΩΝ. Nummi Crispinæ, Caracallæ, & Maximini. In Caracallæ nummo in primis, e Gaza Regia, Vestæ stantis effigies. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Maſtaurenſes.* Stephano: Μάſταυρος, πόλις Λυδίας.... τὸ θύμιον, Μάſταυρος, καὶ Μάſταυρίτης.

MATIΔIANΟΠΟΛΙC. Trajani nummus in Thesauro Goltzii, pag. 221. Nomen id oppidum habuit a Matidia Marcianæ, quæ soror Trajani, filia.

MAVRETANIA.

EXERCITVS. MAVRETANICVS. Hadriani, in Cimelio Regio.

ADVENTVI. AVG. MAVRETANIAE. Ha-

driani, ibidem, & apud Occonem, pag. 230. Exuvii elephantinis, ut Africa, caput recta, ob elephanto-
rum in ea regione copiam.

M A V R E T A N I A. Hadriani, in eodem Cimelio,
ac Museo nostro. Maurus equum freno dicit, & ha-
stam tenet: quod ea gens, teste Strabone, ex equo
frequentius hasta pugnet. Spartanus de Hadriano,
pag. 3. *Lusum Quietum, sublatis gentibus Mauris, quos*
regebat, quia suspectus imperio fuerat, exarmavit. Mar-
tio Turbone, Iudeis compressis, ad deprimendum tumul-
tum Mauretaniae destinato. Et pag. 6. Motus Mauro-
rum compressit, & a Senatu supplicationes emeruit.

R E S T I T U T O R I . M A V R E T A N I A E . S . C.
Ejusdem Hadriani, e Museo nostro.

M A V R E T A N I A. Vir pileatus dextra regit equum,
laeva baculum gerit. Commodo nummus, e Cimelio
Christinæ Reginæ. Lampridius, in Commodo, pag.
51. *Viæ sunt sub eo tamen, cum ille sic viveret, per le-*
gatos, Mauri, viæ Daci.

M E G A P A , in Sicilia.

M E G A P A, apud Parutam, cum noctua, vulgari Palladis symbolo. Plinio, lib. 111. sect. xiv. *Megaris, in*
Sicilia. Stephanus: Μεγαῖς ἐν Σικελίᾳ, τοξόπεδη Υπέλα.
Sed nomen prius *Megaris*, in eo oppido perduravit,
quandiu stetit. A Megarensibus Atticæ datum, qui
colonos eo transmisere. Strabo, lib. vi. pag. 267.

M E G A P A C . Υ Β Λ Α C, apud Spanhemium, lib. de usu
Numism. pag. 356. ubi quidam ΥΒΛΑΙΑC, perpe-
ram legunt.

Ξ M . in corona, cum api: qua mellis ubertas ac bonitas
in eo agro declaratur. Inde Mel Hyblæum Plinio lib.
xi. sect. xiiii. ceterisque scriptoribus decantatum.

M E G A P E Ω N , in Attica.

M E G A P E Ω N . Nummus Antonini Pii, e Cimelio Re-
gio, cum Apollinis effigie. Ejus Dei ædem, quem
'Αρχαιον vocabant, hoc est, venatorem, in ea civitate
fuisse, una cum Diana 'Αρχαιέσσ, hoc est, venatricis
æde, auctor est Pausanias, in Atticis, pag. 39. Plinio;

lib. iv. sect. xi. *Megaris*, a colonia *Megara*. Stephano: Μέγαρα πόλις τῇ Ἰδμὺν.... ὁ πολίτης, *Megaritus*.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia, tab. xiii. cum Apollinis effigie, citharaque & tripode. Pausaniam vide in Atticis, pag. 40. ubi de Apolline & Alcathoo prolixe differit. In parte aversa nummi gryphus est cum rota, Apollini sacer, ut ex Servio, Sidonio, Claudiano, & aliis notum est. Nomen deinde Archontis adjectum, ΕΠΙ. ΙΣΑΓΟΡΟΥ. Επὶ Ισαγόρου. Sub *Iṣagora*. Is nempe fuit, uti remur, Tisandri F. Atheniensium tyrannus, de quo Herod. lib. v. Terpsich. num. L xvi.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ. Cereris cum teda effigies, addito Archontis nomine, ΓΟΡΓΙΦΑΝΗΣ. Ex parte aversa, juvenis pelle ovina indutus, ovem mulget. Cereris Oviferæ templum in Megarica fuisse, idque inditum ei nomen ab iis qui primi oves ibi aluiissent, auctor est Pausanias, in Atticis, pag. 46. Ιερὸν Δήμητρος ἦσι Μαλιφόρου· λέγεται δὲ καὶ ἀλλα ἐστὶ ἐπίκλησιν καὶ σὺν φράσταις αρχέτατα εἰ τῇ γῇ θρέψαντας, Δήμητρα ὄνομάσαι Μαλιφόρου.

ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ. Nummi Goltziani e Græcia vetere, in quibus Bacchi caput insculptum, ederacea cinctum corona: ex altera, uva pendet, vini feracitatis in ea insula argumentum. Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Megista* insula. Stephano: Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας.... τὸ ἔθνικὸν, *Megistus*.

ΜΕΔΕΩΝΙΩΝ. Titi, e Thesauro Goltzii, pag. 221. Plinio, lib. iv. sect. xii. *Medeon*. Stephano: Μεδεῶν Βοιωτικὴ πόλις, ... τὸ ἔθνικὸν, *Medeōn*.

MEDIOMATRICI.

MEDIO M A T R I C I A. Nummus antiquus e Museo nostro, cum Pegasi alati effigie. Plinio, lib. iv. sect. xxxi. in Gallia Belgica, *Mediomatrici*. Hodie Gallis, *Metz*.

ΜΕΔΙΩΝΙΩΝ.

ΜΕΔΙΩΝ. Juppiter cum fulmine & aquila. Stephano: Μεδίων, πόλις τῆς Αἰτωλίας.... τὸ ἔθνικὸν, *Median*.

ΜΕΘΥΔΡΙΕΩΝ. Nummus Caii Cæsaris e Thesauro

Goltzii, pag. 222. Plinio, lib. i v. sect. x. *Methydrum.*
Stephano: Μεθύδριον, πόλις Ἀρχαδίας, ὁ πολίτης, Μεθύδριος.

ΜΕΙΑΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. L. Veri nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Miletopolita.* Sunt & Commodi, apud Erizzo, pag. 270. & Gordiani Pii in Cimelio Regio. Notitiæ Eccles. antiquæ omnes, non *Mιλητουπολιν*, sed *Μελιτουπολιν* habent, at mendose: ut & Leunclavius, pag. 90. in Provincia Hellesponti, cuius Metropolis Cyzicus. Straboni, lib. xiv. pag. 681. & Stephano, *Μιλητουπολις* est, circa Cyzicum. In hoc postremo Gordiani numismate, in quo Diana venatrix signata effigies, cum pharetra & arcu, & cane venatico, Occo pag. 473. legit duntaxat ΕΙΛΑΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Diana in primis coluisse Miletopolitas docet inscriptio vetus, apud Sponium, in Itin. Athen. pag. 138.

ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΙΩN

ΕΥΤΥΧΟΥC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΜΕΙΑΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

Artemis Ephesiorum. Eutyche Alexandro Prætore Miletopolitanarum. Sed & Palladem quoque, Lucillæ nummus, ΜΕΙΑΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in quo ejus Deæ caput insculptum.

ΣΤΡΑ. ΕΥΤΥΧΟΥC. ΜΕΙΑΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

Prætore Eutyche. Fortunæ stantis effigies. Crispinæ Commodi nummus, e Gaza Regia: *Quem Patinus* pag. 267. ita perperam legit, ΙΕΡΑ . . . ΤΥΧ . . . ΜΕΙΑΝΤΟΠΟΛΙ.

ΕΠΙ-ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΕΡΜΙΟΥ. ΜΕΙΑΝΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. Diana venatrix, in nummo Gordiani, jam laudato e Gaza Regia. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐτονῖνος Γορδιανός. *Sub Prætore Aurelio Hermia.* Idem in nummo ΤΗΜ-ΝΕΙΤΩΝ inferius Prætor occurret.

ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. iii. sect. xiv. *Melita.* Stephano: Μελίτη, νῆσος μεταξύ Ἡπείρου καὶ Ἰταλίας ὁ ὄμητωρ, Μελιταῖος. *L'Isle de Malte.*

Cave, si uspiam Μελιτεὺς aut ΜΕΛΙΤΕΩΝ occurrat, referri huc putes oportere: signat enim vox ea civem oppidi Melitæ in Attica, cuius Plinius meminit, lib. v. sect. xii. & Tzetzes laudatus a nobis in Plinianis notis. Hinc apud Gruterum, pag. 405. ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ. Nummi porro Melitæorum fere Punici sunt, in hisque Punico more & habitu formata Juno, ut arbitramur, cuius Deæ fanum ibi fuit. Ptolemaeus, lib. iii. cap. iii. sub finem: Μελίτην νῆσον, ἐν τῇ Μελίτῃ πόλις, καὶ Χερσόνησον, ὡς Ἡ' ἕγεις ιερὸν, καὶ Ἡ' ἔργαλέοντος ιερὸν. Tullius, Verrina 1111. *Insula est Melita, in qua est eodem nomine oppidum.... Ab eo oppido non longe in promontorio fanum est Iunonis antiquum: quod tanta religione semper fuit, ut non modo illis Punicis bellis &c.*

ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Apud Goltzium, in insulis Graeciae, Tab. xxviii. in quo nummo Hercules clavæ innitur. De fano Herculis Melitæo, Ptolemaeus, loc. cit.

ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Equus decurrens, Carthaginiensium fere symbolum, quorum ditionis fuisse Melitam aliquando certum est. Ex parte altera, Ceres cum spicis, fertilitatis indicum. Ovidius, lib. i. Fastor.

*Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyrae
Insula, quam Libyci verberat unda freti.*

MELITENE.

COL. MELITENE. M. Aurelii numimus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Plinio, lib. v. sect. x x. *Melitene Cappadociae.* Libro v i. sect. iii. *Melita.*

ΜΕΜΦΙ. L. I A. Μεμφιτῶν, λυκόπειαν id. anno undecimo principatus Hadriani, quo nummus ille cusus est: nunc Cimelii Regii. Plinio, lib. v. sect. ix. *Memphis*, a qua & *Memphites* nomos, seu præfectura in Aegypto. Ejus oppidi ne ruinæ quidem aut vestigia supersunt. Ex adverso, in altera Nili ripa, hoc est, orientali, exædificata Caïrus est, vulgo *Alcairo, le Caire.*

MENANINΩΝ, & ΜΗΝΑΝΙΝΩΝ, in nummis Parutæ. Plinio, lib. i. i. sect. xiv. *Menanini*, in Sicilia: hodie *Meneo*. In his Ceres Siculorum Dea insculpta cum

ILLUSTRATI.

321

Cum facibus, vel faces ipsæ modo transversim positæ. Sunt & qui Aesculapium, cum baculo ac serpente: & qui Mercurium præferant.

MHNANINΩN. Ceres utraque manu facem gestans. Ex superficie altera, Proserpinæ caput: epigraphe, **KOPAΣ.** Dorice, pro **KOPHΣ,** *Virginis.* Vide quæ diximus in nummis **KYZIKHNΩN.**

MENEΛAEITΩN. M. Aurelii nummus, cum Harpo-cratis iconе, in Gaza Regia. *Menelaites* in Ægypto nomos apud Plinium, lib. v. sect. ix. Stephano: Μελαθος, πόλις Αίγυπτου . . . τὸ ἔθνος, Μενελαιτης.

MENEΛAI. L. I A. Nummus Hadriani, anno ejus principatus undecimo cūsus, ut in aliis similibus ante monuimus. E Gaza Regia.

MENEΛAΩN. Antonini Pii.

MEPMHΣΣΕΩN. **MHTROP.** Tiberii nummus, e The-sauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Μεμφιστὸς, πόλις Τρωϊκὴ, ἀφ' ἧς ἡ Ἐρυθραία Σιέλλα . . . τὸ ἔθνος, Μεμφισθος, γε Μεμφιστός.

MESAMBPIANΩN. Seueri nummi, & Philippi Patris, in Cimelio Regio. Plinio, lib. i i i. sect. x viii i. in **Thracia Mesembria.** Stephano: Μεσημβεῖα, πόλις Περικῆ . . . δ πολίτης, Μεσημβεῖας. De vocula *bria*, quæ Thracum lingua oppidum sonat, dicemus verbo **MILROBRIGA.**

MAP. IOΥΔΙΟC. ΦΙΛΙΠΠΟC. KAICAP. **MESAMBPIANΩN.** M. Philippi junioris, apud Occonem, pag. 448. cum Apollinis, ut videtur, icone. Est & Philippi patris cum Otacilia similis, apud Tristianum, tom. i i. pag. 560. in quo Dea stans calathum capite gestitat, dextra pateram, læva Copiæ cornu. Alter ei plane par, in quo Serapis cum calatho, patera, hasta.

MESOPOTAMIA. Vide **ARMENIA.**

MESΣΑΝΙΩN. Effigies militis clypeum gestantis. Ex parte aversa, **ΠΕΛΩΡΙΑΣ**, capite radiato, cum delphinis duobus: qui nummus e Cimelio ill. Harlæi, situm Messanæ indicat: quod & Plinius his verbis fa-

NUMMI ANTIQUI

cit, lib. i i i. sect. x i v. *A Peloro.* ... oppidum *Messana* civium Romanorum, qui *Mamertini* vocantur. Hodie, *Messine*.

ΜΕΣ. in corona, apud Parutam.

ΜΕΣΣΑΝΙΟΝ, & ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ, in Parutæ numinis.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΔΗΜ.
ΕΞΟΥΣ. Augusti caput. Καῆταρ Σεβαστός, Ἀρχερὸς
Μέγιστος, Δημαρχίας Ἐξουσίας. *Cæsar Augustus, Pontifex Max. Tribunicie Potestatis.* Ex parte aversa, tripus cui corona e lauro imposita, Aetii certaminis, in Apollinis vel Augusti honorem, index. Epigraphe, ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. ΔΙΣ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Messaniorum bis Neocororum.* Apud Parutam, num. 13.

ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ. In Cimelio nostro: turrito capite: & ex parte altera, stante Aesculapio. Plinio, lib. i v. sect. viii. *Messene*, in Messeniaco Peloponnesi agro. Stephano: Μεσσίνη... διπλάνη, Μεσσίνη. Pausanias, lib. i v. sive Messeniacorum, pag. 141. Πλεῖστα δὲ σφίσι ρεῖ θέας μαίλισα ἀγάλματα ἔξια τοῦ Ἀσκληπιοῦ παρέχεται τὸ ιερόν. Χωρὶς μὲν ὃδος τοῦ θεοῦ καὶ τὸν παίδων ἐπιν ἀγάλματα, χωρὶς δὲ Ἀπόλλωνος, καὶ Μουσῶν, καὶ Ήρακλέους. Plurima vero, & quæ spectentur dignissima habet signa apud Messenios Aesculapii fanum. Seorsim enim Dei ipsius & liberorum ejus simulacra: (Machaonis & Podalirii;) seorsim Musarum, Apollinis, & Herculis posita sunt, &c.

ΜΕ. ΜΕΣΣΗ. ΜΕΣΣΗ. & ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ, in numeris Græciæ veteris apud Goltzium, cum Jovis effigie, aut fulmine, aut Aquila, ejusdem Dei insignibus. Pausanias loc. cit. Μεσσηνοῖς δὲ τῇ ἀγρεφῇ Διός έξιν ἀγάλματα Σωτῆρες. Est in foro Messenæ simulacrum Iovis Servatoris. Et pag. 143. Φασὶ καὶ Μεσσηνοὶ τεφιῶν τῷδε σφίσι τὸν Δία. Aīunt Messenii apud se incunabula Iovis fuisse. Additque mox & Ithomatae Jovis delubrum, anniversariaque sacra, apud hos fuisse.

ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΩΝ.

ΜΕΤΑ. cum spica, ex Cimelio Regio: alter item cum tripode: in nostro, cum spica & Cerere, quæ sunt

ubertatis in agro eo symbola. Eustathius in Dionys. O^ν πι οὐδὲ Λόχροις ἔθιστοι οἱ Μεταπόντοι, ὡς πόλις Μεταπόντου..... Λέγονται δὲ πάντας Δυτικῶσι πότε διπλός γεωργίας· διὸ καὶ τοῦ Δέλφοις ἀναζητεῖν τὸ θυμιλούν μήνον ζευσοῦν θέες. Post Locros gens est Metapontii, quorum urbs Metapontium..... Ceterum admodum fortunati opulentique fuisse dicuntur ab agricultura: ideoque Delphis famam illam auream messem ab iis dedicatam esse. In eodem nummo aversam aream vir galeatus obtinet, cum epigraphe ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ, qua voce Magistratus Heracleæ civitatis, quæ Metaponto vicina fuit, hic quoque jura dixisse, significari auguramur. Plinius, lib. i i i. cap. xv. Oppidum Metapontum, quo tertia Italæ regio finitur. Ibi fuit, ubi nunc Torre di mare, juxta Casuentum amnem, ad Tarentinum sinum. Stephano: Μεταπόντον. ὁ πολίτης, Μεταποντῖος.

M E T A. Cum spica & Pallade, vel Palladis vulgari symbolo, noctua. De Minervæ templo, quod Metaponti fuit, vide Justinum lib. x x. cap. 11.

M H Θ O N A I Ω N, pro M E Θ Ω N A I Ω N. Caracallæ nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 222. Plinio, lib. i v. sect. x v i. Methone. Stephano: Μεθών... Μακεδονίας.. ὁ πολίτης, Μεθωνῖος.

M H Θ Y M N A I Ω N. Severi, & Getæ nummi, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. x x x i x. Methymna. Stephano: Μεθύμνα, πόλις εἰς Λέσβῳ.... ὁ πολίτης, Μεθύμνεῖος. Getæ nummus apud Tristanum, tom. i i. pag. 279. Fortunam exhibet, cum Copiæ cornu, ac temone, qua pingi fere forma solet.

M H Δ I E Ω N. In Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus, verbo Μῆλος. Μῆλος, νῆσος μία τῆς Κυκλαδῶν.... ὁ πολίτης, Μήλιος.... οἱ δὲ Θετταλία, Μηλιᾶς.

M H A I Ω N. Chiffletii nummus.

M A Λ I Ω N. ΛΥ C A N I A C. Meliensum, Lysanias Praetor. Malum Punicum nummus ille in laurea præfert: Malum Græcis μῆλον est, Dorice μᾶλον. A rotunditate mali factum ei insulæ nomen. Plinius, lib. i v. sect. x x i i. in Sporadicibus insulis: Melos cum oppido.....

NUMMI ANTIQUI

bæc insularum rotundissima est. Stephanus: Μῆλος, νῆσος μία τῇ Κυκλαδῶν ἡ πόλις Μήλιος.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Phrygiæ.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummi Neronis, Juliæ Matæx, Alexandri Severi, Macrini, in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Metropolitæ.* Stephano: Μητρόπολις Φρυγίας, οὐδὲ μητρὸς τῇ Θεῷ οἰκισθεῖσα, a Deum Matre nomen accepit, quæ sedem ibi habuit. Urbs est Magnæ Phrygiæ Ptolemæo, lib. v. cap. ii. In Notitia Eccles. Phrygiæ Salutaris.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Plotinæ, quo utriusque civitatis concordia significatur, apud Patinum, pag. 189.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ΝΕΩΚΟΡΟΥ. Antinoi nummus.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΕΝ. ΙΩΝΙΑ. Nummi Caracallæ, & Gordiani junioris, quos in Cimelio Regio vidimus. In posteriore Genius civitatis advenientem Augustum excipit. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Metropolitæ.* Sunt & similia Philippi Filii numismata, & Valeriani. Horum urbs Μητρόπολις a Ptolemæo, lib. v. cap. ii. Lydiæ adscribitur. In Notitia Eccles. antiqua, Asiæ Provinciæ, cuius caput Ephesus.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΗ. (non ΟΥΑ. ut habet Occo, pag. 530. & eum secutus Scaliger, in Animadv. Euseb. pag. 225.) ΜΑΞΙΜΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γεῖος Ιούλιος Οὐνεὶς Μαξίμειος. *Imp. Cæsar C. Iul. Verus Maximinus.* ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΤΩΝ. EN ΙΩΝΙΑ. cum Cybeles, seu Matris Deum, sedentis effigie, a qua urbi nomen. Inscriptio Gruteri, pag. 151. IMP. CAES. C. IVLIVS. VERVS. MAXIMINVS. PIVS. Sunt & aliæ plures. Neque vero ad Valerium Maximinum pertinere hic nummus potest, ut Occo & Scaliger censuere, secuti Goltzium in Thesauro, pag. 126. cum post Aurelianii tempora non fere occurrant in Nummis Græcorum oppidorum nomina : nisi forte NIKAIEΩΝ unicus sub Constantino M, idemque haud satis certæ fidei.

Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟΣ. Κ. *C. Julius Verus Maximus Cæsar.* ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΠΑΥΛΕΙΝΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub Prætore Paulino.* Cybeles stantis effigies: in Cimelio Regio.

ΕΠ. ΣΤ. ΟΥΑΛ. ΝΕΙΚΙΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub Prætore Valerio Nicia.* Gallieni, ex eodem Cimelio. Cybele pariter stat, & Gallieni simulacrum dextra gerit. Est & apud Patinum, pag. 413.

ΣΕΒΑΣΤΑ ΚΑΙ ΚΑΡΕΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ: *Augusta Cæsarea certamina, Metropolitarum.* Gallieni, e Cimelio Regio. Urna cum palmis. Est & apud Patinum, pag. 413.

ΔΙΟΝΥΣΟ. ΜΗΤΡΟΠ. Vide ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Cum amnis Caystros effigie, quo id oppidum allui credimus. Apud Sponium, in Itin. Athen.

ΚΟΙΝΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. Nummus Solonis, cum Jove & Diana Ephesia. Apud eundem Sponium.

ΜΗΤΡΟΠ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΠΥΡΑΜΩ. Vide ΜΟΨΒΕΣΤΙΑ.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Theffaliae.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. Quæ hoc nomine civitates essent, ad decem fuere, Stephano teste. Qui porro nummi Palladem Ithomiam, equumve Thessalum exhibent, ut apud Goltzium in Græcia, Tab. xx. ex aversa parte galeam, insigne plerumque Thessalicæ fortitudinis, ad Metropolim Thessaliæ pertinere res ipsa clamat, cuius Stephanus, ac Livius, meminere. Fuit Ithome, unde Palladi cognomen Ithomiæ, in Thessalia Pelasgiotide, inter quatuor castella posita, quibus ipsa ex quadruplici latere cingebatur: Triccam, Metropolim, Pelinnæum, Gomphos. Auctor Strabo, lib. ix. pag. 437. Adjecta in nummis Prætorum nomina, ΘΕΟΦΑΝΗΣ, ΧΡΥΣΑΝΘΟΣ.

ΜΙΔΑΕΩΝ. Caracallæ nummus e Cimelio Regio, cum effigie stantis Aesculapii, & apud Patinum, pag. 304.

NUMMI ANTIQUI

Plinio, lib. v. sect. xxix. *Midæi*. Stephano: *Midægor*, πόλις Φρυγίας . . . τὸ ἔθνηκὸν, *Midæus*, καὶ *Midæus*. Ad di oportuit & *Midæus*, ut a Nicæa quandoque *Nigaeus*.

MIDÆON. Nummus alter quem vidimus. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Midæi*: & sect. xl. *Midæon*. In Notitia antiqua Eccles. pag. 17. & 49. inter Episcopos Phrygiae Salutaris, ὁ τοῦ *Midæiou*. Pag. 31. *Medæior*. Leunclavius, pag. 94. ὁ *Mnædæiou*.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. ΔΙΔΥΜΕΥΣ. Nummus Augusti e Cimelio Regio, ex ære mediocri, cum effigie Apollinis ex ea parte, lyram tenentis. Plinius, lib. v. sect. xxxi. in Ionia: *Oraculum Branchidarum appellatum*, nunc *Didymæi Apollinis*, . . . Et inde centum octoginta, *Miletus* &c. Apud Selenum vetus inscriptio, in marmori bus Arundellianis, ΜΕΙΑΗΤΟΝ. ΔΙΔΥΜΕΙΑ, certamina Miletii edita significat, in honorem Didymei Apollinis. De ænea Apollinis statua a Xerxe adempta Milesiis, & Seleuci jussu Branchidis reddita, Pausan. in Attic. pag. 15.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. Nummus Agrippinæ, apud Patinum, pag. 87. & Caligulæ, pag. 94. nunc Cimelii Regii. Sunt & Drusillæ, & Claudi, similes. Stephano: Μίλιτος . . . ὁ πολίτης, *Milistos*. Hodie *Palatschia*, quod ex ingenti civitate vix palatiorum superbarumque ædium rudera nunc supersint. Ibi reperta nuper inscriptio, ΠΟΛΙC. ΜΙΛΗΣΙΩΝ.

ΘΕΑ. ΔΡΟΥΣΙΑΛΛΑ. ΜΙΛΗΣΙΩΝ. Caii Caligulæ nummus, quo divinos honores Drusillæ ejus filiæ tributos a Milesiis, per assentationem, intelligimus.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. ΕΠΙΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟC. Sub Philometore Prætore *Milesiorum*. Trajani nummus, in quo Diana venatrix, cum cane, ut videtur, aut cervo: erosus enim ea parte nummus, cernere conspicue quæ sit ea effigies, prohibet.

ΜΙΛΗΣΙ. ΕΠΙΦΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ. Sub Prætore *Themistocle*. Apollo Didymeus, dextra Diana venatrix simulacrum gerit: quod erant apud Milesios, ut mox dicemus, utriusque Numinis sacra conjuncta,

cultusque communis. Est hic M. Aurelii nummus e Cimelio Regio. Multa plane ἀπόνα de Centauro, aliisque nugis, congerit Patinus, ut hunc nummum explanet, pag. 243.

ΜΕΙΑΗΣΙΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. In Faustinæ junioris nummo, Apollo Didymeus, (non Venus, ut Sponio visum) & Diana Ephesia.

ΕΠΙ. ΑΙΔ. ΙΠΠΟΛΕΙΤΟΥ. ΜΕΙΑΗΣΙΩΝ. *Sub Aelio Hippolyto Prætore Milesiorum.* Faustinæ junioris, e Cimelio Regio, cum Apollinis Didymei iconē.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. ΕΠΙ... ΙΟΥΛ. ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ. *Sub Prætore Julio Nicandro.* Juliæ Domnæ, ex Cimelio Regio. Apollo Didymeus, capite radiato, cervum dextra tenet: quo Dianæ cultum, perinde atque Apollinis, cuius illa vulgo soror habita, apud Milesios receptum intelligas: est enim cervus Dianæ sacer. Sollem & Lunam his adumbrari, sanitatis præsides, & aëris temperandi magistros, quos Milesii colerent, haud obscure Strabo significat, lib. xiv. pag. 635. Legit hunc nummum Patinus, pag. 290. ΕΠΙ. ΠΟΣ.... ΑΝΔΡΟΥ. cervumque ibi Solis, ob velocitatem, symbolum esse comminiscitur.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Balbini nummus, e Cimelio Regio, cum templo Didymei Apollinis, cervum dextra gerentis.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. E Museo nostro, cum leonis effigie.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. cum eadem leonis effigie. E Museo nostro.

ΚΩΩΝ. ΜΕΙΑΗΣΙΩΝ. Vide ΚΩΩΝ.

ΜΙΛΥΕΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 222. ubi mendose **ΜΙΛΥΝΩΝ** scribitur. Plinio, lib. v. sect. xxv. *Milyæ*, juxta Pamphyliam. Stephano: Μιλύαι, οἱ τοξότες Σόλυμοι.... Λέγονται καὶ Μίλυες, ὅποι Μιλύνης τὸ γένος Σολύμου.

ΜΙΝΤΥΡΝΩΝ. In Magna Græcia Goltzii, tab. xix. Fulmen alteram nummi aream, alteram ipse Juppiter obtinet. Plinio, lib. 111. sect. ix. in Latio, *Colonia Minturnæ*. Ubi Liris amnis scapha trajicitur, ferme in ejusdem ostio: unde loco nomen, *la barca del Garigliano*.

MIROBRIGA. MVNICIP. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio, lib. III. sect. III. *Mirobrica*, in Baeturia Baeticæ parte, quæ Turdulorum fuit, & conventus Cordubensis. Hodie *Villa de Capilla*. Apud Gruterum vetus inscriptio in eo pago reperta, M I R O B R I C E N S I V M M V N I C. pag. 257. ex Antonii Augustini schedis. Est hic nominum exitus *Briga*, in oppidis Hispaniæ frequens: Arabriga, Lacobriga, Nertobriga, &c. Vox nempe *brigæ*, veterum Hispanorum sermone vernaculo oppidum sonat. Festus: *Lacobrigæ nomen a lacu & brigæ, Hispaniæ oppido*. Et huic affinis vox *bria* Thracum lingua oppidum significavit, uti ex Strabone & Nicoloao Damasc. observavimus in notis ad Plinium, lib. IV. sect. XVIII.

MOESIA. Plinio, lib. III. sect. XXIX. *Pannoniæ jungitur provincia, quæ Mæsia appellatur*. Hodie *Servia* & *Bulgaria* nuncupatur.

ADVENTVI. AVG. MOESIAE. Hadriani, ibidem, Spartanus in ejus vita, pag. 4. *Audito dein tumultu Sarmatarum ac Roxolanorum, præmissis exercitiis Mæsiam petiit*.

EXERCITVS MOESIACVS. Hadriani nummus, e Cimelio Regio. Cæsar in equo cohortes alloquitur.

MOKA. Vide ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ.

MOKKALIEON. Gordiani junioris nummus e Cimelio Regio. Stephano: Μόκκαλη κάμη Φρυγίας, *Phrygiae rarus*: οἱ οἰκήτορες, *Mokkalwoi*. Et ex nummo, *Mokkaleus*.

MONIKEON. Nummus Domitillæ, e Thesauro Goltzii, pag. 222. Plinio, lib. III. sect. VII. *Portus Herculis Monæci, Ligustica ora*. Stephano: Μόνοκος, πόλις Αιγαστική. τὸ ἔθυμον, *Monoikos*: scribe ex nummi fide, *Monoineus*.

MOPSVESTIA.

ADPIANON. MOYERATON. Ab Hadriano Principe inditum cognomen. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio. Stephano: Μόψου εσία, *Kivixias*, θεῖα

τῷ Πυραμῷ ποταμῷ... ἀφ' οὗ δὲ Μόψεατης. Plinio, lib. v. scđt. xxi. in Cilicia, *Mopsos liberum, Pyramo amni impositum*. Unde haud temere suspicere huc quoque spectare nummum subsequentem:

ΜΗΤΡΟΠ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΠΥΡΑΜΩ. Μητροπολειτῶν τὸν τοῦ Πυραμῷ. Ut intelligatur oppidorum omnium, quæ Pyramo amni essent apposita, Mopsestiam metropolim exstitisse. Nisi forte Anazarbum hic nummus indicat, quæ haud procul fuit. Priorem porro nummum in Antonini gratiam cūdendi, eadem Mopseatis causa fuit, quæ dicandæ hujus inscriptionis eximiæ, quam Gruterus affert, pag. cc lv.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙ ΣΑΡΙ

ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΤΙΩ. ΘΕΟΥ

ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚΟΥ ΤΙΩΝΩ ΘΕΟΥ
ΝΕΡΟΥ Α. ΕΚΓΟΝΩ ΤΙΤΩ ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙΑΝΩ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΩ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΥΣΕΒΕΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΜΕΓΙΣΤΩ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ
ΤΟ. Γ. ΥΠΑΤΩ ΤΟ. Γ. Π. Π. ΤΩ ΕΥΕΡΓΕΤΗ ΚΑΙ
ΣΩΤΗΡΙ ΑΔΡΙΑΝΗΣ ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑΣ ΤΗΣ
ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΗΣ ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΡΩΜΑΙΩΝ ή ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΔΙΑ ΤΗΣ
ΘΕΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΔΟΣΙΑΣ ΒΕΒΑΙΑ
ΤΗΡΗΣΑΝΤΟΣ ΑΥΤΗ ΤΑ ΕΞΑΡΧΗΣ ΔΙΚΑΙΑ.

Quam sic Latine Panvinius reddit in Fastis:

Imp. Cæsari, Divi Hadriani Filio, Divi Trajani Parthici nepoti, Divi Nervæ proneptori, T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio, Pontifici Max. Tribunicia Potest. III. Cos. IIII. Patri Patriæ, Benefico ac Servatori Hadriana Mopsestia Cilicie, Sacrae, Libere, Inviolatae, suis legibus viventis, Populo Rom. amicitia & societate conjunctæ: quod divina ipse in jure dicundo clementia sit usus, nec non vetera eidem civitati jura firma rataque esse voluerit, Senatus Populusque D.D. Sic Uticenses, teste Plutarcho, Catonem Ἐνεργέτιον καὶ Σωτῆρα dixerunt. Et Ptolemaum Lagi F. in Aegypto dynastam, Σωτῆρα dictum, numimi veteres, aliaque monumenta testantur.

ΜΟΡΓΑΝΤΙΝΩΝ.

ΜΟΡΓΑΝ. apud Parutam. Plinio, lib. 111. sect. xiv.
in Sicilia, *Murgentini*. Stephano: Μοργαντίνοι. Fuit horum oppidum in mediterranea parte Siciliæ, ad Symæthum amnem, qui totius insulæ maximus.

ΜΟΣΤΗΝΩΝ.

ΑΥΤΟ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΑΙ. ΕΓ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ. ΣΕ.
Αὐτοχρήστωρ Κάμσαρ Πούπλιος Λικίνιος Ἐγναθός Γαλλιών. ΜΟΣΤΗ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΖΕΥΞΙΔΟΣ. Κ. ΛΟΥ. ΤΥΛΑΙΟΥ. Ἐπί πρατηγος Μάρκου Αυρηλίου Ζεύξιδος, καὶ Λουκίου Τυλλίου. *Mostenorum*, sub Praetore M. Aurelio Zeuxide, & L. Tullio. In Cimelio Regio. *Mosteni* Tacito, lib. 11. Annal. loco a nobis allato, in Notis ad Plinium, lib. 11. sect. LXXXVI. quem consule. In Notitia Eccles. inter Episcopos Provinciæ Lydiae, ὁ Μουσίνης, pro Μοσίνης. Et Μοσίνοι Ptolemæo in Lydia sunt.

ΜΟΤΥΑΙΩΝ, in Parutæ nummis. Vide quæ diximus in notis ad Plinium, lib. 111. sect. xiv. verbo *Mutyenses*. Stephano: Μοτύν, πόλις Σικελίας..... τὸ ἔθνος, Μοτυᾶς. Nunc Modica, inter Pachynum & Syracusas.

ΜΒΝΔΑ. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 22. Plinio, lib. 111. sect. 111. *Munda cum Pompeii filio capta*, in Bætica, Astigitani conventus. Vide quæ eo loci in notis Plinianis diximus.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ.

ΣΕΒΑΣΤΩ. ΜΥΛΑΣΕΩΝ. *Augusto. Mylasenium*: Augusti nummus apud Spanhem. pag. 905. Sunt & Caracallæ & Getæ numismata in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Mylasa libera*. Stephano: Μύλασα, πόλις Καρπας... τὸ ἔθνος, Μυλασεύς. Hodie Melazzo: etsi id nomen Mileto Ioniae oppido Geographorum vulgus perperam adjudicat.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. Ejusdem Augusti nummus e Museo nostro. Ex parte aversa, ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ. ΥΒΡΕΟΥ. Fuit Hybreas orator, patria Mylasensis, de quo consulendus Strabo, lib. xi v. pag. 659. Is enim

summam Urbis potestatem penes eum fuisse admonet: quam tamen potestatem summumve magistratum ea voce Γερματέουντος signari haud crediderim: cum sit γερματέων, vel γερματέων in nummis, publicorum civitatis monumentorum custos: cuius illud munus, inquit Thucydidis Scholia, ex parte fuerint, τὸ δίκαιον γερματά ἀγαγώσκειν. Quemadmodum in Arundelliano marmore, Ρόδος γερματέων βουλῆς, Δήμου &c. Rufus Scriba Senatus, Populi &c. Idem nihilominus, pro ratione muneris, summo Magistratu, nec dignitate fere fuit, nec auctoritate inferior. Annum tamen, aut certe minime perpetuum fuisse eum Magistratum, ex vetusto liquet Atheniensium psephismate, quod Petitus recitat in Legibus Atticis, pag. 232. "Ἐδέξε τὴν βουλὴν τῷ δίκαιῳ.... ὁ περὶ Κλεοφύνης ἀρετῶν ἐγερματέυσεν, &c. Atque ex ipsa lege, quam affert, pag. 257. Υπογερματέσσαι σὸν ἔξετι δῖς τὸν αὐτὸν τὴν δέκατην τὴν αὐτὴν. Semel tantum sub eodem Magistratu scriba esto. Id nomen Γερματέως, sive Γερματέουντος, frequens in Cariæ nummis occurrit.

MΥΛΑCEΩΝ. Hadriani nummus, cum Jovis capite. Strabo, lib. x i v. pag. 659. "Ἐχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς iεροὶ δύο τοὺς Διὸς, &c. Mylaenses duo habent Iovis templā &c.

MΥΛΑCEΩΝ. Getæ, cum templi effigie, in quo Dea stat. Apud Sponium in Itin. Athen.

MΥΝΔΙΩΝ. Nummi Severi & Julianæ Domnæ. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Myndos.* Stephano: Μυνδός, πόλις Καείας... τὸ ἔθνος, Μυνδίος.

MΥΡΕΩΝ. Gordiani tertii, & Tranquillinæ nummi, in Cimelio Regio. Et in isto quidem e superficie altera, ΦΟΥ. ΣΑΒ. ΤΡΑΝΚΥΛΑΕΙΝΑ. ΖΕΒ. *Furia Sabina Tranquillina Augusta.* Plinio, lib. v. sect. xxviii. *Myra.* Stephano: Μύρων, πόλις Λυκίας... τὸ ἔθνος, Μυρίος. D. Nicolai Episcopatu clara. Nunc *Stramita*.

MΥΡΙΑΝΔΡΙΩΝ. Nummus Antonini Pii. Plinio, lib. v. sect. xviii. *Myriandros.* in Syriæ Ciliciæque confinio. Hodie *Candelona.* Stephano: Μυριανδρός,

NUMMI ANTIQUI

πόλις Συέτας.... Μυρινάρικός κόλπος. Hunc si vidisset nummum, adjecisset, τὸ ἔθνικὸν, Μυρινάρικόν.

MYPINAIΩΝ. Nummi Græci apud Goltzium, cum Apollinis effigie, lauri ramum lœva tenentis, ad Myrinam Æolicam attinent, de qua Plinius lib. v. sect. xxxii. non ad Lemniam, aliamve, si qua est ulla. Stephano: Μύρινα Αἰολίδος... τὸ ἔθνικὸν, Μυρινῶν.

MYPINAIΩΝ. OMHPOC. Nummus Neronis εὶς Gaza Regia. Vatem hunc quoque Myrinæ coluere: quod & ab aliis civitatibus factitatum, uti declarat in primis Commodi nummus ex eadem Gaza, **NIKAIEΩΝ OMHPOC**, cum Homeri in rupe sedentis effigie: **XΙΩΝ. OMHPOΣ**, &c. Et occurret forte in Cimeliis Cretensium quoque nummus, **KΡΗΤΩΝ OMHPOΣ**. Vatem hunc enim donasse mille nummis ii perhibentur, ob carminum præstantiam: idque beneficium in ærea tabula insculpsisse. Auctor Sozomenus, in præf. Historiæ Eccles. Κρῆτες μὲν δὲ εἰς χελιός νομίσουσιν Οὐμεγρούς αὐτούς μόνοι τὸ ἐνεπέλατον φιλοποιεῖσιν χρυσῶτες, εἰς τὴν δημοσίαν τὸ δωρεὰν ἐγένετο. Quanto similius veri & in nummis quoque ipsis, quo ea ad plures fama perveniret, impressum hujus beneficii monumentum?

MYPINA. Hadriani simul & Sabinæ nummus, ex eodem Cimelio.

EΠΙ. ΜΗΤΡΟΔΩ. MYPINAIΩΝ. ΔΑΜΝΕΥC. Sub Metrodoro Myrinæorum Prætore. *Damneus*, hoc est, *Domitor*. Sedet Imperator in equo: cui hanc Victoris seu Domitoris gentium nobilem in primis appellationem hic nummus singularis attribuit: ut Constantio sequens ætas, **VICTORIS OMNIVM GENTIVM**, & Constantino Patri, **EXSVPERATORIS OMNIVM GENTIVM**. Est ea vox a δαμνεύσῃ. Unde δαμνεύσῃ, uti a δαμνάῳ fit & δαμεύς. Sic Asiam, teste Plinio, lib. v. sect. xxxiii. quoniam ferociissimas gentes domuisse, initio Dameam vocatam Eratothenes tradidit. Lepidum est Seguini commentum, pag. 17. qui Corybantis alicujus in equo insculp-

eam ibi effigiem putat, quod Idæorum Dactylorum unus, quos & Corybantes Strabo vocat, Δακτυλοὶ appellatus sit a Lilio Gyraldo: dicique contracte Δακτυλοὶ pro Δαμναλεὺς arbitratur. Atqui & hæc contractio insolens, nec verum nomen ejus Corybantis Δαμναλεὺς est, ut corruptis Strabonis codicibus impulsus in fraudem Gyraldus credidit, sed Δαμναλεὺς, uti ex hoc versiculo liquet, quem ex Apollonii Scholiaste retulimus in Notis ad Plinium, lib. vii. sect. lvii. num. 38. quo tres Dactylos complexus est auctor Phoronidis fabulæ:

Κέλμις, Δαμναλεὺς τε μέγας, καὶ οὐδέποτε Ἀρμον.
Pro Δαμναλεὺς autem legi scribique Δαμνεὺς, ars nulla patitur. Sed, quod caput rei est, quis in isto nummo Corybanti locus? aut cur idem in equo? Ex parte altera, ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΑ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC.... Αὐτοκράτωρ Καισαρ Τίτος Αἰλιός Ἀδριανὸς Αὐτοκράτορ.

MYPEINAIΩN. Juliæ Domnæ, e Cimelio Regio, & apud Tristanum, tom. ii. pag. 139. cum templo, in quo Apollinis simulacrum, qui a loco dictus est Myrinæus, idemque a vicino pago Gryneus: est enim Γρύνεια, πολίχνιος Μυειναῖος, Stephano. Martialis, lib. ix. Epigr. xliii.

*Campis dives Apollo sic Myrinis,
Sic semper senibus fruare cygnis.*

Strabo, lib. xlii. pag. 622. Πολίχνιος Μυειναῖος, Γρύνειος, καὶ ιερὴ Ἀπόλλων, καὶ μαντεῖος δεκάτιον &c.

MYPEINAIΩN. Gordiani junioris, ex Cimelio pariter Regio, cum Diana effigie.

MYCIA. Domitianus nummus, quem vidimus. Plinius, lib. v. initio sect. xxxii. *Aeolis*; quondam *Mysia* appellata.

ΜΥΣΙΩΝ. Goltzii e Thesauro nummus. Stephanus: *Mycia*... Λέγονται καὶ Μυσοὶ, καὶ Μύσιοι, &c.

ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. Nummi e Museo nostro plurimi. Plinio, lib. v. sect. xxxix. *Lesbos* insula, in qua libera *Mytilene*. Nunc *Metelino*.

ΠΡΩΤΗ. ΑΕΣΒΟΥ. ΜΥΤΙΑΗΝΗ. Prima *Lesbi*
Tt iii

civitas *Mytilene*. Et ex parte aversa, OMONOIA ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. E Cimelio Regio nummus, expressus etiam a Seguino, pag. 18.

ΘΕΟC. ΑΜΜΩΝ. Ex parte altera: ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ.

Κ. ΠΕΡΓΑΜ. Μυτιληναῖων καὶ Περγαμηνῶν. Cum Pergamenis concordia Mytilenæorum.

ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Cum Pergensibus.

ΘΕΟC. ΑΜΜΩΝ. Ex parte altera, ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΒΑΔ.

ΑΡΙCTOMAXΟΥ. ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. Επί φρατηρὸς Βαλεείου Ἀειφοράχου, Μυτιληναῖων. *Sub Praetore Valerio Ariostomacho Mytilenæorum.* Est alter huic plane similis Valeriano Imp. cusus, apud Tristanum, tom. 111. pag. 21.

ΖΕΥΣ ΒΟΥΛΑΙΟΣ. *Iuppiter Consiliarius.* Διός Βουλαῖων qui erat in Curia Quingentorum, Pausanias meminit in Atticis, pag. 111. Est apud Appianum in Mithrid. pag. 122. edit. Steph. Εγίτης Βουλαῖα, Βεστα Confilii Praeses, seu cuius in æde Curia fuit. Ex parte aversa, ΘΕΟΣ. ΑΚΡΑΙΟΣ. ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. Deus Praeses arcis Mytilenæorum. E Cimelio Regio.

ΜΥΤΙ. Cum lyra & Apollinis effigie. E Museo nostro.

ΜΥΤΙΛΗΝΗ. Cum lyra pariter & Apolline. Ex Goltzio, in insulis Græciæ, Tab. xiv. Stephanus: Μαλόεις Ἀπόλλων εὐ Λεσβῷ καὶ ἐπόπις τοῦ ιεροῦ Μαλόεις, ἐπόπις Μήλου δὲ Μαντός, ὡς Ελλάνικος εὐ Λεσβικῶν φωτῶν. Maloës Apollo in Lesbo, nec non templi locus Maloës appellatus, a Melo Mantūs filio, auctore Hellanico in primo Lesbiacorum. Thucyd. lib. 111. Εἰσαγέλθη δούτοις ὡς εἴη Ἀπόλλων Θεός Μαλόετος εὖ ων πόλεως ἔορτη, εὐ δὲ πανδημεὶ Μιτυληναῖοι ἔορτεζουσι, &c. Nunciatum enim ipsis erat, diem festum in Apollinis Maloëntis honorem extra urbem celebrari, ad quem agendum Mytilenæi frequentes conventuri erant, &c.

ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΙΕΡΟΚΛ. ΜΥΤΙΑ. Επί Στρατηρὸς Ιεροκλέους. Μυτιληναῖων. *Sub Praetore Hierocle.* Sappho cum cithara sedens. Julius Pollux, lib. ix. cap. vi. Οἱ Μιληληναῖοι μὲν Σατυρῶν νομίσματι εὐχαρεζον. Mytilenæi Sappho monetæ sue insculpsere. Ex parte altera,

ΗΡΩΙΔΑ ΝΑΥΣΙΚΑΑΝ. Filia hæc Alcinoi fuit, Phæacum regis, cuius horti ab Homero, Plinio, & Martiale celebrati. Sic in quarto casu numimum Postumi videoas apud Tristanum, inscriptum Latine, **HERCULEM.** Et apud Patinum, pag. 411. **GAL-
LIEVM. AVG. P. R. O. B. CONSERVATIONEM SALVTIS,** *Gallienum Aug. Populus Rom.*

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Termini Dei simulacrum. Ex parte altera, Jovis Hammonis caput, apud Tristanum, tom. i. pag. 696.

ΙΟΥ. ΠΡΟΚΛΑΝ. **ΗΡΩΙΔΑ.** *Iuliam Proclam Heroīnam.* In aversa parte Apollo citharoëdus, cum epigraphè: **ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ. ΜΥΤ.** *Sub Prætore Apollonio Mytilenæorum.* Apud Seguinum, pag. 61. Cui quæ Procla ea sit, incompertum fuit. Nos Procli illius filiam esse auguramur, quem **ΠΡΟΚΛΟΝ ΗΡΩΑ** Thyatireni pariter vocant, in vetusta inscriptione, quam Sponius affert in Itiner. Athen.

**Η ΚΡΑΤΙСΤΗ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΒΟΥΛΗ
ΚΛΩΔΙΟΝ ΑΥΡ. ΠΡΟΚΛΟΝ ΗΡΩΑ ΑΝΔΡΑ ΕΥΓΕΝΗ
ΕΠΙ ΣΕΜΝΟΤΗΤΙ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΑΙC
ΚΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡΓΕΙΑΙC ΠΑΣΑΙC
ΔΙΑ ΤΕ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥC.**

Inclitus Thyatirenorum Senatus Claudium Aurelium Proclum Heroëm, Virum Nobilem, ob vitæ sanctitatem, Magistratusque, & officia omnia per se suosque gesta: subintellige, ETIMHCEN, coluit, quod in alia inscriptione apud eundem Sponium videoas, pag. 130. & 132. Et alia Mytilenis reperta, Grutero teste, pag. MXCI. A. ΒΟΥΛΑ. ΚΑΙ Ο. ΔΑΜΟC. ETEIMACCEN. ΑΥΡ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ. Senatus Populusque honoravit Aurelium Artemidorum. Nempe herorum in numerum viros feminasque Principes referebant, quorum beneficia essent experti, a quibus salutem & incolumentem accepissent. Sic Antonium Pium Sardiani Heroëm ex edicto fecere, ut docet vetus inscriptio, apud Sponium, in Itin. Athen. pag. 146.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙ ΚΑΡΑ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΥΙΟΝ
 ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΥΙΩΝΟΝ
 Τ. ΑΙΓΑΙΟΝ. ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΑΝΤΟΝΙΝΟΝ
 ΕΥΣΕΒΗ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
 ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. Β. ΥΠΑΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ
 ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
 Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΚΑΡΔΙΑΝΩΝ
 ΕΤΙΜΗΣΕΝ ΗΡΩΑ
 ΕΤΝΟΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΧΑΡΙΝ.

*Imp. Cæs. Divi Hadriani F. Divi Trajani N. T.
 Älium Hadrianum Antoninum Pium Augustum, Trib.
 Pot. II. Cos. IIII. Patrem Patriæ, Senatus Popu-
 lasque Sardianorum, Heroëm coluit, ob ampla ejus be-
 neficia.*

ΙΟΥΑΙΑΝ. ΝΕΑΝ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ. ΜΥΤΙ. *Iu-*
liam Novam Germanici, Mitylenæi colunt. E Cimelio
Regio. Germanici filiam Iuliam Novam appellant,
quod Juliam Augusti conjugem ac Tiberii matrem,
vel virtutum dotibus, vel meritis in Mytilenæos, re-
præsentaret: uti ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ
in nummis vocatur: atque una opera quod apud se
nata esset, Lesbii, in primisque Mitylenæi, gratulan-
*tur. Tacitus, lib. II. Annal. de Germanico: *Petita**
inde Eubœa, transmisit Lesbum, ubi Agrippina novissi-
mo partu Iuliam edidit. Alii hanc Livillam vocant, ut
Suetonius in Caïo, cap. VI. quasi Liviam novam,
seu minorem Liviam: nam & Augusti conjugi non
Juliae modo, sed & prius Liviae nomen fuit. Stant in
nummo Cimelii nostri tres sorores, A G R I P P I N A.
D R U S I L L A, I V L I A. Sed & Juliam Josephus
appellat, lib. IX. Antiq. cap. IIII. Germanico con-
jux Agrippina neptis Augusti fuit, ipse Juliae Augustæ
nepos, Druso fratre Tiberii genitus: ex Agrippina
Juliam hanc novam, Drusillam sororem, Caligula-
que genuit: & Agrippinam, quam dixi, alteram, Clau-
dii conjugem, matrem Neronis. Ut porro novam Ju-
liam Mytilenæi hanc appellant: sic se Glycon Ἀσκλη-
πιον γέον, novum Ἀσκουλαπιον, apud Lucianum vocat
in

in Pseudomanti : sic Attica tribus NOVAM CEREREM Sabinam Hadriani conjugem, quod Sponius non intellexit, a quo haec inscriptio vetus assertur, in Itinerario Atheniensi, Megaris in Attica reperta :

CA BEINAN BACIAICCAN CEBACTHN NEAN
ΔΗΜΗΤΡΑ

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ
ΠΑΜΦΥΛΟΙ ΥΠΟ ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΙΟΥΛΙΟΥ
ΚΑΝΔΙΔΟΥ

ΤΟΥ ΚΡΑΤΙСΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ
ΑΙΧΙΩΝΟC ΤΟΥ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥC.

Sabinam Principem Augustam, Novam Cererem, Imperatoris Hadriani conjugem, venerantur Tribus universæ, Iulii Candidi opera, Egregii Proconsulis. Praetore Aeschione Democratis F. Ubi Sponius Νέας Δήμητρας Nuper Cereri consecratam reddidit, haud levi errore: quem in altera rursum admittit, ΙΟΥΛΙΑΝ. ΣΕΒΑΣΤΗΝ. ΕΣΤΙΑΝ. ΝΕΑΝ. ΔΗΜΗΤΡΑ, quæ Juliae Augustæ Augusti conjugis esse potius, quam Juliae Domnæ, ut ille voluit, videtur. Vide ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Cariæ. Sic eandem Augusti conjugem Liviam, Julianam, nummus-alter ex parte una Junonem, Julianam ejusdem Principis filiam ex parte altera Venerem appellat: ΙΟΥΛΙΑΝΗΠΑΝ, (vel, ut alii in suo nummo legerunt, ΛΙΒΙΑΝΗΠΑΝ,) & ΙΟΥΛΙΑΝΑΦΡΟΔΙΤΗΝ, apud Octavium Falconerium, aliquaque. Sic Octaviæ nutrix adulatur apud Senecam:

Tu quoque terris

Altera Iuno, soror Augusti,

Conjuxque, graves vincere dolores.

Ac de Livia ipsa, Naso, lib. 111. de Ponto, Eleg. 1.

Cum tibi contigerit vultum Iunonis adire,

Fac sis personæ, quam iucare, memor.

Sic Cleopatra apud Plutarchum, Νέα "Iois. In numero Cimelii Regii, ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ. Sic Commodus Imp. in numero, ΙVPPITER IVVENIS. Antonius Triumvir, &

NUMMI ANTIQUI

Caracalla Imp. Νέοι Διόνυσοι, quo nomine & Caligulam appellatum Eustathius auctor est, in Iliad.

ΟΥΑΠΙΑС. ΣΕΟΥ. ΜΥΤΙΑΗΝΗС. Οὐλπίας Σεουνής Μυτιλενών. *Vlpiae Severianæ Mytilenes.* Cognomina ei urbi ab Ulpio Trajano & Severo data.

ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΠΟΙΟΛΕΟΝΤΕΩС. *Sub Praetore..... Stat Juppiter Hammon stolatus, cum Apolline: hastam ille dextra: læva hic lyram gerit. Caracallæ numimus, e Cimelio Regio. Sed Praetoris nomen vitiatum: quod ex altero Severi nummo, quem Teii percussere, forte refungi debet, ut legatur: ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΚΑΛΑ. ΑΕΟΝΤΟС. Sub Praetore Sallustio Leone.*

N

NΑΓΙΔΕΩΝ. L. Veri nummus e Thesauro Goltzii, & Cimelio Regio. Stephanus: Ναγίδος, πόλις μεταξύ Κιλικίας ύπαμφωλίας... ὁ πολίτης Ναγίδης. Caſaubonuſ in Strabonem, lib. x i v. pag. 682. pro Agido Nagidum in Cypro locat, nullo auctore.

ΝΑΚΟΛΕΩΝ. Trajani nummi. Stephanus oppidi illius meminit, quod Phrygiæ Salutari adscribitur in Notitia Eccles. pag. 17. Stephano: Νακολία, πόλις Φρυγίας.... τὸ έθνικὸν, Νακολᾶς.

ΝΑΚΡΑΙΩΤΩΝ. Trajani nummus e Gaza Regia. Horum oppidum Νάκρασα in Lydia a Ptolemæo collocatur, lib. v. cap. 11.

ΝΑΚΡΑΣΕΩΝ. M. Aurelii, cum Diana πολυμάρτυν effigie, & Faustinæ nummi, ex eadem Gaza. In Notitiis antiquis inter Episcopos Provinciæ Lydiæ, pag. 13. ὁ Ἀκράσσου. Pag. 29. Ὁκρασσός. Pag. 45. ὁ Ἀκρασσός. Apud Leunclavium, pag. 90. ὁ Ἀκρασσός. Forte, pro Νάκρασος & Νακράσος. Est enim alia Lyciæ Ἀκράσσος, de qua suo loco diximus.

ΝΑΞΙΩΝ, *in Græcia.*

ΝΑΞΙΩΝ. Goltzii nummi, Tab. xviii. cum Bacchi effigie, & uva. Plinio, lib. iv. sect. xxii. Naxos, quam Dionysiada a vinclarum fertilitate, &c. Vel, ut ibi ex

Solino diximus, quod hospita tellus ea Libero Patri fuit. Ovidius, lib. III. Metam.

Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros:

Illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus.

Lactantius, lib. I. de falsa Relig. cap. xv. *Naxos Liberum colit. Hodie Naxi.*

NAXION. Getæ nummus e Cimelio Regio, in quo sculpta Fortuna cum gubernaculo suo, quod rostro navis impositum est, & Copiæ cornu.

NAXION, in Sicilia.

NASO, & NAXI, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. xiv. *Naxii. Stephano: Νάξος Σικελίας... τῷ θηρίῳ, Νάξοι.*

NARBO, unde Gallia Narbonensi nomen.

COL. NARBO. MART. DECUMANOR. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Plinius, lib. III. sect. v. *Narbo Martius Decumanorum colonia. Martius utique, vel a Marte, ut Sirmundus noster censuit, in Notis ad Sidonium: vel a Martia legione. Decumanorum, quod ex militibus decimæ legionis. Pomponio Melæ, lib. III. cap. v. Atacinarum Decumanorumque colonia appellatur, ab Atace amne, qui Narbonem secat. Inscriptio vetus apud Gruterum, pag. ccxxiv. COL. IVL. PATERN.* **NARB. MART.** Iterumque: C. I. P. N. M. Hoc est, *Colonia Iulia Paterna Narbonensis Martia.* Et pag. ccxxvi. *IVLIAE. DOMNAE.... DECUMAN. NARB. Iulie Domnae, Severi coniugi, Decumani Narbonenses.*

NARONA.

COL. NARONA. Titi nummus apud Goltzium, in Thesauro, pag. 241. Plinio, lib. III. sect. xxvii: *Narona colonia, in Dalmatia. Hodie Narenta.*

NAYPAKTION. In nummis veteris Græciæ, apud Goltzium, Tab. vii. In eo nummo Dianaæ jaculantis effigies, cum cane. Pausanias, lib. x. sive in Phocicis, sub finem operis, pag. 357: ubi de Naupacto agit: *Ἐπὶ δὲ ἵστη Ἀρτέμιδος, χαλκία λέους λίθου. Σχῆμα δὲ V. u ij.*

NUMMI ANTIQUI

ἀνοτίζουσις παρέχεται, καὶ ἐπίκλησιν ἔλαφος Αἰτωλίᾳ. Et etiam Diana delubrum, cum signo e candido lapide, jacularis habitu. *Dæ cognomen Aetola.* Posticam nummi aream aper Calydonius obtinet, in nummis etiam **A K T I Ω N**, **A I T Ω Λ Ω N**, aliorumque oppidorum tractus hujuscē frequens. Plinio, lib. 14. sest. 111. *Naupactum.* Stephano, *Ναύπακτος*, πόλις Αἰτωλίας... ὁ πολίτης, *Ναυπάκτος.* Hodie *Lepante*, unde sinui Corinthiico nomen, *le Golfe de Lepante.*

NEAPOLIS *Italie.*

ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ. Ex ære, & argento, nummi, e Museo nostro, cum effigie Minotauri, ac supervolitante victoria: in parte aversa, caput Diana: cum epigraefe, **ΑΡΤΕΜΙΣ**, uti fere in Massiliensium nummis: *Naples.* Vide Goltzium in Magna Græcia, Tab. I.

ΝΕΟΠΟ. Ibidem, ex argento, cum Medusæ capite. In nummo Petroniæ gentis, apud Patin. de famil. Rom. pag. 202. Parthenope Siren cum tibia cernitur, ea nempe cuius a tumulo Neapolis alterum nomen accepit. Nam e tribus Sirenibus, quarum nomina in Notis ad Plinium attulimus, sest. 14. libri tertii, prima voce, tibia altera, tertia lyra cecinit, ut Servius refert in lib. v. *Æneid.* Plinius, loc. cit. *Neapolis, Parthenope a tumulo Sirenis appellata.*

NEAPOLIS *Samarie.*

ΦΛΑΟΥΤ. **ΝΕΑΠΟΛΙ.** **ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ.** Titi nummus, apud Patin. pag. 151. nunc Cimelii Regii. **Φλαγίεων Νεαπολιτῶν Σαμαρείας.**

ΦΛΑΟΥΤ. **ΝΕΑΠΟΛ.** **ΣΑΜΑΡ.** L. A. I. *Λυκόβαστος id.* anno x i. Domitiani principatus, cuius effigiem hic nummus nomenque præfert. Est e Cimelio Regio cum palmæ icone, quæ passim occurrit in Syriae nummis.

ΝΕΑΚΑΣΕ. Nummus Hadriani e Cimelio Regio, in quo capita duo adversa, virile alterum, alterum muliebre, quantum conjicimus. Ex parte altera, **ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΤΡΑΙΑΝ.** **ΑΔΡΙΑΝΟC.** Prioribus litteris duarum ejusdem Provinciæ Samariae civitatum, opinor,

concordia indicatur , Neapoleos , & Sebastes : ut legi verum sit , NEA. KAI. C.E. Hoc est , Νεάπολις καὶ Σεβαστή.

ΦΛΑ. ΝΕΑ. ΠΟΛΕΩΣ. ΣΥΡΙΑΣ. ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ. Antonini Pii nummus apud Tristanum , tom. I. pag. 593.

... ΝΕΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΜΟΡΘΙΑ. M. Aurelii nummus , cuius priores exesæ litteræ fuere ΦΛΑ. hoc est , Φλαυνία Νέα Μητρόπολις Μόρθα. Plinius , lib. v. sect. x i v. Neapolis , quod antea Mamortha dicebatur. Josepho , ut in Notis ad eum locum diximus , Mabortha , sed mendose , ut ex nummo liquet. Illud vero ma , quod voci præfigitur , ex Hebræo articulo effictum putamus. Metropolim Samariæ fuisse , translata a Sebaste in hanc urbem hac prærogativa , tum ex eo nummo discimus , tum ex Plinio , qui primo loco eam appellat inter Samariæ oppida , tum ex altero M. Aurelii nummo inscripto , ΦΛΑ. ΝΕΑ. ΜΗΤΡΟΠ. quem nonnulli perperam legunt , ΦΑΝΕΑ. ΜΗΤΡΟΠ. ut mox dicemus. Olim Sichem , Christi Domini temporibus , ut in Notis Plinianis ex Beniamino docuimus : hodie , Naplosa. Flaviæ cognomen ei non a Flavio Vespasiano idcirco datum , quod eo is coloniam deduxisset : neque enim ante Elagabali tempora , colonia in nummis inscribitur : sed vel civibus ab eo concessum , ut Samosatenis , aliisque , vel ab iisdem adulandi causa assumptum. Fuit Iustinus Martyr ex eo oppido oriundus , teste Eusebio , lib. i v. Eccles. Histor. cap. x i i. Ἰουστῖνος... ἐπὸς Φλαυίας Νέας πόλεως Συελας δὲ Παλαιστίνης.

ΦΛΑ. ΝΕΑ. ΠΟΛΕΩΣ. ΣΥΡΙΑΣ. ΠΑΛΕΣΤΙΝΗ. Diana multimammia. Ex parte altera , ΑΥΓΗΛΙΟΣ. ΚΑΙΚΑΡ. ΕΥΤΕΒ. ΣΕΒ. Υ. Εύστροψ Σεβαστὸς Υπατος. Aurelius Caesar Pius Augustus Consul.

ΦΛΑ. ΝΕΑ. ΠΟΛΕΩΣ. ΣΥΡΙΑΣ. ΠΑΛΕΣΤΙΝΗ. Nummus Faustinæ junioris , e Museo nostro. Φλαυίας Νέας Πόλεως Συελας Παλαιστίνης. Mulier spicas dextra , læva Copia cornu tenet. Adjectæ in medio vocula

NUMMI ANTIQUI

ET. ΠΡ. hoc est, ἔπει πτν'. anno CL XXX. ab instaurata, ut quidem videtur, civitate, cum ei primum inditum Neapoleos nomen est: id quod accidisse Augusto principe necesse est, cum is in Asiam ac Syriam venit, Urbis Romæ anno D C C X X X I V. vel anno certe sequenti, quo templum Hierosolymitanum, vetere diruto, instaurari cœptum ab Herode, ut Josephus est auctor, lib. x v. cap. x i v. anno ante Deiparæ ortum. Tunc enim & de reliquis ditionis suæ oppidis bene meritus jure existimatur. Ab hoc autem anno ad annum M. Aurelii secundum, cuius Faustina conjux fuit, anni plane excurrunt CL XXX. Urbisque Romæ tum occurrit annus D C C C C X I V. Sunt qui in nummo simili legant, ΕΤ. ΠΖ. errore magno. Id enim si verum esset, quod esset aliud ejus æræ caput, quam annus Vespasiani septimus, a quo vastata scilicet Judæa omnis est, nedum instaurata. Sed in nummo nostro, qui rem plane dirimit, ΕΤ. ΠΡ. perspicue legitur, ut diximus. Ex argumento porro scripturæ quæ in superioribus nummis conspicua est, neque huc alios referre pigeat, etsi figura dispar insignitos, nempe Dianaë Ephesiæ iconem, M. Aurelii nomine cūsos, laudatosque a Patino, pag.

241.

ΦΑΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC. ΣΥΡΙΑC.

ΦΑΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC. ΣΥΡΙΑC. ΠΑΛΕΞΤΙΝΗC.
Faustinæ, apud eundem, pag. 253.ΦΑΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC. ΣΥΡ. ΠΑΛ. Diadumeniani,
pag. 327. In his omnibus legi ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC
oportere, jure asseveramus.ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC. Macrini, apud Patinum, pag:
323. Volusianii, pag. 400. & Treboniani, in Cimelio
Regio: quos quidem nummos, Tristanus, & Pati-
nus, aliique eos deinceps secuti, ΦΑΝΕΑC legerunt,
& ad Cæsaream Paneadem retulerunt: cum legi opro-
teat ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC, ut in Elagabali num-
mo, aliisque, ex eadem Gaza Regia, perspicue legimus.
Certe nummi illi omnes montem exhibent, cuius in-
vertice templum exstat, addita nonnullis etiam aquila:

quæ notæ fere in sequentibus nummis ocurrunt, qui sunt inscripti Latine, coloniæ huc deductæ sub Elagabalo indices, ac testes.

COL. NEAPOL. Elagabali, apud Mediobarbum; pag. 314. In nummo eo arietis cum ove ludentis signata effigies.

COL. NEAPOLI. NEOCORO. Philippi Patris, ex eodem Cimelio, adjecta Lupæ effigie, Remisque ac Romuli de more.

COL. NEAPOLI. NEOKOPO. Ejusdem Philippi, pariter e Regia Gaza, adjecta Aquila, & hominis rustici, saccum humeris deferentis, ut quidem videtur, effigie: qualis & in Troadis coloniæ nummis ocurrat, & Bostræ.

COL. SERG. NEAPOL. Philippi similiter, e Museo nostro: cum eadem templi effigie in colle siti, & Aesculapii præterea Hygiæque icone. Ex his porro nummis, in quibus colonia Neapolis appellatur, jus ei civitatis restitutum intelliges, quod ei Severus abstulerat, ut auctor est Spartanus, pag. 67. *Neapolitanis Palæstinensibus jus civitatis tulit, quod pro Nigro diu in armis fuerant.*

COL. NEAPOL. & COL. NEAPOLI. Gemini, nus Volusiani nummus, e Cimelio Regio.

NEBRISSA.

COLONIA VENEREA. NABRISSA. AVGVSTA. Claudii Imp. nummus, teste Ligorio, apud Holsten. pag. 128. Plinius, lib. 111. sect. 111. *Inter æstuaria Bætis, oppidum Nebrissa, cognomine Veneria.* Hodie Lebrixia.

NEΙΔΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Apud Occonem, pag. 270. Antonini Pii nummus, ex Goltzio. Notitiæ Eccles. pag. 55. in Provincia Ægypti Arcadia, extra Delta posita, Νείλου πόλις. Stephano: Νεῖλος πόλις Αἰγύπτου . . . τὸ ἔθνικὸν δὲ πόλεως, Νειλοπολίτης. A Ptolemæo in Heracleote nomo locatur.

NEMAVSVS.

COL. NEM. *Colonia Nemausus.* Nummi Augusti,

aliique obvii : In Augusti nummis in primis postica parte crocodilus cernitur palmæ alligatus , Ägypti captæ symbolum. Juvenalis Satyr. x v.

*Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia d'emens
Ägyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc.*

Est & apud Tristananum alter , tom. i. pag. 84. in quo Hygiæ , sive Salutis , angues pascentis , effigies. Plinio , lib. 111. sect. v. *Nemausum Arecomicorum* , in Narbo- nensi Gallia : *Nismes*.

NEOKAICAPENON.

KOINON. NEOKAIC. MHTP. ET. PMB. Κοινὸν
Νεοχαστρέων Μητροπόλεως, ἐποις ρυζί. Commune Neocæ-
sariensium Metropoleos. Anno C X L I I . Forte , post con-
cessam libertatem , aut Metropoleos prærogativam ,
circa Vespasiani initia. Getæ numimus , & Caracallæ ,
in Cimelio Regio. Plinio , lib. v i . sect. 111. Neocæ-
sarea oppidum , quod *Zucus* præfluit. In Notitia anti-
qua Eccles. pag. 46. metropolis est Ponti Polemo-
niaci. Geminus enim Pontus , sive divisus in geminas
Provincias Pontus fuit : nempe in Helenopontum , sic
ab Helena Constantini matre , ipsius Augusti jussu di-
ctum , cuius metropolis Amasia : & Polemoniacum , ab
antiquo rege Polemone , cuius metropolis Neocæsa-
rea. Atque idcirco in nummis superius suo loco allatis ,
'Αμασία υπερόπολις ὡρώτη Πόντου. Notitia antiqua Ec-
cles. pag. 47. 'Επαρχία 'Ελευπόντου ὁ 'Αμασίας. Et mox
'Επαρχία Πολεμονίανος , ὁ Νεοχαστρέας. Est & Pontus
præterea Galaticus , est & Cappadocicus , qua nempe
parte Euxinum mare hi terrarum tractus attingunt.
Hunc nummum Occo , pag. 382. sic deformatum ex-
hibet : KOINON. NEO. CAC. MITPO. ΘΙΡΩ.

NICEPHORIVM.

COLONIA. NICEPH. CONS. *Colonia Nice- phoria Constantina*. Nummus Hadriani , apud Medio- barbum , pag. 185. cum figura togata , bobus , ac ve- xillo , qui deducuntur coloniæ typi & indices. Plinio , li- bro v. sect. xxi. haud procul Edessa , in præfectura *Mesopotamia* ,

Mesopotamiae, Nicoporum oppidum. Stephanus: Νικηφόρεον, οὗτος ἡ Κωνσταντίνα, ἡ τοῦ Εὐθυνοῦ θέση πόλις. τὸ εθνικὸν Νικηφόρεον, ὡς Βουζάντον. Mediobarbus, a quo hic nummus profertur, sic exhibet: **C O L O N I A. N I C. P H. C O N D.** aitque ad Nicopolim Thraciae spectare, quam Trajanus, teste Ammiano, condidit. Ergo his notis, quæ supersunt, **P H. C O N D. Philippus conditor**, aut simile quidpiam continetur: quo sensu? præsertim in Hadriani nummo? Nicophorio autem ut adscribamus, haud levia sane argumenta duo suadent: Primum, quod eadem Stephano Constantina dicitur, & Suidæ quoque: ut in nummo **C O N S.** uti nos ex conjectura vidimus, non **C O N D.** uti Mediobarbus voluit, fuisse videatur. Alterum, quod eam civitatem Hadrianus ipse adierit, ibique futuri mox imperii vaticinium acceperit. Testis Spartianus in ejus vita, pag. 2. *Habuit autem præsumptionem imperii mox futuri ex fano quoque Nicophorii Iovis manante responso, quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit.* A loco id Jovi nomen: ut in eadem Syria idem Cassius a monte cognomine, Dolichenus ab oppido Doliche est appellatus.

N I K A E Ω N K I A B I A N Ω N. Caracallæ nummus e Cimelio nostro, cum fluvii decumbentis effigie, Caystri scilicet, læva Cornucopiae, arundinem dextra tenentis. Nicopolis in Notitia Episcopatum, Provinciæ Asie. adscribitur, eadem forte & Nicæa quoque appellata. Fuit in Cilbiano agro, prope Ephesum, & Caystrum amnem, ut in Notis Plinianis diximus, lib. v. sect. xxxi. A Νικηφόρῳ, teste Stephano, fit Νικηφόρος, & Νικηφόλος. Sunt qui Valentianopolim postea dictam asseverent.

N E I K A E Ω N. T Ω N. E N. K I A B I A N Ω. Nicenium qui sunt in Cilbiano agro. Ejusdem Caracallæ nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxxi. Cilbiana juga, & Cilbiani inferiores & superiores.

N E I K A E Ω N. K I A B I A N Ω N. Π E P. Hadriani nummus. in quo Hygia & Aesculapius: (quem auronum

Patinus mutilum affert , pag. 201.) & alter Julianus Domna , e Gaza Regia , ΝΕΙΚΑΕΩΝ. ΚΙΛΒΙΑΝ. ΠΕΡΓΑΜ. Tertiusque Domitiani , ex eodem Cimelio. ΠΕΡ. ΝΕΙΚΕΩΝ. ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. Cilbianorum concordiam cum Pergamenis pariter indicant ; aut potius Nicænium Bithyniæ , & Cilbianorum Asiae , cum Pergamenis : qui Aesculapium in primis coluere .
ΝΙΚΑΙΕΩΝ, in *Bithynia*.

ΕΠΙ. ΑΤΤΙΟΥ. ΑΑΚΩΝΟΣ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ.
ΝΕΙΚΑΙΕΩΝ. Capricornus , & Copiæ cornu. Neronis nummus , apud Patin. in Sueton. pag. 305. *Sub Attio Lacone Proconsule. Nicænum.*

// **ΔΙΟΝΥCΟΥ. ΚΤΙCTΟΥ. ΝΕΙΚΑΙΑC.** Neronis nummus. *Bacchi conditoris Nicæa*. Est & apud Occidem Antonini Pii alter.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙ ΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ. ΝΕΙΚ. *Imp. Cæsari Augusto Vespasiano, Nicænenses.* ΕΠΙ. ΜΑΡΚΟΥ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. *Sub Marco Plancio Varo.* E Cimelio Regio. Leo cantharum prioribus pedibus apprehendit , posterioribus desidet. Affert hunc nummum , sed mutilum , Patinus , pag. 143. & num ad Nicænenses an ad Nicomedenses referat , ambigit. At in Nicænium nummo altero , qui Maximini principatus fusus , leo pariter insculptus , & hunc ad ipsos æque spectare admonuit.

ΝΕΙΚΑΕΙC. ΠΡΩΤΟΙ. ΤΗC. ΕΠΑΡΧΕΙΑC. Nicænenses primi totius Provinciæ. Domitiani nummus , ex eodem Cimelio : & apud Tristianum , pag. 334. quo ex nummo etiam jurisdictionem ibi fuisse , contributaque vicina oppida , quæ eo disceptarent foro , discimus. In eodem inscriptum , ΔΙΟC. ΑΓΟΡΑΙΟΥ. *Iovis Forensis* : qui forensium conventuum ac judiciorum præses foret. Sic Lacedæmone in foro templo fuere Jovis Forensis , & Minervæ pariter , teste Pausania in Lacon. pag. 93. Σπαριδάτων ἐπὶ τὸν αὐγεῖσ.... ιερὸς Διὸς Ἀρρεγίου , τὸν Ἀθηνῶν Ἀρρεγίας. Sic Ερμῆς Ἀρρεγίος in Corinth. pag. 53. & Bœoticis , pag. 294. Απόλ-

λων Ἀγροτῶν, in Atticis, pag. 39. Dio Prusaeus, orat. 38. ad Nicomedienenses, pag. 479. quibuscum Nicænenses de primatu certabant, Nicomedia peculiare nomen Μητροπόλεως fuisse ait: Nicæa vero pariter & Nicomedia, τρώτης appellationem fuisse communem. Αὖτε τὸ μὲν δὲ μητροπόλεως ὄνομα ἔξαρτον ἦν, τὸ δὲ τὴν πρωτείαν κοινὸν ἦν, πίστι τοδι τὸ λαθοῦθε;

N E I K A E Ω N. K I A B I A N Ω N. Π E P. Hadriani nummus, de quo supra, cum Hygia & Æsculapio. Sæpe enim in nummis Numen utrumque conjunctim signari & appellari consuevit. Sic vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 67. AESCVLAPIO. ET. HYGIAE. Apud Reinesium altera, pag. 152. AESCVLAPIO. EPIDAVRO. D. PP. ET. SALVTI. Et pag. 156. AESCVLAPIO. ET. SANITATI. Est enim Salus vel Sanitas Latinis, ut diximus, quæ Græcis Hygia: unde Fana Salutis duo regione sexta Romæ, & vicus Salutaris, & Porta Salutis ab ea nominata. Hinc fuit aliquando animus Plinii locum emendare, e libro xxxiv. sect. xix. in quo sic legitur: *Bryaxis sculptor Æsculapium & Seleucum fecit.* Nam & *Salutem, quam & Seleucum legi commodius posse arbitramur, etsi libri omnes, etiam MSS. p'erieque omnes quos vidimus, refragantur.* Nec pœnitenda vero videtur hæc conjectura, cum Pausanias præsertim ad stipulator accedit, qui dum Bryaxis pariter opera recenset, hæc ait in Atticis, pag. 75. Τοδὶ δὲ Ἀσκληπιος δι' γαλμα Βρύαξις καὶ αὐτὸς, καὶ Υγείας ἐποίησεν. Quæ quidem signa visa a se Megaris in Attica prodit. Ut ab eodem fonte hausisse Plinius & Pausanias merito possint videri. Ne quid tamen in contextu Plirianus moveam, præter consensum codicum, a quibus discedere religio est, idem Pausanias prohibet, qui Athenis æneam Seleuci statuam in Peccile porticu fuisse commemorat, Attic. pag. 14. etsi artificem non appellat. De Atheniensium porro civitatis ornamenti fere Plinius eo loci agit. Verum, ut ad Æsculapium Hygiamque redeamus, idcirco conjunctim in nummis.

NUMMI ANTIQUI

ambo depicti, Aesculapiique filia Hygia est habita, quod Aesculapii nomine Jovem antiqui: Hygiæ, Minervam intellexerint, Jovis, ut narrant fabulæ, filiam, quam & Medicam appellarunt: Jovemque ipsum idcirco Salutarem: ut esset idem ΖΩΣ Σωτήρ, qui Σωτήρ Ἀσκληπίος. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. M L X V I I . 3.

MINERVAE MEDICÆ.

Et num. I.

MINERVAE. AVG. L. CALLIDIUS PRIMVS.

AVRES. ARGENTEAS. V. S. L. M.

Nempe ob sanatam gravitatem aurium, aures is ex argento donarii vice Minervæ suspendit. *Votumque Soluit Libens Merito.* Et fuit Romæ Minerva Medica., regione Urbis quinta, ut P. Victor prodit. De Jove autem, pag. M L X V . 5. ex Sirmondi nostri schedis:

I O V I . S A L V T A R I .

V L P I A N V S

GRAVI. INFIRMITATE. LIBERATVS.

T O N. K T I C T H N. N I K A I E Ω N. Antonini Pii, & Commodi nummi ex eodem Cimelio: in quibus currum Liberi Patris subeunt elephanti quatuor. *Conditorem Nicænsum.* Plinius, lib. v i i i . sect. i i . *Romæ juncti primum subiere currum elephantes Pompeii Magni Africano triumpho: quod prius India vitta, triumphante Libero Patre, memoratur.* De Dionyso Nicænsum Præside Deo, vide Libanium de vita sua, pag. 19. Nam Dionis Chrysostomi verba mox afferemus, alios quoque Deos appellantis.

C Ω T H P A. T Ω N. N I K A I E Ω N. *Servatorem Nicænsum.* Antonini Pii nummus, cum Aesculapii iconē, e Gaza Regia.

C Ω T H P I. A C K Α H Π I Ω N I K A I E I C. Antonini Pii cum Aesculapii stantis effigie.

A Y T. K. T. A I Λ. A Δ P. A N T Ω N E I N O C. Αὐτόχθων Καῦσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριαῖος Ἀρτωνεῖος. Antonini Pii. In aversa parte, ΘΕΩΝ. ΤΕΛΕΑΦΟΡΩΝ. NIKAIEΩN. Telesphorus Deus est morbis finem

afferens, Aesculapii comes: Is cum Aesculapio & Hygia simul in quibusdam exhibitetur nummis.

ΝΙΚΑΙΕΙC. ΘΕΑ. ΥΓΕΙΑ. Nicaenses. Dea Hygia: Antonini nummus apud Patinum, pag. 224. nunc Cimelii Regii, ubi & alter Aurelii plane par.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Antonini Pii cum effigie Solis incedentis, capite radiato. Apud Patinum, pag. 228. Et Veri similis alter, pag. 257. Pacati subactives Orientis id esse ibi symbolum arbitramur.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio, cusus a Nicænibus, quod oppidi sui moenia refici jussferat, anno Imperii altero, ut quidem ex vetusta inscriptione auguramur, quam Gruterus affert, pag.

Μ Λ Χ Χ V I I I . 2 .

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΚΑΙ ΚΑΡ. ΜΑΡΚΟΓ.

ΑΥΡΗΛΙΟΓ. ΕΥΣΕΒΗΣ.

ΕΥΤΥΧΗΣ. ΣΕΒ. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. ΜΕΓΙΣΤΟΓ.

ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ.

ΕΞΟΥΤΙΑΣ. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ. ΥΠΑΤΟΣ.

ΠΑΤΗΡ. ΠΑΤΡΙΔΟΣ.

ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. ΤΑ. ΤΕΙΧΗ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ.

ΝΙΚΑΙΑ. ΕΠΟΙΕΙ.

Imp. Cæsar M. Aurelius, Pius, Felix, Augustus, Pontifex Max. Tribunicæ Potestatis II. Consul, Pater Patriæ. Proconsul mania splendidissimæ Nicææ facienda curavit.

ΑΣΚΑΗΠΙΟΣ ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ. NIKAIETIC. L. Veri nummus, apud Patinum in Thesauro, pag. cxi.

ΚΟΜΟΔΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ. O. ΚΟΣΜΟΣ. ΕΥΤΥΧΕΙ. NIKAIΕΩΝ. *Commodo imperante, Orbis Felicitas. Nicænium. E Gaza Regia.*

ΙΕΡΟΣ. ΑΓΩΝ. NIKAIΕΩΝ. Commodi nummus e Gaza Regia, A. K. M. ΑΥ. Κ. Ο. ΑΝΤΩΝΕΙΝ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αυρήλιος Κόμοδος Αὐγουστῖνος. *Sacrum Certamen Nicænium. Vir palmam tenens dextram capit admovet.*

ΚΟΜΟΔΕΙΑ. NIKAIΕΩΝ. E Cimelio Regio. Ex parte altera, A. K. M. A. ΚΟΜΟΔΟΣ. Αὐτοκράτωρ

Καῦστρος Μάρκος Ἀυρήλιος Κόμμωδος. *Imp. Caesar M. Aurel. Commodus.* In honorem Imperatorum edita sæpe certamina, ab iis appellationem traxere : ΤΡΑΠΑΝΕΙΑ, ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ, ΑΝΤΙΝΟΕΙΑ, ΕΥCEΒΕΙΑ, ΚΟΜΟΔΕΙΑ, ΣΕΥΗΡΕΙΑ, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, a Trajano, Hadriano, Antinoo, Antonino Pio, Commodo, Severo, Geta & Caracalla fratribus, quorum ab altero, nempe a Caracalla, & ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ cognominata esse, suo loco dicturi sumus, ut & ab Alexandro M. uti alii censuere. Mitto quæ sunt per vulgata, ΗΛΙΑ, ΟΛΥΜΠΙΑ, ΑΚΤΙΑ, ΗΡΑΚΛΙΑ, ΑΣΚΛΗΠΙΑ, ΚΑΒΕΙΡΙΑ, ab Elide, Olympia, Actio Apolline, Hercule, Aesculapio, Cabiris Diis. Et quæ ab Augusti cuiusvis nomine, ΖΕΒΑΚΜΙΑ, & ΖΕΒΑΚΤΑ, ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ, & ΚΑΙΚΑΡΕΑ sunt nuncupata. Et quæ sumus alias explicaturi, in Tarsensium nummis, sub Severo, ΣΕΥΗΡΕΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ. ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. *Severiana Olympia Certamina*, vel *Præmia*. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Commodi nummus apud Tristanum, tom. I. pag. 742. & Getæ, apud Platinum, pag. 319. in quibus Palladis armatae effigies. Alter, in quo Hercules, apud Platinum, pag. 265.

ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Bona Fortuna Nicænsum*. Mulier seminuda scopulo insidet. E Cimelio Regio. Vide ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ. In nummo Juliæ Domnæ, apud Tristanum, tom. 11. pag. 147. cui inscriptio, ΝΙΚΑΙΕΩΝ, ipsa Fortuna in Templo stat, cum temone, & Copiæ cornu.

ΙΟΥΛΙΑ. ΑΥΓΟΥΣΤΑ. Caput Juliæ Domnæ. Ex parte aversa, in corona, ΣΕΟΥΗΡΕΙΑ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Certamina *Severiana Philadelphæ Nicænsum*. De certaminibus Philadelphæis, vide quæ dicturi sumus in nummis ΠΕΡΙΘΩΝ.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΣΑΓΑΡΙC. Juliæ Domnæ nummus e Cimelio Regio : in cuius aversa parte decumbens fluvius : quem vel Nicææ Bithynicæ proximum, vel a

Nicænibus certe Numinis vice cultum hic nummus docet. Plinius, lib. vi. sect. i. *Sagaris fluvius ex inclitis, oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium, & Gallum: idem Sangarius a plerisque dicitur.* A Livio certe, lib. xxxvii. pag. 474. *Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens miscetur ab Bithyniam Thymbreti fluvio. Inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem sese effundit, non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piscium accolis ingentem vim praebet.* Grati ergo animi monumentum istud statuunt Nicæenses, in Bithynia haud sane ignobiles, amnis illius Genio, ceu nutritio suo alumni. De Nicæa Plinius libro v. sect. xliv. *Inde Nicæam &c. Vide quæ de gemina ibi Nicæa diximus.*

NIKAIΩN. Juliæ Domnæ nummus, in quo Bacchus, qui & Osiris, cum Iside sorore vehitur currū juncto Centauris: quos Liberi Patris currui & Nonnus quoque subjungit, lib. xvi. Dionys. E Cimelio Regio.

NIKAIΩN. Caracallæ nummus, apud Patinum, pag. 309. in quo templum insculptum, cuius e tecto anguis emicat, Æsculapii Nicæensium Præsidis Dei symbolum.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠΕΑ. ΚΕΟΤΗΡ. ΜΑΚΡΕΙΝΟC.
Imp. Cæsar. M. Opelius Severus Macrinus. NIKAIΩN. Nicænum. Bacchus elephanto vehitur. E Museo nostro. Alter ejusdem Macrini, apud Patinum, pag. 323. Jovem præfert civitatis Nicæensium custodem.

NIKAIΩN. ΤΕΤΡΑΚΙ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Elagabali.

NIKAIΩN. Alexandri Severi, cum Fortunæ typo, qualis & in Byzantiorum nummo cernitur, sub Julia Soæmiade cuso. Apud Tristanum, tom. ii. pag. 398.

NIKAIΩC. Tria signa militaria. **CEOΤΗ.** **ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. ΑΥΣ.** Σεονης Ἀλέξανδρος Αυσους. E Museo nostro. Est & Elagabali similis apud Patinum, pag. 334. cum epigraphe, **NIKAIΩN.** Et Gordiani, pag. 375.

NIKAIΩN. Juliæ Soæmiadis, nummus, in quo ser-

pens multis implicatus gyris, Aesculapii symbolum, apud Patinum, pag. 340.

NIKAIEN. Maximini nummus, e Gaza Regia, in quo leonis effigies insculpta. Et in Vespasiani nummo superius appellato leonem expressum vidimus.

ΙΠΠΟΝ. ΒΡΩΤΟΠΟΔΑ. NIKAIEN. Gordiani junioris nummus, quem Spanhemius, lib. de usu Numism. pag. 246. ex Cimelio Reginæ Christinæ affert: in quo Gordianus, ut credimus, equo insidet, cui pes laevus humano similis, dextro baculum serpente involutum, ceu manu, gerit, qualem in nummis Nicæn-sium ipsorum, aliorumque passim gestat Aesculapius. Pro BΡΟΤΟΠΟΔΑ, apud Spanhemium BΡΟΤΟ-ΠΟΔΑ legi oportuit, ut *Equum Humanum Pede* verba ea sonent: qualem fuisse Cæsaris Dictatoris equum Romani annales produnt. Plinius, lib. viii. secl. LXXIV. Nec Cæsaris Dictatoris quenquam alium recepisse dorso equus traditur: idemque humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris Genetricis ædem. Suetonius, in Julio, cap. LXI. Ut ebatur acutem equo insigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum un-gulis fissis: quem natum apud se, cum aruspices imperium orbis terra significare domino pronunciassent, magna cura aluit: nec patientem sessoris alterius primus ascendit: su-jus instar pro æde Veneris Genetricis postea dedicavit. Simili igitur equo vectum, quo Cæsarem olim, Gordianum Nicæn-ses exhibuere: ac dextro pedi baculum cum serpente inseruere, quod Aesculapii notum omnino symbolum est: vel ipso auctore Pausania, in Egeo-ticis, sive lib. ix. pag. 312. Ἀγάλματα ὄρδεν τελείωσις πολέμων δέ εἰσιν αὐτοῖς τοῖς σκόπεις ὀράκοντες. τελτα εἴσεστι μὲν ἀντιποδος περιθύη γένεται. Fuit autem & Nicæn-sium peculiaris Deus ac Praeses Aesculapius, uti ex nummis supra commemoratis liquet, & idem equorum & que atque hominum curator: sic enim ab Hierocle appellatur, in præfatione medicinæ veterinariæ, ubi cum Neptuno, cui sacer equus est, invocatur. Κε-κλήθω δ' οἵμην συμφορεῖς τοδι λόγου ποδῶν Πονειδῶν τε Γω-πειθε,

πνιΘι, ό δ ποδ τηλ άνθρωπων γένους Σωτήρ 'Ασκληπιός, ὡς πάντας που γένεται μέλει. Itaque Gordiano Augusto favere Deum suum Aesculapium Nicænenses hoc nummo testantur. Epigraphe partis anticæ in eo nummo hujusmodi est: ΑΥΤ. K. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Imp. Cesar M. Anton. Gordianus.

NIKAIEN. KAI. BYZANTION. OMONOIA.
Treboniani Galli nummus apud Patinum, pag. 398.
& in Cimelio Regio.

NIKAIEN. OMHROC. Vide **MYPINAION.** 332.

NIKAEON. Poculum. Ex parte aversa, ΕΠΙ. ΓΑΙΟΥ.

ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟC. Sic enim legendum in nummo Goltziano ex Asia, Tab. v. in quo caduceus, Mercurii symbolum. Cur porro poculum insculptum sit, ex Athenæo disces, lib. xi. pag. 496. Περγοσίας ὅν τὰ ποτήρια πεδίο εὔροθιν έστι, ταφείρηται, όπι τὰ ταφεοντεῖα ἔχει σπόν Περγοσίου πεδίο Βιθυνίας βασιλεύσαντος, καὶ ὅπι τευφή όμη μαλακία Διοσκούρου γρούθιον, ἵπει Νίκαιαθό δι Χαλκηδόνιθό ἐν πετάρτῳ Περγοσίου συμπλωμάτων. *Prusias.* Erebatum id poculum esse superius dictum est: & appellationem eam sortitatem esse a Prusia Bithyniæ rege, luxu & vita mollitie famoso, ut narrat Nicander Colophonius, libro quarto, *De iis quæ Prusiae acciderunt.*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ. NIKAIENIC. Subintellige, ἐπιμονῶν, ut alii monuimus. Commodi nummus hic est, quo Alexandrum M. colere se, seu urbis suæ instauratorem Nicænenses fatentur. Est altera quidem Nicæa ab Alexandro condita, in finibus Indiae, ad ripam annis Hydaspæ, cuius meminere Strabo, lib. xv. pag. 699. Justinus, lib. xii. cap. ix. Curtius, lib. ix. cap. ix. aliquique: sed quæ nihil huc spectet. Smyrnam in eodem Asia fere tractu restitutam ab Alexandro Plinius prodidit: sic & Nicæam forsan idem instauravit: quod a Libero Patre, & Hercule, quos ille æmulabatur, primum conditam sciret. Dio Chrysost. orat. xxix. quæ de concordia Nicænium inscribitur, pag. 485. in peroratione, Deos Urbis Praesides & Custodes singu-

NUMMI ANTIQUI

354

latim appellat : Εὐχομενὸν τῷ περ Διονύσῳ τῷ θεῷ πόλεως, οὐ Ήρακλεῖ τῷ κτίσαστι τῷδε τῷ πόλει, ἢ Διὶ Πολιεῖ, ἢ Ἀθηνᾶ, οὐ Ἀφεράτῃ, οὐ Φιλίᾳ, οὐ Ομονοίᾳ, οὐ Νεμέσει, οὐ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Rogo igitur & ego Bacchum auctorem hujus civitatis, & Herculem conditorem, & Iovem Urbis Praesidem, & Minervam, & Venerem, & Amicitiam, Concordiamque, & Nemesis, aliosque Deos. Hunc Dionis locum, nuper in Notis ad orat. Themistii tertiam decimam attulimus, quod ibi novo more, nec intellecto ante nos vocabulo, ut Dio Bacchum θεόπολες vocat, sic Minervam Themistius, θεόματρ' Αθηνᾶ, compellat. Vel istud verius esse causæ arbitramur, cur Alexandrum nummis suis Nicæenses insculpsent, quod ab Antigono primum, Philippi F. a quo & Alexander genitus: tum a Nicæa Lysimachi uxore, Antipatri filia, (qui fuere ambo Alexandri duces, ac deinde successores,) ceperint appellationem: originemque suam referre ad Alexandrum ipsum deinde maluerint. Stephanus: Νίκαια, πόλις Βιθυνίας... Ἐγελεύτῳ ἐπί θεῷ Αγκάρῃ, εἶτα Ἀντιγόνεια. ὑπερεψεῖ τὸ Κέρας τὸ Λυσιμάχου γηραιὸς Νίκαιας ἐκλήθη. Strabo, lib. xii. pag. 565. Καὶ Νίκαια ἡ μητρόπολις τῆς Βιθυνίας.... κτίσμα Ἀντιγόνου μὲν ωράτου τοῦ Φιλίτου, ὃς αὐτὴν Ἀντιγόνας θεότειπεν εἶτα Λυσιμάχου, ὃς αὐτὴν ἐπέδινε τὸ γηραιὸν οὐρανόμαστε Νίκαιας οὐδὲ δὲ αὖτη θυγάτηρ Ἀντιγόνου, &c. Et Nicæa metropolis Bithynia.... Hanc Antigonus primum condidit, Philippi F. & Antigoniam nominavit: deinde Lysimachus, qui eam ab uxore Nicæam appellavit: ea Antipatri filia fuit, &c.

NIKATOPITΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 223. Stephanus: Νίκαιας, πόλις Συρίας τῆς Ευρώπης, κτίσμα Σελεύκου τοῦ Νίκαιας. τὸ ἔθνος, Νίκαιος. Nicatoris, oppidum Syrie juxta Europum, conditum a Selenco Nicatore. Gentile, Nicatorites. Cave enim cum nupero Stephani interprete reddas, *juxta Europam*, quod insulsum est: nam Europum intelligit Syriæ pariter oppidum, de quo Plinius, lib. v. sect. xxi. legendumque apud Stephanum, τοῦ Εὐρωπῶν.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΔΙC, vel ΤΡΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

Passim in nummis. In Gallieni nummo templo terna insculpta, ob honorem Gallieni, Salonini, qui Gallieni F. & ipse Cæsar, & Valeriani, qui Gallieni frater, pariterque Augustus: aliter frustra sentiente Patino, pag. 413. Plinio, lib. v. sect. XLIII. Nicomedie Bithyniae præclara. Stephano: Nicomedia; πόλις Βιθυνίας... ὁ πολίτης, Νικομηδεύς.

ΝΕΡΩΝ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

Claudii nummus, apud Spanhem. lib. de usu numism. pag. 564. Ex superficie altera, in suprema nummi parte, ΒΡΕΤΑΝΙΚ. hoc est, *Britannicus*, qui Claudii Imp. filius: dextro deinde latere: Μ ΤΑΡΚΥΤΙΤΟΥ. lævo, ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. in medio, ΝΕΙΚ. ΠΡΑΤΤΟΝΤΟΣ. *M. Tarquitio Proconsule Nicomediensum faciente*. Legebat vir eruditus, Μ. ΤΑΡΚΥΤΙΟΥ. ΠΡΕΤΑΝΙΚ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΠΡΑΤΤΩΝΤΟΣ. ΝΕΙΚ. *M. Tarquitio Pretanico Proconsule faciente, Nicomediensum*. Ac deinde pro Pretanico ΠΡΙΣΚΟΥ legi satius esse augurabatur. Et sane in Bithynia Proconsulem hunc fuisse Tacitus innuit, lib. xiv. Annal. *Damnatus iisdem Consulibus Tarquitius Priscus repudiarum Bithynis interrogantibus*. Nos ad Britannicum Claudii F. subsequentis nummi admonitu referendum putamus.

ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ. Nummus Britannici, qui fuit Tiberii Claudii ex Valeria Messalina filius, apud Occonem, pag. 116. Tristanum, tom. i. pag. 199. & alios. In superficie altera, epigraphe: ΝΙΚΟ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΕΠΙ. ΜΙΝΔΙΟΥ. ΒΟΛΑΝ. *Nicomediensum Metropoleos, sub Mindio Bolano*. Legebat Occo, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΕΤΙ·ΜΙΝΑΙΟΥ. ΒΑΛ.....ΝΙΚΟ. Tristanus, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΕΠΙΝΕΙΟΥ. ΒΑΛΟΙΟΥ, aut ΒΑΛΟΙΩΝ, ac de utraque hac voce ea dicit, quæ referre puder ac piget. Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 648 ΕΠΙ. ΜΙΝΔΙΟΥ. ΒΑΛΟΙ. ac pro ΒΑΛ. reponi ΓΑΛ. commode posse putat idem, pag. 649. Nos ΕΠΙ

NUMMI ANTIQUI

MINDIOT BOAAN. hoc est, BOAANOT, ex nummo Smyrnæorum altero, sub Vespasiano, apud Tristananum, pag. 291. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΒΟ. ΛΑΝΟΥ. Fuit & alter Mindius Proconsul Achaïæ, de quo nos verbo PATRÆ. Fuere & alii plurimi eo nomine, diversisque cognominibus apud Gruterum.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. ΚΑΙ. ΠΡΩΤΗ ΒΕΙΘΥΝΙΑC.
NIKOMH. Μητρόπολις χεὶ τεράτη Βιθυνίας Nicomedia. Metropolis ac prima Bithynia civitas Nicomedia. Prorami navias hic Domitiani nummus exhibit, & draconem, de quo mox sumus dicturi. Est e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 164.

H. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. NIK. KAI. ΠΡΩΤΗ. ΠΟΝΤΟΥ. ΚΑΙ. ΒΕΙΘΥΝΙΑC. Trajani nummus ex Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 164. Cum Nicomedem regem Mithridates Eupator, Bithynia expulisset, a L. Sylla cedere coactus est: rursus cum Bithyniam jam populi Rom. provinciam occupasset, a L. Lucullo non Bithynia solum, sed etiam Ponto expulsus, tandem a Cn. Pompeio M. & patrio regno, quod sub Luculli discessum recuperaverat, & vita ipsa exutus est. Quo facto Pompeius ex Senatus sententia Pontum utrumque a Sangario amine usque ad Halym una cum Bithynia in provinciæ unius formam redegit, ut Livius auctor est, & Appianus, & Strabo lib. xii. pag. 541. Hujus provinciæ Metropolis ac prima civitas nummo eo quem tractamus Nicomedia fuit. Vide quæ de primatu diximus, in nummis Amasenorum & Nicæensium. Quibus adde Valentianini, & Valentis datas ad Nicomedenses & Nicæenses litteras, quæ recitantur in Synodo Calched. act. xiiii. ubi statuit Imperator Nicæam esse secundo loco Bithyniæ metropolim. Et Eusebii testimonium, lib. iiii. de vita Constantini, cap. l. Nicomediam appellantis ἡ πόλις της Βιθυνίας ἀρχοντας.

RESTITUTORI NICOMEDIAE. Hadrianus figuram muliebrem dextra sublevat. Vide supra, RESTITUTORI BITHYNIAE.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ. Η. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. ΑΝΤΙ-
ΝΟΟC. ΗΡΩC. Antinoi ex eodem Cimelio. Cum
bovis effigie : qua hostia litasse se Antinoo , ut Deo
majori, Nicomedienes præ se ferunt.

ΜΗΤ. ΚΑΙ. ΠΡΩΤΗC. ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑC. Antonini Pii, e Gaza Regia , & apud Tristanium , pag. 592. In eo nummo draco aræ insidet , Aesculapii typus. Arnobius, lib. vii. pag. 249. *Quid ergo dicimus ? Aesculapius iste , quem prædicatis , Deus prestans , sanctus Deus , salutis dator , valetudinum pessimarum propulsator , prohibitor , & extinxitor , serpentis est forma & circumscriptione finitus , per terram reptans , cæno natus ut vermiculis mos est , solum mento radit & pectore , tortuosis voluminibus se trahens : atque ut pergere prorsus possit , partem sui postremam conatibus prioris adducit : & quoniam legitur usus cibis etiam , quibus vita in corporibus immoratur , habet patulas fauces , quibus cibos transvorient oris hiatibus appetitos : &c.*

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑC. ΟΜΟΝΟΙΑ. ΒΟΥΛΑH. ΔΗ-
ΜΟC. Nicomedæ concordia, Senatus Populusque. M. Aurelii nummus est , in quo Senatus & Populus dextras jungunt. Βουλὴ enim Senatus est. Unde βουλευταὶ Senatores. Spartanus in Severo , pag. 70. Alexandrinus jus Buleutarum dedit , qui sine publico consilio , ita ut sub regibus , ante vivebant uno judice contenti , quem Cæsar dedisset. Sic infra , ΒΟΥΛΗ ΠΕΧCINOΥNTIΩN. Hinc Bouλωῶ Zōs , Iuppiter Consilii Praeses , sive Senatus.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩN. ΜΗΤ. ΝΕΩΚΟP. M. Aurelii , apud Occonem , pag. 296. quo in nummo templi effigies est. Aurel. Victor , de M. Aurelii principatu : *Multæ urbes conditæ , deductæ , repositæ , ornataeque : atque in primis Bithyniæ Nicomedia constrata terre motu , &c.* Itaque vel templo ejus urbis restituta ab Imp. hic nummus indicat , vel dedicatum ei , seu Deo , templum a civibus , qui se Augusti idcirco Neocoros profitentur.

ΜΗΤ. ΝΕΙΚΟM. ΝΕΩ. Faustinæ junioris , e Cime-

lio Regio. Μητροπόλεως Νικομηδίας, Νεωκόρου.

NIKOMΗΔ. MΗΤ. NEΩΚΟΡ. Commodi nummus, apud Tristanum, tom. i. pag. 747. cum aquila & dracone: qui quorsum in Nicomediensium nummo sculpantur, disces ex Libanio, ut Tristanus admonuit, orat. vii. de Nicomedia terrae motu eversa, pag. 203. Οὐχ ὁ μὲν πρωτός οἰκισθήσεται πολίζειν ὅπιστειράν, ἀπαρτικρύς τὸν γῆν οὔσος, μᾶλλον ὃς τὸν οὐκέτι οὔσος, αὐτὸς ὑμένιον προχετο πολέμειν; Καὶ τοῦτο τε ἐπὶ βαμβοῖς καὶ τεῖλαι βαμβούσις ὄμιλος· ὑμεῖς δὲ μετεπέστατε τίλω σπουδὴν ἐπὶ τῷ ὄχυρῳ, σὺν ΑΙΓΑΙΩΝ ΠΕΓΑΚΟΝΤΙ· ὃν ὁ μὲν, ἵστερον κεραλικὸν τοῦ πνεύστοις ποσὶν ἀρπάσας· ὃς δὲ τὴν γῆν ἀναδύεις μέγας τε καὶ ὀπόστων ήτοι Ἰνδῶν λέγεται βόσκειν ὁ μὲν τὸν αἴρετο πεμών· ὃς δὲ τίλω θέλαται, συνκαταίρεσσιν εἰς τὸν λόφον· Οἱ δὲ στίποτο, θεοῖς ἔπειτα χειρογάροις ἡγούμενοι. Nonne primus oppidi conditor also in loco civitatem condere conatus, ex adverso illius qua nunc est, imo potius, qua non amplius est, a vobis operis initium duxit? Ac victimæ quidem in aris erant, & circa aram populus frequens: Vos autem studium vestrum ad collum proximum transtulistis, cum **A Q V I L A & D R A C O N E**, quorum illa caput victimæ pedibus ex foco sustulit: hic vero e terra emersit ingens, & quantos qualesque Indorum regio nutrire solet. Illa quidem aërem permeans, ille trajiciens mare, ad collis verticem se contulere. Condidores vero secuti sunt, se Deos sequi dulciores opinati, Jovem videlicet, & Aesculapium.

NIKOMΗΔΕΩΝ ΔΙΚ ΝΕΩΚ. Commodi nummus, apud Occonem, pag. 333. in quo Prætoria navis, & templo duo: quorum alterum M. Aurelio, ut ex allato paulo antea nummo liquet, alterum Commodo ipsi dicatum, uti ex Xiphilino didicimus, affirmanti Nicomedienses per Saoterum popularem suum impetrasse a Senatu, uti certamina celebrarent, templumque Commodo facerent. Καὶ τὸν Σαάτερνον τὸν Νικομηδία.....

11 Σποντεῖνα..... καίτοι καὶ σκέψαι Θεούς μέγιστον ἡδυνήθη, καὶ Διός τοῦτον καὶ οἱ Νικομηδεῖς ζεύγωνται γενε, καὶ νεὼν τοῦ Κομμόδου ποιήσασθαι τέλος τὸ βουλῆς ἔλασον. Ob certamina ea tem-

plumque, Νεωκόροι in nummo vocantur, uti diximus, verbo ΑΒΟΑΛΑΙΩΝ. Similis huic alter Maximi Cæsar, in quo templi pariter gemina, patri nempe ac filio dedicata: quod Patino latuit, pag. 358.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Caracallæ, apud Tristanum, tom. 11. pag. 201. quo in nummo vel Aesculapius, vel Glycon insculptus, draconis effigie, quem, ut paulo antea diximus, Nicomediæ conditores ductorem secuti existimantur.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΔΙΚ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Gordiani junioris, apud Tristan. tom. 11. pag. 541. Stat Imperator ante aram: adstante pariter Nicomedes Urbis conditore. Superne aquila volitat: emergit inferne ex ara draco: denique templum adjectum, in quo sacra pro salute Principis iterum fierent, quam ob causam *Neocoribus* appellantur. Cetera symbola ex ante dictis patent.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΕΠΙ. ΓΑΙΟΥ. ΠΑΠΙΡΙΟΥ. ΚΑΡΒΩΝΟΣ. *Nicomedenium, sub Caio Papirio Carbone.* E Cimelio Regio. Occurrit idem Carbo Papirius in Nicænium ejusdem Provinciae nummis.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΚΑΙ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Ceres Nicomediensium, & Juppiter Laodiceorum Praeses. Vide ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *Cariae.* p. 281.

ΝΙΚΟΜΗ. Ex parte altera, ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΘΩΡΙΟΥ. *Sub Thorio Proconsule.* Apud Gruterum, pag. 924. L. THORIVS. ΕVTYCHES.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ. **ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ.** Apud Goltzium in vetere Gracia. Fuit hic Nicomedes Epiphanes, Prusiæ filius, ejus Nicomedis nepos, a quo condita & cognominata Nicomedia est, cum Astacum Nicomediæ proximum Lysimachus evertisset.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ, in Epiro.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. Ex parte aversa, ΣΕΒΑΣΤ. ΚΤΙΣΤ. Σεβαστος απογέν. *Augustus* Urbis conditor. E Museo nostro Parisiensi. Plinius, lib. 14. sect. 11. *Colonia Augusti Altium, cum civitate libera Nicopolitana.* Vide Pausan. in Eliac. prior. pag. 172.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. ΙΕΡΑ. ΚΤΙΣΤΗΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In Gaza Regia.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ, cum effigie capitis apugni, in
nummo Commodi Principis.

ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. ΚΤΙΣΤΗΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
Ibidem, cum expresso capite apri Calydonii.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ *ad Istrum.*

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ. ΣΩΤΗΡ. ΤΗΣ. ΠΟΑΕΩΣ.
Imperator Trajanus Servator Vrbis. Ex parte averfa,
ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. Ammianus, lib. xxx. pag. 445.
Nicopolim indicium victoriae contra Dacos Trajanus condidit Imperator. Jornandes, lib. de rebus Geticis, pag.
99. *Nicopolim, inquit, accedit, quae juxta Iatrum fluvium est constituta notissima: quoniam devictis Sarmatis Trajanus eam fabricavit, & appellavit Victoria civitatem.* Ex his Jornandis verbis non uno loco Thesaurum suum Ortelius Iatro amne locupletat: cum legi Istrum oportere, nemo inficiari possit, qui nummos veteres vel obiter viderit: cujusmodi ii sunt, qui sequuntur:

ΝΙΚΟΠΟΛ. ΠΡΟΣ. Ι. Σ. Severi, in Cimelio Regio, cum Priapi effigie.

ΚΩΛΩΝΙΑ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤ. ΠΡΟΣ. Ι. Caracallæ.
ΥΠ. ΝΟΒΙΟΥ. ΡΟΥΦΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟΣ
Ι. Σ. Τ. Ρ. Ω., in Corona. Caracallæ nummus in Cimelio Regio. *Sub Novio Rūfo.* In vetere inscript. apud Gruuterum, pag. 209. L. NOVIVS. RVFVS. LEG. AVG. Sub Pertinace Aug. Quem Severus deinde, ut auctor est Spartianus, pag. 69. sine causæ dictione interfecit. Pater is fuisset videtur illius, cuius huic nummo nomen insculptum.

ΙΕΡΑ. ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ, in Caracallæ & Plau-tillæ nummis, apud Platinum, pag. 310.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΤ. ΠΡΟΣ. Ι. & ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ ΠΡΟΣ.
Ι. Σ. Τ. Ρ. Ο. Ν. Getæ.

ΕΠΙ. ΑΓΡΙΠΠΑ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. ΠΡΟΣ. Ι.
Macrini, e Cimelio Regio. *Sub Agrippa.* Tristianus tom. II. pag. 268. admodum infeliciter legit, ΝΙΚΟΜΗ-
ΔΕΩΝ ΠΡΟΣ. Ι.ONTIΟΥ.

....ΟΝΤΙΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤ. ΠΡΟΣ... Ἐπὶ Πον-
τίου. Νικοπολιτῶν ἀρχῆς Ἰπρω. M. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩΝ.
ΔΙΑΔΟΥΜ. M. Opelius Antoninus Diadumenianus.
E Museo nostro.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΙCTPΩ. Ejusdem
Diadumeniani. Fuit urbs ea inter Dorostorum & Odes-
sum, teste Ammiano, lib. xxvii. pag. 340. Ex Noti-
tia vetere Eccles. Hieroclis, pag. 21. in Provincia
Rhodopes. Procopio, lib. iv. de Άedif. cap. xi. in-
ter castella Istro apposita, Νικόπολις.

ΤΠ. ΣΑΒ. ΜΟΔΕΣΤΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.
ΠΡΟΣ. ΙCTPON. Gordiani junioris, ex Cimelio
Regio. Sub Sabino Modesto.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ad Mestum amnem, in Thracia.

ΟΥΛΠΙΑ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. ΠΡΟΣ. ΜΕΣΤΩΝ.
Οὐλπίας Νικοπόλεως ἀρχῆς Μεστῶν. Commodi, Caracallæ,
in Cimelio Regio, & Getæ nummi. Nomen ab Ulpio
Trajano id oppidum habet: situm, ad Mestum, seu
Nestum amnem: de quo vide quæ diximus, in Notis &
Emendationibus ad librum Plinii quartum, num. liv.

NILVS. Trajani nummus, quo indicari expeditio ejus in
Ægyptum videtur. Apud Occonem, pag. 205. Had-
riani quoque, pag. 231. in quo nummo fluvii typus
cum crocodilo, & hippopotamo, de quibus Philostrat-
tus, lib. i. Iconum, in Nilo: Κερκόπειλοι μὲν οὐδὲ καὶ οἱ
ἴσται τὸν ποταμὸν, οὓς τῷ Νεῖλῷ πνεὺς ἀφεγέρφουσιν,
&c. Gestat & cornu copiæ Nilus, ob ubertatem qua
fecundat Ægyptum. Sed juvat & illud facetum Pes-
cennii Nigri dictum hic obiter aspergere, ac seriis for-
te nimium explanationibus admiscere, quod Spartianus
refert in ejus vita, pag. 77. de Nili aquarum sua-
vitate præcipua: *Hic erga milites tanta fuit censura,*
ut cum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum
peterent, responderit: Nilum habetis, & vinum queritis?
siquidem tanta illius fluminis dulcedo, ut accolæ vina non
querant. Idem tumultuantibus iis qui a Saracenis vieti
fuerant, & dicentibus: *Vinum non accepimus, pugnare non possumus.* Erubescite, inquit: illi qui vos vincunt,
quam bibunt.

NUMMI ANTIQUI

ANTONINOC. CEB. M. Aurelii nummus apud Oconem , pag. 296. cum Nili fluvii effigie , & hippopotami : quibus Ægyptus ipsa indicatur. Capitolinus in Marco , pag. 33. Fuit Alexandriæ , clementer cum iis agens Apud Ægyptios se egit & philosophum in omnibus stadiis , templis , locis . Et quum multa Alexandrini in Cassium dixissent fausta , tamen omnibus ignovit , &c.

NEIΛΟΣ. L. Γ. Nilus , anno tertio Titi principatus , sub quo cusus hic nummus est , quem Tristanus afferit , pag. 307. Ibi radiato capite Nilus adumbratur , cum loto , vel papyro , cuius feracem Nilum esse , tralatitudinem est.

ΝΙΣΑΙΩΝ. Apud Goltzium in Græcia vetere , Tab. xiii. Ad Nisæam spectat , navale Megaridis in Attica. Stephano : Νισαία , ἐπίνειοι Μεγαρίδος . In eo nummo Cereris teda insculpta , cui insidet aquila , pede spicam tenens : ex parte aversa Juppiter laureatus. In altero nummi pretium expressum , ΟΒΟΛΟΣ , cum spicæ effigie : quod in Attica in qua Megaris & Nisæa fuisse , Ceres frumenta molere & conficere invenit , teste Plinio , lib. vii. sect. LVII. In parte aversa , cymbæ vir insistit , quod navale Megarensium , ut diximus , Nisæa fuit.

NISIBIS.

CE... ΚΟΛΩΝ. NECIBI. Nummus Juliae Corneliam Paulæ , Elagabali uxoris. Σεπτιμίας Κολωνίας Νέσι. Plinio , lib. vi. sect. xv. Antiochia , quam Nisibin vocant. Stephano , Νισσίς. Uranio , apud eundem , Νέσι. Hodie vetusto nomine servato Nisbin & Nesbin vocant , insignis olim oppidi tenue modo vestigium. Vide Taverner. lib. ii. Itiner. pag. 172.

ΙΟΥ. ΣΕΠ. ΚΟΛΩΝ. NECIBI. MET. Philippi Patris. Ιουλίας Σεπτιμίας κολωνίας Νέσι μητροπόλεως. In Cimelio Regio.

NORBA.

AVGVSTVS D. D. C. C. N. C. Decuriones Coloniæ Concordiæ Norbensis Cæsarianæ. Ex parte aversa. C. L. cum capitibus Caii & Lucii Cæsarum : in ambitu ,

C. IVLIO. ANTONIO. IIVIR. *Duumviro.* Nummus Augusti e Cimelio Regio. Plinio, lib. iv. sect. xxxv. *Colonia Norbensis Cesariana cognomine.* Hodie *Alcantara.* Lusitaniæ quondam, nunc Castellæ veteris oppidum.

COL. NORBA. CAESAAREA. Nummus Caii Caesaris e Thesauro Goltzii, pag. 241.

NORICVM.

EXERCITVS NORICVS. Hadriani nummus, in Cimelio Regio. Plinio; lib. i i i. sect. xxvii. *Norici.* Bavariæ partem ab Aeno amne, Austriamque fere universam, & Carinthiam Stiriamque Norici tenuere.

MET. NOR. In corona quercea: *Metallum Noricum.* Nummus Hadriani, e Cimelio Regio. Vide PANONIA. Patinus in Indice, pag. ii. lepide *Metropolim Noricum* interpretatur, *Nuremberg.*

NORKEPINQN. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 223. & e Magna Græcia, Tab. xxi. Plinio, lib. i i i. sect. ix. *Nucerinus ager,* & ipsa *Nuceria*, in Campania. Stephano quoque, *Noureeñoi.* Hodie *Nocera.*

NVMANTIA.

GALBA IMPERATOR. Ex parte aversa, REST. **NVM.** Hoc est, *Restituta Numantia.* Affert hunc nummum Seguinus, pag. 123. qui nunc Regii Cimelii est: aitque nonnullos sic interpretari ausos, *Restituta Numidia*, quod ipse merito improbat, ut & alteram interpretationem, *restituto nummo*: affert deinde haud paulo deteriorem, *Restituto Numine*, Fortunæ videlicet, quam nummo eo signatam putat. Nostram eruditis potiorem visum iri confidimus, triplici nomine: Primum, quod in eo nummo muliebre sit caput expressum, plane par ei quod in plerisque Hispaniæ nummis occurrit, ac præsertim in Obulconis nummo, de quo mox dicemus. Deinde quod Galba in Hispania primum, cui cum imperio legatus populi Romani præcerat, Imperator est salutatus. Quia de re fuse Tranquillus, cap. viii. & sequentibus. Denique quod bene meritum de Hispania tota, ac de oppidis quibusdam

privatum, nummi ejus multi significant, quibus inscriptio posita, HISPANIA, ASTIGI, BARCINO, CLVNIA, &c. Et ad conventum certe Cluniensem Numantini pertinuere, teste Plinio, lib. i i i. sect. iv. Nunc oppidi rudera visuntur haud procul ab eo loco unde Durius amnis exoritur. Nomen iis *Puente Garay*, prope urbem *Soria*. De veteris Numantiae excidio vide Florum, lib. i i. cap. xviii. Restitutam se a Galba hoc custo numismate gloriatur: hoc est, ut ego interpretor, urbs ea quam *Soria* nunc incolae vocant, e veteris Numantiae ruinis ac juxta eam excitata.

N Y S A E Ω N, *Carie.*

N Y C A E Ω N. **ΔΙΟΝΥCOC.** *Nysæorum Bacchus.*

Numimus Hadriani e Cimelio Regio, cum signo Libertatis. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Nysæ*. Stephano: *Nύσα*, τζίτη εν Καελᾳ. Τὸ ἔθνος, *Nυσεύς*, *Nυσαιός*, *Nυσαιδύς*, γε *Nυσαιέις*.

N Y C A E Ω N. Hadriani rursus, apud eundem Tristananum, pag. 500. cum Dei Luni effigie, qualis in An-cyranorum numismatibus, & Juliopolitarum, aliisque hujus tractus occurrit: ut frustra sint qui ad Nysam Euboïcam hunc nummum referant, secuti licet virum eruditum, pag. 143. de usu numismi.

N Y C A E Ω N. **K A M A P E I T H C**. M. Aurelii nummus, apud Platinum, pag. 238. quo de nummo egimus, verbo KAMAPA.

N Y C A E Ω N. **E I P H N H**. **ΕΠΙ. ΑΙΔ**. **ΠΑΙΑΝΙΟΥ**. *Nysæorum Pax. Sub Aelio Pæanio.* Commodi nummus apud Tristananum, tom. i. & Caracallæ, tom. i i. pag. 209. In eo porro nummo Apollinis effigies est, tripondi innixi, jacente ante pedes cithara: quem quidem non tam Nysæorum Præsidem Deum fuisse, quam familiae Prætoris Pæanii peculiare Numen arbitramur, ducti similitudine nominis, quod Apollinem quoque Παῖαρα Græci vocent: & Claudianus:

Implorat Pæana suum conterrita Delos.

Ut hæc symbola Tristanus expedit, frustra desudat.

N Y C A E Ω N. Caracallæ, e Cimelio Regio, cum signo

Libertatis. Alter item cum Bacchi & Satyrorum effigie, tum ibi, tum apud Tristanum, tom. II. pag. 236. Gerit & uvam Bacchus, vini in eo tractu bonitatis & copiae indicem.

ΝΥΚΑΕΩΝ. ΑΘΥΜΒΡΟC. Maximini nummus, in quo juvenis effigies ante aram stantis: dextra is patera libat, læva hastam gerit. Urbis conditorem esse hunc intelligimus, ex Stephano: "Αθυμβρεψ, πόλις Καστος τοῦ Μαγάνδρω, Αθυμβρεψ κτίσμα, ἦν εὗτα πατέα Νύσσα εὐλόγη. Τὸ εἶναι κτίσμα Αθυμβρός, τῷ λόγῳ τῆς Καστοῦ. Hausit a Strabone, lib. x i v. pag. 650. Ιπτεμοτὶ δὲ τοῖς αἰδελφούς, "Αθυμβρεψ περὶ Αθυμβρεψδι, καὶ Υἱῶν δρυλον ελέγοντας σὺν Λακεδαιμονίῳ, τὰς ἐπωνύμους ἔσωτῶν κτίσαι πόλεις. λειπανδρόσαι δ' ὑπερεψ. εἴτε σκείναντι συνεικιδίων τηνύσσαν. Καὶ τῶν "Αθυμβρεψ δέχαγέτων νομίζουσιν Νυσταῖς. Memoriae traditum est, venisse Lacedæmoniæ tres fratres, Athymbrum, Athymbradum, atque Hydrelum, & urbes condidisse sibi cognomines: quas homines deinde defecerint, atque ex iis Nysa fuerit condita. Et quidem Nysæi Athymbrum sive urbis auctorem perhibent.

ΕΠΙ. ΓΡ. ΤΥΧΙΚΟΥ. ΝΥΚΑΕΩΝ. Επὶ Γερμανίας Τυχηνός, Νυσταῖων. Sub Scriba Tychico, eo, opinor, cuius superius facta mentio in nummis Magnetum ad Maeandrum, sub Alexandro Severo. Maximi Cæsaris nummus hic est, in quo pueruli octo fere taurum ad sacrificium comitantur. Occo, pag. 425. ita legit: **ΕΠΙΡΕΥΤΙΚΟΥ. ΝΥΚΑΕΩΝ.** Patinus, in Thesauro, pag. 195. ΕΥΤΥΧΗ ΝΥΚΑΕΩΝ. Erizzo, 497. **ΕΠΙΡΕΥΤΥΧΟΙ.** Abhorret autem ab his vocibus Græci sermonis consuetudo: et si Erizzo lepide comminiscitur, ΕΠΙΡΕΥΤΥΧΟΙ ab Οπίρεξα forsan derivari, quæ vox Græce sacrificio sonat. Ex parte nummi altera legitur, Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC. KAIC. Caius Iulus Verus Maximus Cæsar.

ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΜΟΥΣΩΝΙΟΥ. ΙΕΡΕΩC. ΝΥΚΑΕΩΝ. Gordiani junioris, apud Erizzo, pag. 510. cum Herculis, Mercuriique effigie: illum clava, leoninæque exuviae: hunc caduceus, & pera, & talaria produnt.

Utrique Numini sua fuisse in eo oppido sacra peculia-
ria, M. Aurelio Musonio præside sacrorum hic num-
mus docet. Cave Erizzum audias, qui sic legit: ΕΠ.
Ν. ΑΥΡ. interpretaturque, ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ. ΝΕΩ-
ΚΟΡΟΥ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ.

ΑΥΤ. Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙΝ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Imp.*
Cæs. P. Licinius Valerianus. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΜΕΝΑΝ-
ΔΡΟΥ. Β. ΝΥΚΑΕΩΝ. *Sub Prætore Menandro ite-
rum, Nysæorum.* E Cimelio Regio. In nummo eo Dei
Luni effigies.

**ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. ΣΕΒ Αύτο-
κράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίνιος Οὐαλεριανὸς Σεβαζός.**
Ex parte aversa, ΘΕΟΓΑΜΙΑ. ΟΙΚΟΥ ΜΕΝΙ-
ΚΑ. ΝΥΚΑΕΩΝ. ΕΠΙ. ΓΡ. Μ. ΑΥΡ. ΛΑΙΑ-
ΝΟΥ. Θεογάμια Οἰκουμενική, Νυσαέων, ἐπὶ Γερμανέ-
νοντος Μάρκου Αυρηλίου Λαιανοῦ. *Theogamia Oecumenica,*
Nysæorum, sub Scriba Marco Aurelio Laiano. Theogamia,
certamina sunt in honorem Proserpinæ a Si-
culis edita. Julius Pollux, lib. i. cap. i. tit. x x x i i.
ubi de Græcorum festis: Κόρης, ὥδη Σινελιώταις, Θεο-
γάμια. Nempe in honorem nuptiarum Plutonis ac Pro-
serpinæ. Fuit inter Tralles ac Nysam, auctore Strabo-
ne, lib. x i v. pag. 649. templum Plutonis ac Junonis,
νεῶν Πλούτωνός τε καὶ Ήρας, vel, ut alii malunt, Πλού-
τωνός τε καὶ Κόρης, Plutonis ac Proserpinæ. De voce
Oecumenica, diximus in nummis Heliopoleos Syriæ.

ΣΕΠΤ. Τ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ. ΝΥΚΑΕΩΝ. Antonini Pii, apud Occonem, pag. 266. Forte, ΕΠΙ.
Τ. ΑΥΡ. &c. *Sub T. Aurelio Diodoto,* Prætore scilicet
Nysæorum. Et pag. 295. ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟ-
ΤΟΥ. ΝΥΚΑΕΩΝ. Forte pro ΕΠΙ. ΓΡ. ΤΙΤΟΥ.
ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ, *sub Scriba Tito Aurelio Diodoto.*

ΝΥΚΑΕΩΝ, in Decapolitana Syria.

ΝΥΚΑΕΩΝ. Nummum Elagabali, e Museo nostro,
referri huc verius forsitan aliquis arbitretur, quam ad
Nysam Cariæ: quod Elagabalus Syrus fuit, nempe
Emisenus, ut auctor est Julianus in Cæsaribus. Plinio,
lib. v. sect. xvi. *Scythopolis, antea Nysa, &c.*

ad Nysam.

p. 192.

NΩΛΑΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 223. & in Magna Græcia, tab. xx. cum Minotauri ac Minervæ effigie. In Magnæ Græciæ nummis Minotaurus paſſim occurrit. Plinius, lib. 111. ſect. ix. *Nola* colonia. Stephanus: Νόλα, πόλις Αὐγούστου... τὸ ἐθνῶν, Νόλιον. Scribe, Νολεῖος. Gruterus, pag. 1085. ex Sirmondo. COL. FEL. AVG. NOL. Frontinus, lib. de coloniis, pag. 87. *Nola* colonia *Augusta*.

Z

ΑΝΘΙΝΙΩΝ. Goltzius, in Thesauro, pag. 236. Sed in nummum forte mutilum incidit, in quo cum CANΩIN. legiffet, CANΘINIΩN primo, mox ΖΑΝΘΙΝΙΩN legi putavit oportere. Cum ſimilius veri ſit XPTCANΩINA certamina, de quibus in Sardianorum nummis agemus, eo nummo signata.

O

ΑΞΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Stephanus: Οαξον, πόλις Κρήτης... ὁ πολίτης Οάξος. **O BVLCO.** In Cimelio Regio. Plinio, lib. 111. ſect. III. *Obulco*, quod *Pontificense* appellatur. Hodie *Porcūn*, oppidum haud ignobile Cordubam inter & Giennam. Ita Mariana, lib. 111. hist. Hisp. cap. xxi. Reperta ibi vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. 105. M V NICIP. PONTIFICIS. Et pag. 458. ORDO. PONTIFICIENSIS. O BVLCONENSIS. Id pluribus firmat argumentis Mart. de Roa, in hist. Astigit. pag. 18.

ΟΔΗCCEITΩN. Caracallæ nummus, apud Patin. pag. 304. nunc Cimelii Regii. Plinio, lib. 1v. ſect xviii. in Thracia: *Odeffus Mileſiorum*. Stephanus: Ὁδησσός... ὁ πολίτης, Ὁδησσός, καὶ Ὁδησσός. Procopio, lib. 1v. de Aedif. cap. xi. inter castella Istro apposita, Ὁδησσός. **ΟΔΗCCEITΩN.** Aesculapius, & Hygia. Ex parte nummi altera, ATT. K. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC.

ΑΥΓ. *Imp. Cæsar M. Ant. Gordianus Augustus.* Olim
e Seren. Ducis Vernolii Cimelio, nunc e Regio.

ΟΔΗCCEITΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. *Alexandria*
certamina, de quibus dicemus in nummis ΦΙΑΙΠ-
ΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Thraciæ. Gordiani nummus hic
est, apud Platinum, pag. 372.

ΘΕΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. ΚΥΡΣΑ. ΟΔΗ. Nummus
singularis, e Cimelio Regio, cum Jovis effigie: quem
nummum distracta hac voce ΚΥΡΣΑ. in duas, hoc
paecto, ΚΥΡ. ΣΑ. sic interpretamur: Θεος Μεγάλου
Κυρίου Σεραπίδος. Οδησσειτῶν. *Dei Magni Domini Se-*
rapidis. Odesitarum. Deus & Dominus Serapis, qui
Juppiter, & Sol, multo potiori jure appelleatur sane,
quam Carus in nummis, ΘΕΩ. ΚΑΡΩ. CEB. Item
DEO. ET. DOMINO. CARO. INVIC. AVG.
Vel Aurelianus, DEO. ET. DOMINO. NATO.
AVRELIANO. Aut Domitianus denique a Mar-
tiale, lib. v. Epigr. viii. *Deus & Dominus noster.*
Apud Gruterum, pag. xxii. num. 10. & 11. ΔΙΙ.
ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. *Iovi Soli Ma-*
gno Serapidi. Et ad vocem πάτερι quod attinet, aliis
etiam Diis adscriptam reperimus, apud eundem Gra-
terum, pag. 68. num. 6. Albæ Juliæ reperta inscrip-
tione, ΚΥΡΙΩ. ΑΣΚΛΗΠΙΩ. ΚΑΙ. ΥΓΙΗ.
ΘΕΟΙΣ. ΕΠΙΚΟΥΡΙΟΙΣ. Si tamen alias a Jove,
ac non idem cum eo potius, Aesculapius est. Denique
Magnus Deus Odesitarum ΣΑΡΑΠΙΣ (sic enim in
Nummis semper, lapidibusque scribitur) modo appellat-
latur, ut in sacris paginis, Act. xix. *Magna Diana*
Ephesiorum.

OE A.

C. A. O. A. F. Nummus Antonini Pii e Cimelio nostro:
in quo turritum caput. *Colonia Aelia Oea Augusta*
Felix. Plinio, lib. v. sect. iv. *Civitas Oœnsis*, in Afri-
ca. Cognomen Felicis in hoc fere tractu etiam Car-
thagini attributum. Ab Aelio Hadriano prius Aeliæ sibi
nomen adscivit: ut in his regionibus aliae, Zama exem-
pli gratia, Thenæ, &c. Vide plura in Plinianis notis.

OINIAΔΑΝ,

OINIAΔAN, Dorica dialecto, pro **OINIAΔΩΝ**, in nummo quem vidimus. *Oināδαι*, oppidi nomen est, in ipso Acheloi amnis ore positi, qua mari immergitur. Meminere Thucydides, Polybius, Pausanias, Liviis. Acheloi, Plinius lib. i v. sect. ii. Stephanus: *Oineāδαι, πόλις Ἀγρανίας, τοῖς τῷ Αχελῷ.*

OITAIΩΝ. Stephanus: *Oīτης, ὅρης τῇ Τερψίνᾳ. ἐπὶ τῷ πόλις Μηλίᾳ. οἱ οἰκουμῆτες, Οἴταιοι.* Sunt in Thessalia Oeta mons, a quo Hercules Oetaeus cognominatus, Oetes oppidum, & Melienses populi. Plinio, lib. iv. sect. xiiii. *Doridis a tergo mons est Oeta.*

OLEASTRVM MVN. *Municipium Oleastrum.* Plinio, lib. iii. sect. iii. inter oppida Gaditani conventus, *Oleastro*. Vide quæ eo loci diximus. Nummus hic Tiberii est, e Thesauro Goltziano, pag. 244.

ΟΛΥΜΠΙΑΣ.

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Νέρων Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαζός. Ex parte altera, ΔΙΟΣ. ΟΛΥΜΠΙΟΥ. Plinius, lib. i v. sect. vi. *Delubrum Olympii Iovis*, in Elide. Stephanus: 'Ολυμπία, ή τεθεῖτε Πίστα λεγομένη, εἴτε 'Ολύμπιος Ζεύς ἵματα. Pausanias, in Eliac. prior. sive lib. v. pag. 159. 'Εν δὲ τῷ εὐ 'Ολυμπίᾳ νάῳ, Νέρων οὐαθήματα, τείτος μὲν ἐς κετίνου φύλα σέφαις, τετράπτος δὲ ἐς δρυός ζεῦ μεμψινδός. Sunt in Olympii fano coronæ, quas Nero donavit: earum quæ est ordine tertia, oleastri: quarta, quercus frondem imitatur. Itaque vice Numinis ipsius gratum animum testatur ob ea dona fano tributa, ejus fani accolæ, Neroni cudi nummum jussere.

ΟΛΥΜ. cum Jovis Olympii capite, in nummis Græciæ veteris, apud Goltzium. Tab. x. In parte aversa, juvenis in rupe sedet, ex qua amnis labitur, templumque Jovis Olympii præterfluit. Hunc Alpheum esse haud immerito suspicamur. Plinius, lib. i i. sect. cvi. *Quidam vero amnes odio maris subeunt vada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur jæta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponnesiaco litora infanditur.* Pausanias, in Eliac. prior. pag. 161. Οἱ Αλ-

φειός τενόμηται τῷ Ὁλυμπίῳ Δῆ μπαρμᾶν μαλίται οὐ φίλος.
Alpheus fluviorum omnium Iovi maxime amicus creditur.
 Causam ejus amicitiae ex eodem Pausania pete.

ΟΛΥΜΠΙΑΣ. Noctua fulmini insidet, Palladis symbolum, quam etiam cum fulmine effictam olim esse, Livius, aliquique veterum prodidere. Adjectæ litteræ ΣΩ, quibus Σωτεία Pallas inscribitur, hoc est, Servatrix.

ΟΛΥΜΠΙΑΣ. Sedet Olympius Juppiter, aquilam dextra, læva hastam gerens. In parte aversa, noctua, cum simpulo, seu vase parvo, quo vinum in sacrificiis libabatur. Cultrum esse falso Nonnius putavit.

ΟΛΥΝΘΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. In Græcia Goltzii, Tab. xxiv. Plinio, lib. i v. sect. xviii. in Thracia, *Olynthos*. Stephano: "Ολυνθος.... δ πολίτης, 'Ολυνθος. Turritæ mulieres duæ in eo numero, quibus utraque civitas adumbratur, temonem læva tenent, quod maritima fuisse ea oppida argumento est: dextræque jungunt, quasi fœdus ineant, quod epigraphe ipsa declarat: *Olynthiorum Toronæorumque concordia*.

ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ. Apud Goltzium, in Thesauro, pag. 224. ΟΜΨΑΛΙΤΩΝ, mendose. In ejusdem Græcia, Tab. 1111. recte ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ, cum Herculis clavæ innitentis, ac leoninas exuvias gerentis effigie. Stephano: 'Ομφάλιον, Θεσσαλίας. τὸ ἐθνικὸν, 'Ομφαλῖτης.

ΟΞΥΡΥΝΧΙΤΩΝ. MΗΤΡΟΠ. Domitianus, in Thesauro Goltzii, pag. 224. In Notitia Eccles. pag. 55. 'Επαρχιδ' Αργεδίας. 'Οξύρυγχος Μητρόπολις. Arcadia Provincia in Ægypto appellata, ab Arcadio rege quodam, inquit Eustathius ad Dionysium, vers. 251. prius Heptapolis & Heptanomos vocata, quod septem urbis constaret, totidemque præfecturis. Nos verius a situ quem in Ægypto ea regio obtinet, similem ei quem in Achaia sibi Arcadia vindicat, hoc est, mediterraneum, nomen quoque simile traxisse credimus.

ΟΞΥΡΥΝΧΙΤ. L. H. 'Οξύρυγχην. Λυκέανος n. Anno

oētāvo. Nummus Antonini Pii e Gaza Regia. In eo nummo sæpiusque in aliis, Palladis stantis effigies, ac victoriolam gestantis. Arrian. in Epictet. lib. i. cap. viii. Καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου ἀπόξενη πεντέσσα τῷ χεῖρᾳ, ἢ τὸ Νίκην ἐπ' αὐτῆς δεξιοῦθεν, &c. Quare nummum alterum ejusdem Hadriani, in quo Pallas similiter insculpta, ex eadem Gaza cum notis L. I. H. quanquam sine oppidi nomine, iisdem Oxyrynchitis adscribimus.

OΠΟΝΤΙΩΝ. In Museo nostro. Plinio, lib. v. sect. xii. *Opus, unde sinus Opuntius, in Locris Epicnemidiis, juxta Bœotos. Eustathius, ad Iliad. i. vers. 532. Ὁποδ... γὰ τὸ ἔθνος ἐξ αἰτίας, Ὁπούποτος.*

ΟΠΟΝ. Cantharus, ex quo edera & uva emergit. Libero Patri sacrum fuisse agrum eum id argumento est, ac vini feracem. Apud Goltzium, in Græcia, Tab. xviii.

ΟΠΟΝΤΙΩΝ. Veneris effigies, & Ajacis Locrorum tyranni. Vide Strabonem, lib. ix. pag. 425.

ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ. Nummi Augusti, in quibus expressa Plutonis Proserpinam rapientis effigies, ut in nummo Cyzicenorum. Item Antonini Pii, & Caracallæ, quos vidimus, in Cimelio Regis Christianissimi. Plinio, lib. v. sect. xvii. in Syria, *Orthosia*. Sed & altera est ejusdem appellationis in Caria, sect. xxix. cui potius nummos eos adscribendos putamus. Apud Goltzium in Thesauro, pag. 219. **KΟΡΘΩΣΙΕΩΝ**, haud dubie, pro **ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ**. In Conc. Calched. act. i. pag. 89. *Ὀρθωσιάων*.

OSCA.

COL. V. T. T. Ex parte altera, OSCA. Caligulae nummus, in Cimelio Regio. *Colonia Victrix Togata Tarraco, & Osca.* Sic duæ diversæ civitates, **BILBILIS**, & **ITALICA**, in uno eodemque nummo scribuntur, quem laudat Ant. August. Dial. 7. Antiq. pag. 109. Plinio, lib. iii. sect. iv. *Oscenses, regionis Vescitanie, in Cæsaraugustano conventu. Nunc Huesca in Aragonia.*

VRB. VIC. OSCA. D. D. Augusti, ac Tiberii nummi, quos vidimus. *Vrbs Victrix Osca, Decreto Decurionum.*

NUMMI ANTIQUI

V. V. OSCA. *Vrbs Vičtrix Osca*, Augusti, ac Tiberii.
VRB. VIC. OSCA. SPARSO. ET. CELERE.
IIVIR. In Cimelio Regio.

V. V. OSCA. C. TARRACINA. P. PRISCO
II. VIR. *Vrbs Vičtrix Osca. Caio Tarracina. Publico*
Prisco Duumviris. Caii Caligulae nummus e Cimelio
Regio, cum equitis decurrentis effigie.

OSICERDA.

MVN. OSICERDA. Tiberii nummus, & Cimelio
Regio, & apud Patin. pag. 71. Plinio, lib. III. sect.
iv. *Oſſigerdenses*. A Ptolemaeo, lib. II. cap. vi. juxta
Leonicam *Oſſigerdens* statuitur, nunc in Aragonia. Bos
ibi insculptus vel est deductæ coloniæ index, vel ea
litatum hostia Augusto ab Osicerdensibus significat.

OSSONABA. MVN. Tiberii, e Thesauro Goltziano,
pag. 244. Plinio, lib. I v. sect. xxxv. *Oſſonoba*. Ho-
die *Eſtombar*, in Algarbica Lusitaniæ ditione. Vide
Notas in Plinium.

OSTIA.

AVGVSTI. S. PORT. OST. C. *Augusti Portus*
Oſtienſis, Senatus Consulſo. Neronis, e Cimelio Regio.
Plinio, lib. III. sect. ix. *Oſtia colonia*, in ipsis Tibe-
rini amnis ostiis.

PORT. OST. Trajani. Scholiaſtes Juvenalis, ad Sa-
tyr. XII. *Trajanus portum Augusti reſtauravit, & inte-*
rius tutiorem ſui nominis fecit. Sensit & Hadriani libe-
ralitatem colonia Oſtia, cuius beneficij monumentum
exſtat in vetuſta iſcriptione, apud Gruterum, pag.
CCXLIX.

IMP. CAESARI. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F.
DIVI. NERVAE. NEPOTI. TRAIANO. HADRIANO. AVG.
PONTIF. MAXIM. TRIB. POTEST. XVII. COS. III. P. P.
COLONIA. OSTIA.

CONSERVATA. ET. AVCTA. OMNI. INDVLGENTIA.
ET. LIBERALITATE. EIVS.

II

ΠΑΓΑΣΑΙΩΝ. In ederacea corona, ex Græcia Golt-
zii, tab. xxi. Plinius, lib. I v. sect. xv. *Oppidum Pa-*

gasæ, idem posse Demetrias dictum, in Macedonia. Nummus aversa parte Bacchum exhibet, ederacea cinctum corona.

ΠΑΘΜΟΣ.

ΕΝ ΠΑΘΜΩ. Severi nummus, apud Patin. pag. 285: nunc Cimelii Regii. Plinio, lib. v. sect. 23. *Pathmos*. Joannis Apostoli secessu clara. Hodie *Palmosta*, nau-tis: Incolis, *Patinos*.

ΠΑΙΣΗΝΩΝ.

ΠΑΙC. Dirnidius aper, cum duobus globulis. Ex parte aversa, caput muliebre. Straboni, lib. xiiii. pag. 589. Παισῶν urbs fuit inter Lampsacum, Pariumque, in Hel-lesponto: incolæ Παισωνοι appellati.

ΠΑΛΜΥΡΗΝΩΝ. Elagabali nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinius, lib. v. sect. xxii. *Palmyra*, in Syria. Stephanus: Παλμυρα... τὸ ἔθνος, Παλμυρίων.

COL. PALMYRA. Caracallæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Hæc sedes imperii Orientis Ode-nato, Zenobiæ, & filiis fuit: quorum nummi exstant in Cimeliis rarissimi, quos hic obiter afferemus, quod eorum aliqui difficilis sint in primis explicatus, digni-que ut in iis tum nostra, tum eruditorum, se se exer-ceat industria.

IMP. C. ODENATHVS. P. F. AVG. *Imp. Caesar Odenathus Pius Felix Augustus.*

ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΟΔΗΝΑΘΟC. CEB. L. Δ. Αὐτοκρά-tor Καῖσαρ Ὁδηνάθος Σεβατὸς, λυγεῖατος δ'. anno impe-rii quarto. Affert hunc nummum utrumque Occo, ex Ursino, pag. 478. quo potitum Orientis imperio Ode-natum liquet: de quo Trebellius Pollio, in xxi. ty-rannis, cap. xiv. *Nisi Odenatus princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, fessis Romanæ Reipub. viribus sumpsiisset imperium, in Oriente res perditæ essent. Quare assumpto nomine primum regali, cum uxore Zenobia, & filio majore, cui erat nomen Herodes, minoribus He-renniano & Timolao, collecto exercitu contra Persas pro-fectus est...* Composito igitur magna ex parte Orientis statu, a consobrino suo... interemptus est cum filio suo

Herode, qui & ipse cum patre post redditum de Perside, Imperator est appellatus. Et in Gallieni vita: Odenatum participato imperio Augustum Gallienus vocavit: ejusque monetam, qua Persas captos traheret cudi iussit, &c. De Herode deinde idem: Herodes non Zenobia matre, sed priore uxore genitus, cum patre accepit imperium.... Et erat circa illam Zenobia novercali animo, &c. De Zenobia vero: Zenobia, quae se de Cleopatrurum Ptolemæorumque gente jactaret, post Odenatum maritum... diadematæ etiam accepto, nomine filiorum Herenniani & Timolai.... imperavit. De Vabalatho denique, in Aureliani vita Flavius Vopiscus aliquanto accuratius, quam Pollio: Hoc quoque ad rem pertinere arbitror, Balbæ filii (lege, Vabalathi) nomine Zenobiam, non Timolai & Herenniani, imperium tenuisse quod tenuit. Ex quibus hoc familiæ Odenathi stemma efficias:

ODENATHVS. N. *Vxor* Odenati prior. ZENO^{BIA}, *uxor* Odenati altera.
 HERODES Odenati F. HERENNIANVS. TIMOLAVS.
 VABALATHVS Herodis F.

Quod quidem stemma sic concinnari oportere, vidit ante nos Tristanus. Zenobiæ deinceps ac liberorum ejus nummos afferemus: tum Herodis & Vabalathi.

CEP T. ΖΗΝΟΒΙΑ CEB. L E. Σεπτιμία Ζινοβία Σεπτιμίη. λυχν. έ. anno quinto. Alter, CEP TIMIA
 ΖΗΝΟΒΙΑ. CEB. L. E. Uterque e Cimelio Regio.
 AYT. ΗΡΕΝΙΑΝΟC. CEB. L B. Occo, ex Goltzio,
 pag. 485.

HERENNIANVS. ET. TIMOLAVS. AVG G.
 PRINC. IVVENT. Occo, ex Ursino, ibidem.

AYT. K. ΤΙΜΟΛΑΟC. CEB. L. B Αύτωράτω, Καζσαρ Τιμόλαος Σεπτιμίος, λυχν. β. anno secundo. Ex Occone pariter.

IMP. C. HERODES. P. F. AVG. PRINCEPS.
 IVVENTVTIS. Occo, ex Ursino, pag. 478.

AYT. K. ΗΡΩΔΙΑΝΟC. CEB. L. F. Occo, ibidem.
 IMP. C. HERODIANVS. AVG. In parte aversa,

SALVS. AVGVSTI. Apud Tristanum, tom. iii. p. 43.

ΑΥΤ. Κ. Α. Δ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC. ΣΕΒ. Λ. Α. Αυτοκρίτωρ Καῖσαρ Λούκιος Δομήνιος Αύρηλιανός Σεβαστός, Αυγούστος α. Imp. Cæsar L. Domitius AurelianuS Aug. anno primo. Ex parte altera, ΑΥΤ. EPMIAC. ΟΥΑΒΑΛΑΛΑΘΟC. ΑΘΗΝΟΥ. L. Δ. Imp. Hermias Vabalathus Athenæ F. anno quarto. Ex quo Herodis alterum nomen Athenas Ἀθηνας vel Ἀθηνᾶς fuisse videri queat. Habet hunc nummum Tristanus, tom. III. pag. 213. In nummo Patini, pag. 430. non ΑΘΗΝΟΥ, sed ΑΘΗ. modo legitur.

ΑΥΤ. Κ. ΔΟΜ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC. ΣΕΒ. Λ. Β. Ex parte aversa: ΑΥΤ. EPMIAC. ΟΥΑΒΑΛΑΛΑΘΟC. ΑΘΗΝΟΥ. Tristanus, ibidem. Occo, pag. 485. & pag. 497. pro ΑΥΤ. EPMIAC, legit incaute, AP-MENIAC, ac Salmasium in fraudem impulit, qui in Vopiscum pag. 380. ut Armenios Vabalatho deinde subdat, frustra laborat.

IMP. C. AVRELIANVS AVG. Ex superficie altera: VABALATHVS VCRIMOR. Apud Mediobarbum, pag. 407. Tristanus tom. 111. pag. 212. sic notas hasce postremas exhibet, VCRIM DR, & ignotas sibi fatetur. Patinus, in Indice Numismatum, pag. 29. VERIMP R. Mediobarbus, pag. 386. V. K. P. I. M. DR. nec quidquam explanat. Angeloni, prioribus litteris duabus omissis, ceteras RIMDR sic interpretatur, REGNUM INVICTO MAGNO DOMITV RESTITVIT. Insulse. Occo, pag. 495. VCRIM. P. P. nec nodum expedit, nec sincere repräsentat: nummum enim ipsi vidimus, in quo, ut Mediobarbus quoque vidit, scriptum perspicue, VCRIMOR. Quas quidem litteras ita distinguere & interpretari nunc lubet, V. C. R. I. M. O. R. Vice Cæsaris Rector Imperii Orientis. Nam barbarem vocem aliquam arbitrari sub hisce Notis Latinis latere, frigidum genus exceptionis est, ac desperantium. IM. vero pro Imperio vel Imperatore in nummis inveniri, non infrequens est. Neronis nummus e Gaza Regia, I M. NER. CLAVD. CAES. AVG. Ex parte aversa,

S. C. in corona. *Vice autem Sacra*, seu vice Imperiali geri aliquid a Principibus viris, nihil est obvium magis in formulis Cassiodori, in inscriptionibus apud Gruterum, in legum codicibus. Gruterus, pag. CCCLXXXI.

ELECTVS. AD COGNOSCENDAS. VICE. CAESARIS. COGNITIONES. Tenuisse sane *Orientis Imperium Odenatum*, cum liberis, ex supradictis liquet, prodente id verbis conceptis Polione, testantibusque nummis. Quin etiam vocatum a Gallieno in partem imperii, & Augusti nomen, signatamque ejus facie ac nomine Imperatoris jussu ac permisso monetam, idem affirmat: quem honorem cum Vabalatho quoque nepoti ejus ab Aureliano habitum videamus, quid similius veri est, quam quem habere aut nominare Augustum ipse noluit, quem postea idem cum Zenobia matre oppressit, interim dum pateretur ad dissimularet, speciosaque appellatione prolectaret, *Rectorem Imperii Orientis vice Cæsaris* ab ipso in hoc numismate esse appellatum? Sic vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 168. 4. IVL. NEMESIS VICE. M. AVREL. IMP. SACRA. BAETICAM. GVERNANS, quod idem est ac *Vice Cæsaris Bæticæ Rector*. Ut pag. 43. 6. FABIVS. MAXIMVS. RECTOR. PROVINCIÆ. Sic adoptatus L. Ælius Verus ab Hadriano, inquit Spartanus, eo tempore, quo parum vigebat, & de successore necessario cogitabat: statim Praetor factus, & Pannoniæ Dux & Rektor impositus. Sic Didius Julianus in nummo Musei nostri, RECTOR ORBIS dicitur: ut & Caracalla, & Elagabalus. Sic denique Postumus in Galliis, teste Trebellio Polione, commissum sibi a Gallieno regebat imperium, ante quam eum *Gilli Imperatorem* appellarent. Quid porro mirum si vices suas alteri vel semel in Oriente concesserit, qui vicarias ipse ducum & tribunorum plurimas habuit, & Vlpiani Criniti vicem sumpfit, exercitum duxit. Vopisco teste, pag. 212. cum præsertim Vabalatho fortissimo viro, Rectore Orientis scilicet vice Cæsaris constituto, secure se

Aurelianus

Aurelianus RESTITVTOREM ORIENTIS,
in aliis nummis appellat, quos afferit Mediobarbus,
pag. 407.

ΠΑΜΦΥΛΙΩΝ. KOINON. Nummus Caïi Cæsaris,
apud Goltzium, pag. 224. Plinio, lib. v. sect. xxvi.
Pamphylia. Stephano: Παμφυλία... καποιωντες, Παμ-
φύλιοι. Vide ΚΡΗΤΩΝ.

ADVENTVI. AVG. PAMPHYLIAE. Occo,
in Hadriano, pag. 231.

ΠΑΝΔΟΣΙΕΩΝ. Nummi e Magna Græcia Goltzii, tab.
xxiii. Plinio, lib. iv. sect. i. *Pandosia*, in Epiro.
Stephano: Πανδοσία... πόλις Θεσπρωτίας, τὸ ἔθνος, Παν-
δοσίς. A Pandosia Italiæ, gentile est Πανδοσιός. Quare
ad Thesprotiæ oppidum transferri a Goltzio hos num-
mos oportuit. In his tripus Apollineus, atque ipsemnet
Apollo insculptus. Sunt & in quibus turritum caput,
& Alexander ut videtur, Epirotes, qui, ut Livius nar-
rat, ab exsule Lucano interfectus, sortes Dodonæi Iovis
eventu affirmavit. Accito ab Tarentinis in Italiam data
ditto erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque
urbem: ibi fatis ejus terminum dari: eoque ocyus trans-
misit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe
Pandosia in Epiro, & Acheronte anni.... Ceterum, ut
ferme fugiendo in media fata ruitur, ... haud procul Pan-
dosia urbe imminentes Lucanis ac Brutiis finibus tres tu-
mulos infedit.... Pervenit ad amnem.... quem cum in
certo vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles,
increpans nomen abominandum fluminis: Iure Acheron
vocaris, inquit, &c.

ΠΑΝΕΜΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ. Juliæ Domnæ: e Cimelio
R.P. De la Chaise, qui nunc est Christianissimo Regi
LUDOVICO MAGNO a Confessionibus. Est Severi ex
equo sedentis effigies in parte nummi antica. Fuit
Πανεμούτης Pamphyliæ oppidum, a quo gentile no-
men Πανεμοτεῖχης derivatur, ut ab Ἀξωνούτειχος fit
Ἀξωνοτεῖχης. Meminit hujus oppidi Notitia Eccles.
pag. 31. Ἐπαρχία Παμφυλίας οὖσα Κονσταντειου... Πανε-
μούτειχος. Provincia Pamphyliæ, sub Consulari... Pa-

nemutichos. Est similis prope formæ nomen oppiduli Bithyniæ, Παντιχίον, ex quo fieri commode potest Παντιχίτης. Habet illud Antoninus inter Calchedonem, & Nicomediam, *Pantichium*. Nicephorus Callist. lib. xii. cap. xli. ubi de invento Præcursoris capite, Theodosii principatu. ‘Ως δὲ τὸ Παντιχίον ἦδη ἐγένετο, μικρὸν δὲ τοῦτο ἀπὸ οὐ πάνυ πορρωτέρῳ Χαλκηδόνος κείμενον. Vbi autem ab Pantichium oppidum parvum non longe a Calchedone situm, ventum est. Habet eadem Eusebius, lib. vii. hist. Eccles. cap. xxii. Sed non est id hujus loci.

P A N N O N I A. Nummus Ælii Cæsaris, e Cimelio Regio, Museoque nostro. Est & apud Patinum, pag. 211. Pannonia ibi turrito capite labarum tenet: hoc est, signum militare, pensile, ex panno sericove confectum, ima sui parte fimbriatum, ex suprema conti parte, transverso in morem antennæ ligno, pendens: cuiusmodi sunt vexilla nostra Ecclesiastica, vulgo *Bannieres*. Ex hoc vero nummo intelligimus, nec Constantini primum ævo labarum repertum, nec proprium fuisse Romanorum vexillum, sed Pannonici exercitus, Cappadocici, Judaïci, Syriaci, aliarumque gentium, quarum in nummis insculptum olim: auxiliariumque demum peregrinarumque copiarum: mox & a Romanis Imp. adscitum inter signa cetera militaria: uti ex Hadriani nummo liquet, cuius epigraphe est, FIDES EXERC. in quo Imp. ipse prætit, læva Labarum tenens, subsequentibus militibus quatuor, cum tribus signis diversis. Hunc fere morem secutus Constantinus M. hoc unum signis ceteris haberi sanctius voluit, cum esset Christi monogrammate insignitum: ante Imperatorem deferri semper, & in præliis a fortioribus custodiri jussit: ut narrant auctores ejus vitæ. De Labari etymo, vide Nicol. Fullerum, lib. ii. Miscellan. Sacr. cap. i. & lib. iv. cap. xii. De Ælio Vero, cuius nomine nummus inscriptus, Spartanus in ejus vita, pag. 14. Adoptatus autem L. Ælius Verus ab Hadriano eo tempore, quo parum vigebat, & de successore necessario cogitabat:

*Sicutim Praetor factus, & Pannoniis Dux & Rector im-
positorum Nec provinciae quidem, cui præpositus erat,
defacti: Nam bene gestis rebus, vel potius feliciter, et si
non summi, medii tamen obtinuit ducis famam.*

PANNONIAE. *Dux Pannoniæ, superior, & infe-
rior, in nummo Decii, quem Augustum dixerunt, dex-
tras jungunt, conjurantque contra Philippos. De Pan-
nonia magnifice Mamertinus, in Paneg. ad Maximianum:
*Quis dubitat quin multis jam saeculis, ex quo vires
illius ad Romanum nomen accesserint, Italia quidem sic
gentium domina gloriae vetustate, sed Pannonia virtute.
Est hic e Museo nostro.**

METALLI. VLPIANI. PANN. *Metalli Ulpiani
Pannonicæ. Nummus singularis ex ære, Cimelii nostri,
Trajanus Imp. cusus, cum effigie Deæ Monetæ. Ei me-
tallo a loco in quo fodinæ fuere, Pannonicæ: a Trajani
nomine, cuius ævo repertæ, Ulpiani appellatio est in-
dita. Sic in Hadriani nummis, M E T. N O R. Me-
tallum Noricum, & M E T A L. D E L M. Metallum
Delmaticum legimus. Dalmatici etiam Papinius memi-
nit in Silvis. Sunt autem Dalmatia, Pannonia, Nori-
cum, confines inter se regiones, æque metallis divi-
tes. His metallis qui præerat, Comes Metallorum per
Illyricum appellatus in Notitia Imperii, sect. x. sub dis-
positione Comitis Sacrarum Largitionum. Ut vero me-
tallum istud de suo nomine, sic & basilicam Ulpiam ap-
pellavit: de qua nummus insignis apud Platinum in
Thesauro, pag. 157. B A S I L I C A V L P I A.*

PANOPMITAN. *Apud Parutam nummi complures va-
riis insculpti symbolis, Aquila, Jove, crure triplici,
qui Siciliæ typus, &c. Plinio, lib. i i i. sect. x i v. in
Sicilia, Panhormum. Stephano: Πανόρμος, πόλις Σικε-
λίας . . . δ πολίτης, Πανορμίτης. Itaque ΠΑΝΟΡΜΙ-
ΤΑΝ in nummo Dorice, pro ΠΑΝΟΡΜΙΤΩΝ.
Nobis Palerme.*

KART. PAN. *Carthago. Panormus. Apud Parutam,
cum effigie Imperatoris hastam gerentis. Panormita-
nos olim Carthaginensibus paruisse hic nummus signi-*

ficat. Ex parte aversa, equi caput, Carthaginensium symbolum vulgare. Maro huc respexit, lib. i. Aeneid.

Lucus in urbe fuit media, lœtissimus umbra:

Quo primum jaſtati undis & turbine Pœni

Effodere loco ſignum, quod regia Iuno

Monſtrarat, caput acris equi: ſic nam forc bello

Egregiam, & facilem vietū per ſecula gentem.

Quare ex eo tempore equum in numinis Pœni signaver.

PANORMITANORVM. Victoriae typus, apud Parutam, num. 103.

PANOPMITAN. Aquila, Jovis armigera. Ex parte altera Janus biceps, cum ove, quæ Jovi ſcilicet ſingulis Idibus immolari ſolita: quare & ovis Idulis lingua Etrusca eft appellata. Festus: *Idulis ovis dicebatur, quæ omnibus Idibus mattabatur.* Naſo, lib. i. Faſtor.

Idibus alba Iovi grandior agna cadit.

PAPIA.

COL. PAPIAE. M. Aurelii nummus, apud Triftatum, tom. i. pag. 631. a quo hic nummus ad Papiam Africæ revocatur, Ptolemæo, inquit, memoratam, lib. iv. cap. 111. Falso: cum ibi Papia nulla, ſed Δα-
Cia ſit. Ac ſi uſpiam *Papia* occurrat ex Africa, vox ea in mendo cubat, eftque in *Puppia* transformanda, quæ civitas fuit Proconsularis Africæ, unde *Reparatus Pup-
pianensis*, in Notitia illius Africæ appellatur. Ad Papienos referri oportuit, cuius coloniæ vetus inſcriptio meminit, apud Gruterum, pag. 448. 4. ſitumque prope Sinuę ſam, Latii oppidum, indicari. COLONIS:
SINVESSANIS. ET. CEDIANIS.....
COLONIS. SINVESSANIS. ET. PAPIENIS.
MONUMENTVM, &c.

PAPAITΩΝΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΤΛΟΥ.

Paretoniorum civitatis ſacrae & inviolatae. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. v. ſect. vi.
Paretonium. In inferiore Libya. Hodie *Raxa*.

PAREMΦΙΤΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ.

Paremphitarum civitatis ſacrae & inviolatae. Claudii

nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Stephanus: Παρέμφις, πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Παρεμφίτης.

ΠΑΡΘΕΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Nervæ nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Hæc Parthenopolis Plinii est, lib. v. sect. XLIII. in Bithynia, cujus meminit & Constantinus Porphyrog. lib. I. them. v. pag. 26. non altera Macedoniae Parthenopolis, de qua Stephanus, Παρθενόπολις, Μακεδονίας πόλις... ὁ πολίτης, Παρθενοπολίτης.

ΠΑΡΙΑΝΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. v. sect. XL. *Parium colonia.* prope Lampasum, in Hellepono. Stephano: Πάρειον, πόλις εἰ Ελλησπόντῳ.... ὁ πολίτης, Παρειών. His peculiare numen Cupido fuit, teste Pausania lib. IX. sive in Boeoticis, pag. 302.

ΠΑΡΙ & ΠΑΡΙΩΝ. Goltziani nummi, aliique, quos vidimus ex ære, Medusæ capite insignitos, & bove. Plinio, lib. I. v. sect. XXII. *Paros* insula cum oppido. Stephano: Πάρεις νῆσος... ὁ πολίτης Πάρειθη. E Cycladicibus insulis una. Hodie *Paris*.

PARLAIS COL. Nummus M. Aurelii, e Cimelio Card. Maximi, ut retulere ii nobis, qui nummum trastarunt. Obtinet nummi aream figura muliebris, quæ dextra labarum, læva Copiæ cornu gerit. In Notitia antiqua Eccles. Hieroclis, pag. 19. inter Antistites Provinciæ Pisidiæ censetur ὁ Παρλαος. Pag. 51. ὁ Παρεχλῆς, pro Παρλαῖς. Apud Leunclavium, pag. 96. ὁ Παρεχλαος, pro Παρλαος. A Ptolemaeo, lib. v. cap. vi. Lycaoniæ Παρεχλᾶς cum Iconio adjudicatur. In Concilio Nicæno I. pag. 53. Eusebius *Paralaïs Lycaoniae*.

PARTHIA.

DE PARTHEIS. Augusti nummus, in quo tiara, arcus, pharetra, apud Occonem, pag. 66. Horat. I. Epist. XII.

*Ius imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor.*

SIGNIS. PARTHICIS. RECEPТИS. S. P. Q. R.
Corona quernea. Apud Occonem, Augusti nummus, pag. 57.

CIVIB. ET. SIGN. MILIT. A. PARTH.
RECVP. Arcus triumphalis, ibidem. Alius, pag. 59.
A. PARTHIS. RESTIT. Tranquillus in Augusto, cap. xxi. Parthi quoque & Armeniam vindicanti facile cesserunt: & signa militaria, quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt: obfidesque insuper obtulerunt, &c. Id a Phraate Parthorum rege factum, ab Augusto lætitia ingenti susceptum narrat prolixè Dio, lib. LIV.

ARCVS. O B. VICT. PARTH. Nummus Nero-nis, quem vidimus.

EXERCITVS. PARTH. &

EXPEDITIO AVG. PARTH. Apud Occo-nem, in Trajano, pag. 214.

PARTHIA. CAPTA. Ejusdem Trajani, & L. Veri, apud Occonem, pag. 305.

REX. PARTHIS. DATVS. Trajani nummus e Museo nostro.

REX. PARTHVS. Ejusdem Trajani, e Cimelio Re-gio. Hunc Regem Psamatossirim vocat Spartianus in Hadriano, pag. 3. Dio, lib. LIV. Parthaimaspaten:

REX PARTHICVS. RESTITVTVS. Traja-ni rursum, apud Occonem, pag. 207.

TRIVMPHVS. PARTHICVS. Trajani, ex eo-dem Cimelio. Frequens præterea Parthici appellatio-in Trajani nummis.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ΠΑΡΘΙΚΗ. Libertatis Parthicæ. Trajani, apud Occonem, pag. 219. De expeditione Parthica sub Trajano, Spartianus in Hadriano, pag. 2.

RESTITUTORI. PARTHIAE. L. Veri apud Occonem, pag. 306.

VIC. PAR. M Aurelii, & L. Veri, in Museo nostro. Victoriam hanc Parthicam Cassius reportavit auspiciis Impp. M. Aurelii & L. Veri. *Profligato autem bello,* inquit Capitolinus, *uterque Parthicus appellatus est.* Huc spectat alter L. Veri nummus, e Gaza Regia, **ATT. K. A. ATP. ΟΤΗΡΟC. CEB.** *Imp. Cæsar L. Aurelius Verus Augustus.* Et parte altera, Pallas ga-

Ieata, dextra telum, clypeum lœva gerit. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗΣ ΚΥΡΙΩΝ. C.E. *Pro victoria Dominorum Augustorum.* Cui similis apud Gruterum inscriptio, pag. M.LXXVI. 13.

ΑΥΡΕΛΙΑΝΟC.

ΥΠΕΡ. ΝΕΙΚΗΝ.

ΤΩΝ. ΚΥΡΙΩΝ.

Similem Faustinæ junioris Occo nummum affert, pag. 297. sed epigraphe mutila, ΠΕΡΝΙΚΗΣ ΤΩΝ Κ. VICTORIA PARTHICA MAXIMA Severi, apud Anton. August. Tab. LIII. Spartanus in Severo, pag. 70. *Parthiam ingressus, Ctesiphontem pulso rege per-venit, & cepit, hiemali prope tempore & Parthicum nomen meruit.* Et pag. 71. *Persarum regem Abgaram subegit.*

VICT. PART. MAX. Caracallæ, apud Occonem, pag. 371.

VICTORIA PARTHICA. Antonini Caracallæ, apud Occonem, pag. 38. Spartanus in ejus vita, pag. 87. *Tumultuarie cum Parthorum satrapis manum contulit, feris etiam bestias in hostes immisit. Datis ad senatum quasi post victoriam litteris, Parthicus appellatus est.*

ΠΑΡΩΠΙΝΩΝ.

ΠΑΡ. in corona ederacea, apud Parutam. Plinio, lib. I I I. sect. xiv. *Paropini*, in Sicilia. Nunc Colizano, ut quidem Fazellus existimat. Est autem edera Baccho sacra, cuius Dei, ut Plinius ait, lib. xvi. sect. LXXII. thyrso adornat: & eadem vini ubertatis index in nummis.

PATAPEON. Gordiani tertii nummus, e Gaza Regia, & apud Tristanum, tom. I I . pag. 512. ac Patinum, pag. 375. Præfert in eo nummo Apollo lauri ramum: retro posito tripode: coram adstante corvo, & vase cuidam insistente, ex quo urbi nomen: auctore Alessandro Polyhistore, apud Stephanum: Ὀνομάθητος οὐρανὸς τοῦ ἀγούσι τοῦ Πατέρου, Πατάρει. Μετερμόρεοθυτοῦ πατάρει ελλωνιστ., κιται. Corvus autem Apollini sacer, a Statio, lib. III. Thebaïdos, v. 506. Comes

obscurus tripodum, sive oraculorum, quæ ab Apolline edi solent, appellatur. Plinio, lib. v. sect. xxviii. *Patara*, &c. Stephano: Πάταρα, πόλις Λυκίας . . . ὁ πολίτης, Παταρός. D. Nicolai natalibus clara. Hinc ab Horatio, lib. i. i. Carm. cognominatus Patareus Apollo, qui & ipse in eo nummo signatur. Mela, lib. i. cap. de Lycia: *Atque ut multa oppida, inquit, sic præter Pataram non illufria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide Delphico simile.*

P A T R Æ.

PATER. Augustus videlicet. Ex parte aversa, PATERIAE. C. A. A. P. *Colonia Augusta Aroë Patrensis*. Augusti nummus e Gaza Regia. Plinio, lib. iv. sect. v. *Patrae colonia*. Stephano: Πάτραι, πόλις Ἀχείας . . . ὁ πολίτης, Πατρός. Hodie *Patras*. Vide quæ diximus in Plinianis Notis, in primis de vetusta Aroës appellatione. Quibus beneficiis Augustus Cæsar Patrenses affecerit, libertate præcipue & coloniæ jure, disce ex Pausania, in Achaïcis, pag. 224.

INDVLGENTIAE. AVG. MONETA. IMPERATRATA. Ex parte aversa, Imperator curru quadriga triumphat: epigraphe, CAESARI. AVG. COL. A. A. P. *Colonia Augusta Aroë Patrensis*. E Cimelio Regio, & apud Seguinum, pag. 102.

COL. A. A. PATR. xxii. Claudii, apud Erizzo, pag. 88. & in Museo nostro. Sunt & Neronis similes, Galbae, Domitianus, L. Veri, & Severi. In nummis Claudii, & Galbae, signa militaria, legionis xxii.

LIBERIS. AVG. COL. A. A. P. Apud Platinum, pag. 99. Claudii liberos tres hic nummus exhibet: Germanicum, Antoniam, Octaviam.

GEN. COL. NER. PATREN. *Genius Coloniæ Neronianæ Patrensis*. Nummus Neronis, quem vidi mus.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. *Nero Claudius Cæsar Augustus*. Ex parte aversa, Juppiter stans, seu Nero potius Jovis habitu, cum epigraphe, JUPITER. LIBERATOR. C. P. *Colonia Patrensis*. E Cimelio

Cimelio Regio. Fuit Patrensis civitas Achaïæ caput, de qua Plinius, lib. 1 v. sect. x. *Vniversæ Achaïæ libertatem Domitius Nero dedit. Quod & Pausanias egregie confirmat in Achaicis*, pag. 222.

N E R O . C L A V D . C A E S . A V G . Ex parte averfa: HERCVLI AVGVSTO. C. P. *Colonia Patrensis.*

C O L . A . A . P A T R E . *Colonia Augusta Aroë Patrensis.* Nummus M. Aurelii, apud Patinum, pag. 234. cum Dianaë effigie, quæ currū cervis juncto vehitur. De Dianaë Laphriæ cultu apud Patrenses superius egimus, ex Pausania in Achaicis, pag. 224.

C O L . A . A . P A T R . Caracallæ nummus, in quo Mercurius monti insidet, cum caduceo, & arietem idem digito monstrat. Vide quæ diximus in nummis Corinthiorum, ubi quamobrem Mercurio sit aries appositus, ex Pausania docuimus.

M I N Δ I O Σ . A N Θ Y P A T O Σ . P A T P Ω N . Apud Spanhemium, lib. de usu Numism. pag. 564. Nos in nummo eo vidimus **P A T P E Ω N .** *Mindius Proconsul Patrensius.*

Κ Λ Α Τ ΔΙΟΥ . P O T Φ Ο Υ . A N Θ Y P A T O U . P A T P Ω N , ex Occone. *Claudio Rufo Proconsule, Patrum.* Sed habet idem Occo, pag. 135. nummum alterum, **N E P Ω N I P A T P Ω N I** inscriptum, ut quidem ait, cum nullus dubitem, quin legi **P A T P Ω N** oporteat, & ad Patrenses referri. Quanquam nec sum nescius occurrere hanc quoque vocem in vetustis lapidibus, uti apud Gruterum, pag. 1094. 5. **T O N . E A T T O U . P A T P Ω N A .**

P A T P E Ω N , apud Goltzium in Græcia, Tab. ix.

K I M Ω N . A P C H P A T P E Ω N , mendose, apud eundem Goltzium, pro **A P O H P A T P E Ω N ,** *Aroë Patrensius*, uti nos Luteciam Parisiorum dicimus. Sic antea vidimus, **K I B Ω T O C . A P A M E Ω N .** Vox prior **K I M Ω N ,** appellatio Prætoris est, vel Præfecti urbi. Est in hoc utroque Goltziano numismate insculpta Pallas, cum hasta & clypeo, appositaque noctua. Pau-

fanias, in Achaicis, pag. 226. ubi de fanis Patrensiū: Καὶ Ἀθηνᾶς ναὸς, inquit, ἐπίκλητον Παναχαιῶδος ἐλέφαντος τὸ ἄγαλμα καὶ χρυσός. Minervae etiam ades est cognomento Panachaëdis: cuius signum ex ebore & auro. In superficie nummi altera heroëm Patreum oppidi conditorem expressum, haud temere arbitramur: De quo Pausanias uberius, loco cit.

ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. Antonini Pii, M. Aurelii, ac L. Veri numimi, in Gaza Regia. Ptolemæo, lib. 111. cap. xi. Παυταλία in Thracia est. Stephano quoque: Παυταλίχ, μοῖρα Θράκης. τὸ ἔθνικόν, Παυταλιώτης. Scribe, Παυταλία, & Παυταλιώτης. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 25. Daciæ mediterraneæ adscribitur, Ἐπαρχία Δακίας μεσογείου.. Παυταλία.

ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΔΙΟΥ. ΑΝΤΙΚΟΥ. ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΑΝ. Ηγεμόνιθ Γαργιλίου Αὐληος. Παυταλιωτῶν. *Præfecto G. Irgilio Antico. Pauntaliotarum.* Antonini Pii nummus e Cimelio Regio. Occurrit porro ejus Præfecti nomen & in nummis ΦΙΑΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, ut suo loco dicemus, quod idem forte Præfectus Thraciæ tum & Daciæ foret.

ΠΑΥΤΑΛΙΑΣ ΟΥΛΑΠΙΑΣ. In nummis M. Aurelii, Faustinæ conjugis, Commodi, Caracallæ. Ab Ulio Trajano cognomen traxit. In his fere serpens pluribus spiris involuitur, Aesculapii typus, aut Bacchi, ut diximus, verbo ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. In Faustinæ nummo, apud Tristianum, tom. i. pag. 670. Hygia ipsa, sive Salus, Aesculapii filia, serpentem pascit. In M. Aurelii, fluvius cum arundine, & oleæ ramo. In Severi, Aquila globo insidet: &c.

ΗΓΕ. Μ. ΤΟΥΛΛΙΟΥ. ΜΑΞΙΜΟΥ. ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. *Præfecto M. Tullio Maximo.* Nummus L. Veri, in eodem Cimelio. Et hujus Præfecti nomen occurrit in nummis Trajanæ Augustæ, de qua nos inferius suo loco.

ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. ΗΓΕΜΟΝ. Ηγεμονία. *Præfectora Pauntaliotarum.* Severi nummus e Cimelio Regio. **ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ.** Getæ nummus, e Gaza Regia:

quo in nummo Mercurius arieti insidet. Id cuius rei symbolum sit, superius docuimus. Est ejusdem Principis ibidem alter, in quo calathus frugum ac fructuum plenus insculptus: agri ejus ubertatis index. Tertius rursum, in quo uva.

PAX. IVLIA, in Lusitania.

COL. PAX. IVLIA. Galbae nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Plinio, lib. iv. sect. xxxv. *Colonia Pacensis*. Vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. **CCLXI. 9.**

L. AELIO. AVRELIO. COMMODO.

IMP. CAES. AELII. HADRIANI.

ANTONINI. AVG. PII. P. FILIO.

COL. PAX. IVLIA.

Hodie *Beja*. Ulpianus, lib. l. Dig. tit. xv. de censibus: *In Lusitania Pacenses... juris Italici sunt*. Vide plura in Plinianis Notis.

ΠΑΦΙΩΝ. Nummi Goltziani, cum Veneris capite, & Cupidinis *ποζότου* effigie, vel Paphia Veneris fano. Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Nea Paphos*, *Palæopaphos*. Stephano: Πάφος, πόλις Κύπρου. οἱ παλῖται, Πάφοι. De Paphia Veneris æde idem Plinius, lib. ii. sect. **xcvii.** Celebre fanum habet Veneris *Paphos*, in cuius quandam aram non impluit. In libris ante nos editis *aream* legebatur, quam vocem & Regius uterque codex agnoscit. At Chiffletianus, *aram*: quod arrider magis, vel eo nomine, quod Tacitus lib. ii. histor. pag. 34. templum Veneris Paphia describens, *Sanguinem aræ*, inquit, *effundere vetitum: precibus & igne puro altaria adolentur, nec ullis imbris, quamquam in aperto, madescunt*. Vide **ΚΥΠΡΙΩΝ**.

ΠΑΦΗ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Vide **ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ**, & **ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ**, & **ΣΑΛΑΜΙΝΩΝ**.

ΠΕΛΙΝΝΑΙΩΝ. E Museo nostro. Plinio, lib. iv. sect. xv. *Pelinna*. Stephano: Πέλινα, πόλις Θεσσαλίας, &c. Est & alter simili epigraphe, in Cimelio Regio, cum noctuæ effigie urnæ insidentis, & capite Palladis galato, ex parte aversa.

PELLA.

COL. IVL. AVG. PELLA. Hadriani nummus, apud Patin. pag. 193. nunc Cimelii Regii.

COL. AVG. PELLA. Alexandri Severi, & Gordiani junioris nummi. Plinio, lib. i v. sect. xvii. *Pella colonia*, in Macedonia. Vetus Macedonum regia. Hodie τὰ Παλαπίσια, hoc est, *parva palatia*.

ΠΕΛ. ΠΕΛΑΗΣ, & ΑΥΓ. ΠΕΛΑΗΣ, in Græciæ nummis, apud Goltzium, Tab. xxii. & xxiii. In his Apollo, cum Pallade: aut bovis pascentis effigies.

ΠΕΠΑΡΗΘΩΝ. Nummus Augusti, quem vidimus. Sunt & apud Goltzium ita inscripti, Tab. xiii. insularum Græciæ. In his Juppiter insculptus, & Io in vaccam mutata, ceteraque qualia ab Hygino describuntur, fab. cxlv. *Ex Inacho & Argia, Io. Hanc Iuppiter dilectam compressit, & in vacce figuram convertit, ne Iuno eam cognosceret &c.* Plinio, lib. i v. sect. xxiii. *Peparethos insula cum oppido, quondam Euenos dicta*, hoc est, vino fertilis. Heraclides, lib. de Politiis: Πεπάρηθος . . . αὕτη ἡ ρῆσσα ἐνοιός ἔστι καὶ θέρεμφος. Stephano: Πεπάρηθος . . . ὁ πολίτης, Πεπαρήθος. Hodie *Piperi* in Aegæo mari. Vide plura in Plinianis notis.

PERGA Pamphyliæ.

ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Claudii, Hadriani, & Antonini.

DIANA. PERG. S. C. COS. III. Nervæ nummus, quem Occo, pag. 190. *Diana Pergamenorum* male interpretatur, pro *Diana Pergensi*, cuius templum in eo nummo exhibetur. Est & Trajani alter apud Patinum in Thesauro, pag. 64. Vide Strabonem, lib. xiv. pag. 667. Τὸ δὲ Περγαῖας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, καὶ ταῦτας κατὰ ἔτος συτελεῖται. Tullius, i. in Verr. *Pergæ fanum antiquissimum & sanctissimum scimus esse.*

ΠΕΡΓΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Hadriani, e Cimelio Regio. Mulier sedens trophyum gestat.

ΠΕΡΓΑΙΕΩΝ. ΕΠΙ. ΦΛΑΟΥΙΩ. ΤΟ. Β. Hadriani nummus, apud Sponium, libro inscripto Gallice, *Recherches d'Antiquité*, pag. 533. cum Telephori effi-

gie. Sed legisse eum haud dubie in eo nummo oportuit, ΠΕΡΓΑΜΗΝ. vel ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΕΠΙ. ΦΛΑΟΥΤΙΟΥ. ΤΟ. Β. *Pergamenorum, sub Fluvio iterum* urbis Prætore. Telephorum enim peculiarem Pergamenorum Deum fuisse, ex his quæ proxime dicturi sumus, palam erit: in Pergensium nummis ejus Dei nunquam, quos quidem viderim, impressa effigies: in Pergamenorum nummis, frequens.

ΠΕΡΓΑΕΩΝ. Antonini Pii.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Severi, Caracallæ, Getæ, Maximini, ac Philippi filii numismata. Plinio, lib. v. sect. xxvi. Stephano: Πέργη, πόλις Περγαμού. τὸ ἔθνος, Περγαῖος.

ΠΕΡΓΑΙΑΣ. ΑΡΤΕΜΙΔΟC. ΑCYΛΟΥ. *Pergensis Diana, inviolata.* Nummus Gordiani junioris, ε Cimelio Regio.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑCYΛΟΝ ΙΕΡΟΝ. *Pergensium Neocororum inviolatum templum.* Apud Spanhemium, lib. de usu numism. pag. 782 Jus asyli templo concessum hi nummi admonent. De eo jure nos supra.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. ΣΙΔΗΤΩΝ. Vide ΣΙΔΗΤΩΝ.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΠΕΡΓΑΜΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. Augusti nummus ε Gaza Regia. In averfa parte, ΚΑΙ ΣΑΡΑ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Concordiam Pergamenorum cum Sardianis hic nummus Augusti indicat, apud Patinum, pag. 53. In parte averfa ejus nummi templum exstat, cum epigraphe, ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΚΕΦΑΛΙΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΩΝ. *Augustum. Cephalion Scriba.* Ex quo haud temere suspicamur & subsequentem nummum, quanquam alio Principe cusum, non ad Pergenses, sed ad Pergamenos spectare, quod ejusdem gentis ac nominis Prætoris exhibit. Ædem Augusto sitam apud Pergamenos Tacitus commemorat, lib. i v. Annal.

ΤΡΑΙΑΝΟC. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΦΙΛΙΟC. ΖΕΥC.

Trajanus. Pergamenorum Amicus Iuppiter. Jovis Amici

sedentis in templo, & Trajani stantis effigies. Quo habitu æquus ac benevolus Juppiter indicatur. De Jove Philio Plato in Phædro, & alibi Lucianus, Apuleius, ceteri. E Gaza Regia. Stephano: Πέργαμος... ὁ πολίτης, Πέργαμινός. In Mysia. Nunc quoque Pergamo.

ΠΕΡΓΑ. СТРА. КЕΦΑΛΙΩΝ ΤΟ. В. Περγαμινδ, Σηραπιοῦ Κεφαλίων Θ τὸ β. *Pergamenorum*, *Prætore Cephalione iterum*. Hadriani nummus ex eodem Cimelio, cum Telesphori Dei effigie. Evamierionem quendam a Pergamenis Telesphorum appellatum esse, divinosque ei honores habitos, Pausanias auctor est, in Corinth. seu lib. 11. pag. 54. 'Ευαριστῶν ἡ ὁστὴ θεῶν σι... τὸν Εὐαριστῶν πόλιον Περγαμινοὶ Τελεσφόρου μαρτύματος ὄνομα ζουσιν. Tergemino huic Deo devoutam in primis fuisse Pergamenorum civitatem, docet omnino vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. MLXXIII. 5. ex Sirmondi nostri schedis:

ΑΣΚΛΗΠΙΩ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩ
ΥΓΕΙΑ
ΤΕΛΕΣΦΟΡΙΩΝΙ
ΘΕΟΙΣ
ΣΩΤΗΡΣΙ
ΠΟΛΙΣ.

Occurrunt & ii Dii tres in Apamensium Phrygiæ numero, ut vidimus. Meminit Aristides, tom. 1. pag. 589. tripodis, cui imagines sacræ tres impositæ, singulis pedibus singulæ: prima Ἀσκληπιος, Ἡγιας altera, tertia Τελεσφόρου. Aram templumque cum effigie Telesphori Dei, Commodi nummus exhibet, apud Tristanum, tom. 1. pag. 735. Nummum Hadriani alterum, quem Sponius Pergensibus adscripsit, ut superius monuimus obiter, huc quoque referendum putamus.

ΚΟΡΩΝΙC. ΕΠΙ. СТР. ΠΟΛΛΙΩΝΟC. ΠΕΡΓΑ.
Sabinæ nummus, quem sic interpretamur: Κορωνίς.
'Επὶ Σηραπιοῦ Πολλίων Θ. Περγαμινδ. Coronis. Sub
Prætore Pollione. Pergamenorum. Non Aesculapium solum, aut Hygiam Aesculapii filiam Pergameni coluere,

uti ex nummis supra commemoratis, aliisque, liquet: sed & Aesculapii matrem, quæ Κορωνίς est appellata, ut auctor est Lucianus in Pseudomanti, pag. 480. & Pausanias in Corinth. seu lib. 11. operis sui, pag. 68. Κορωνίδα κύνη στον Ἀσκληπιόν, &c. Arnobius item, lib. viii. & alii. Quare in nummo eo, in quo explanando nunc sumus, Aesculapii ipsius est insculpta effigies, cum baculo & serpente. Est autem Praetor is ipse, cui inferius Aelii praenomen fuisset ex Antonini Pii nummo videbimus. Affert hunc nummum Spanhemius, pag. 83. sed mutilum, atque ea voce diminutum KOPΩNIC.

ΕΠΙ. СТР. ΚΟΥΑΡΤΟΥ. ΠΕΡΓΑ. ТО. В. Sub Praetore *Quarto Pergamenorum iterum*. Antonini Pii, ex eodem Cimelio, & Museo nostro. Aesculapius stans. Hujus Dei cultum ad Pergamenos quis primum detulerit, disce ex Pausania, in Corinthiacis, pag. 69. Vide & Eliac. prior. pag. 160.

ΕΠΙ. СТР. АΙ. ΠΟΛΛΙ. АСИ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. 'Επὶ φρατηρὸς Αἰλίου Πολλίωνθος Ἀσιάρχου, Περγαμηνῶν. Sub Praetore Aelio Pollio Asiarcha, Pergamenorum. Antonini Pii, ex eadem Gaza. Stant in eo nummo Aesculapius & Hygia.

ΕΠΙ. СТР. АΙ. ΠΟΛΛΑ. ΠΕΡΓΑΜΗ. Faustinæ junioris, e Cimelio Regio. Exhibit hic nummus serpentem aræ impositum, Aesculapii symbolum. Nullus dum fere incidit in manus nostras nummus Pergamenorum, quin hujus Dei, Hygiæve effigiem, vel symbolum præferret. Fuere nihilominus, ut aliarum civitatum, sic & Pergamenorum, Dii alii Praefides & Custodes: in primisque Apollo qui a puerorum elegante forma Callitecnus vocatur ab Aristide, Sacr. serm. 11. pag. 519. ὁ Καλλίτεχνος καλούμενος εὐ Περγάμῳ Ἀπόλλων, sed Καλλίτεχνος verius forte legas.

ΕΠΙ. СТРА. ΚΑΛΛΙΣΤΕΟ. ΣΕΛΕΙΝΟΣ. ΚΗΤΕΙΟΣ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. В. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. 'Επὶ φρατηρὸς Καλλιστέους Σελεινὸς, Κῆτειος. Περγαμηνῶν Δῖς Νεωκόρων. Sub Praetore Callisteo, Selinus, Cetius. Pergamenorum bis Neocororum. M. Aurelii nummus, apud

Spanhem. pag. 485. & apud Tristanum, sed mendose, pag. 641. Denique & apud Sponium in Itin. Athen. Plinius, lib. v. sect. xxxiiii. *Pergamum interne it Selinus, praefuit Cetius, &c.* In eo nummo stat *Aesculapius*, inter fluvios geminos, quos & nummus appellat, & Plinius. Sed miror Caicum prætermissum, amnem nobilem, qui Pergamum præterfluit, teste Strabone, lib. xv. pag. 634.

ΑΥΓ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μέρκος Αὐρηλίος Ἀντάνεινος. Caracalla nummus. **ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΟΛΥΜΠΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΕΠ. ΣΤ. ΙΟΥ. ΜΑΡΚΟΥ.** Περγαμῖνων Ολυμπία, Πύθια. 'Επι τραπηδίουλίνου Μέρκου. *Sub Praetore Julio Marco.*

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΔΙC. Λ. ΑΥΡΗ. ΑΡΧΕΛΑΟΣ. In ima nummi parte, ΝΕΩΚΟ. *Pergamenorum bis Neocororum.* L. Aurelius Archelaus, vel Praetor, vel sacrorum Praeses. L. Veri nummus, in quo *Aesculapius* & Hygia, apud Platinum in Thesauro, pag. cxi.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. In Commodo nummo Juppiter curru vehitur juncto Centauris duobus, ac Diana Ephesiæ simulacrum manu gestat. Apud Sponium, in Itiner. Athen.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Commodo nummus, qui Telephorum stantem in ædicula exhibit, e Museo nostro.

ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Commodo nummus, e Gaza Regia, in quo stant *Aesculapius*, & Hygia.

ΕΠΙ. ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ. ΚΟΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΚΑΙ. ΕΦΕΣΙΩΝ. Eiusdem Commodo, e Gaza pariter Regia. *Sub Praetore Quintiliano, Pergamenorum & Ephesorum*, subintellige, concordia. Stant in eo nummo viri duo, quorum alter *Aesculapii*, Pergamenorum Dei: Diana alter Ephesiæ simulacrum gerit. Legit hunc nummum infeliciter Josephus Monterchius, in Nummis selectis Emin. Card. Carpegnæ: ΕΠΙ. ΣΤΡ. Π. ΛΙΠΙΟΥ. ΚΟΙΝΟΝ. ΟΜΟ. **ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΚΑΙ. ΕΦΕΣΙΩΝ.** *Sub Praetore P. Lipio. Communitas Concordia Pergamenorum & Ephesorum.*

Ephesorum. Quis aliquando Lipiae gentis nomen inaudiebat? Quis KOINON & OMO. in eodem coniunctum nummo vidit?

ΕΠΙ. СТР. ΙΟΥΛ. ΑΝΘΙΜΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ. vel TRIC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Praetore Julio Anthimo, Pergamenorum qui primi omnium ter Neocori. ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.* E Cimelio Regio. AEsculapii, & Hygieæ stantis effigies. Apud Occonem sic deformatus hic nummus exstat: **ΕΠΙ-СТР....ΚΛ ΑΙΣΙМОΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.**

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗ. ΟΜΟΝΟΙΑ. ΕΠ. ΓΕΜΙΝΟΥ. *Smyrnæorum & Pergamenorum concordia, sub Geminō Prætore. Caracallæ, ex eodem Cimelio. Acceptum a Pergamenis cultum AEsculapii Smyrnæos pariter tenuisse, & sacra communia, auctor est Pauſan. in Corinth. pag. 69.*

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ТРИС. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Alii, **ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ,** quod idem est, *Pergamenorum qui primi tertio Neocori fuere, hoc est, qui primi, a tota Provinciæ Communitate delecti, ludos & sacra fecere tertium in illo tractu, pro salute Principis. Caracallæ nummi, Herennii Etrusci, Valeriani, & Gallieni, cum AEsculapii effigie in templo: e Cimelio Regio. Vel fortassis istud ΠΡΩΤΩΝ, prærogativam ejus civitatis significat, quod totius circumiacentis tractus jurisdictionem obtineret. Plinius, lib. v. sect. x x i i i. Pergamum..... Pergamena vocatur ejus tractus jurisdictione. Vide quæ diximus in nummis ΑΜΑΣΕΙΑC. In Caracallæ nummo, apud Patinum in Thesauro, pag. ii8. additur Prætoris nomen ΑΤΤΑΛΟΥ. Et in fronte tergeminæ ædis in eo nummo insculptæ, ΑΤΡ. ΑΝ. ΣΕΒ. Ἀυρήλιος Ἀντωνῖνος Σεβαστός.*

ΕΠΙ. СТР. М. ΚΑΠΙΤΩΝΟС. ΑΤΤΑΛΟΥ. **ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.** Ἐπὶ τραπηδὶ Καπίτωνος Ἀθέλων, Περγαμηνὸν τράπεζαν Neocoros. *Sub Praetore Capitone Attali F. Pergamenorum qui primi ter Neocori fuerunt. Caracallæ*

NUMMI ANTIQUI

nummus, in quo templo terna: medium ex iis Jupi-
ter obtinet, apicemque templi litteræ duæ Δ N. quas
Tristanus, tom. I. pag. 211. haud feliciter, ut remur,
explicat, Διὸς ράδος, Iovis templum: cum, uti in superio-
re nummo diximus, A N. legi ibi oportuerit: adjectis
que voculis quæ sunt isti utrinque appositæ, legi in
plenum necesse sit, A Y P. A N. CEB.

ΕΠΙ. ΚΑΙΡΕΑ. ΑΤΤΑΛΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

Sub Chærea Attali F. Pergamenorum. Tempa tria in
Caracallæ nummo, apud Sponium, in Itiner. Athen.
Tribus Augustis ea tempa nimirum dicata a Perga-
menis, Severo, ac liberis, Caracallæ & Getæ. Vide-
tur idem esse qui a Patino in Thesauro affertur, pag.
118. ut diximus: ac Prætoris nomen illud integrum,
Chæreas Capito Attali F. fuisse.

ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΓΛΥΚΩΝΟΣ ΘΕΟΔΟΤΟΥ. ΠΕΡ-

ΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub*
Prætore Glycone Theodoto. (Tristanus perperam ΘΕΟ-
ΔΟΤΟΥ legit, tom. II. pag. 652. quod mendum &
alibi jam ante notauimus.) *Pergamenorum, qui primi*
ex Asia sub Decio Neocori fuere. Decii hic nummus
est: in quo Æsculapius Pergamenorum Deus, & Ju-
no velata.

CEBACTH. IEP. ACT. NATAPXI. Scripta hæc
de more in nummi ambitu: in medio deinde ista:

Π	Δ
Ε	Ε
Ρ	Τ

Æsculapius, cum baculo ac serpente, Deoque Telef-
phoro, mediani nummi aream paginamve obtinet: lit-
teris iis, quas modo attulimus, utrique Æsculapii la-
teri appositis. Monet autem haud dubie Numen illud
utrumque, cuius sub tutela Pergameni fuere, horum
hunc esse nummum, quem sic proinde legi jubemus.
Πέργαμος Σεβαστὴ ἵερα ἀσυλίᾳ νωραρχής. Δημαρχεῖς
Ἐξσοῖς Τείτον, vel Τείταρτον. *Pergamus Augusta Sa-*
cra Inviolata Clasica. Tribunicie Potestatis III. vel
IV. Quæ postremæ voces cum iis connectendæ sunt,

quæ in antica nummi pagina leguntur : ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πολιπλίθης Λικίνιος Οὐαλεριανός. *Imp. Caesar P. Licinius Valerianus, Trib. Pot. &c.* Est in Cimelio Regio. Literis iis Δ. Ε. significari Tribuniciam potestatem, jam in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ vidimus. Sic in nummo Apamensium suo loco vidimus, ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Δ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ. De vocis *Classicae* significatu, in nummis ΔΩΡΩΝ. De jure sacri & augusti soli, in nummis ΑΔΜΕΔΕΡΩΝ. Ex quibus haud pœnitenda, uti remur, conjectura efficiamus, Crispinæ nummum, ex eadem Gaza, quanquam Ephesiorum nomen absit, cūsum tamen Ephesi fuisse, quod Diana Ephesiae iconem præ se fert, cum ea epigraphe, ΣΕΒΙΕΡ. ΑΓΤ. ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥ. ΕΛΕΥΘΕΡΑ. Σεβαστὴ εὐρὺ ἀσύλος αὐτονόμος Ναυαρχὸς ἐλεύθερος. Augusti Sacra Inviolata, suis utens legibus, *Classica*, liber. Ex parte altera, ΚΡΙΣΠΕΙΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΑΝ, Crispinam Augustam, libintelige, Ephesii coluere, ut monuimus alias. Jam superius ex Goltzio vidimus Ephesum εὐρὺ καὶ αὐτονόμον appellari, in Vespasiani nummo.

ΠΕΡΓΑΜΟC. ΚΤΙСΤΗC. *Pergamus conditor.* In Cimelio Regio.

ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. Ex parte altera : ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΕΠΙΣΤΡΑ. Γ. ΠΟΛΛΙΩΝΟC. In medio ΠΑΦΙΑ, cum templo Veneris : quo, uti ad Sardianos, quibuscum iniere concordiam, sic etiam ad Pergamenos transisse cultum Veneris Paphiæ indicatur. Ἐπὶ τραπέζῃ Γαῖην Πολλίωνος. Est apud Spanheimum, pag. 479. Similis huic est nummus Salaminiorum, de quo inferius. De Eurypylo multa Pausanias, in Achaïcis, pag. 225. Hujus regna vicina fuisse Caïco amni, juxta quem Pergamum fuit, auctor est Strabo, lib. xiii. pag. 616.

ΠΕΡ. ΝΕΙΚΑΕΩΝ. ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ. Vide ΝΙΚΑΕΩΝ.
ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ.

ΕΦΕ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Vide ΕΦΕΙΩΝ.
D D d ij

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΑΣΙΑC. Spanhem;
lib. de usu Numism. pag. 884.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΔΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Museo
S. Genovefæ. Herculis clava. Ex parte altera : ΙΩ-
ΝΩΝ. ΤΟΝ. ΚΤΙCΤΗΝ, caput Herculis. *Perinthiorum bis Neocororum, Ionum: Conditorem suum Her-
culem colunt. Ab Hercule conditam fuisse, auctor est
Ammianus, lib. xxii. unde & Heraclea Thraciæ di-
cta est: ut diximus, verbo HERACLEA Thraciæ: &
Ηερκλεα Πέιριθος, apud Balsamonem. Unde & in num-
mo ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ apud Goltzium, in vetere Græ-
cia, tab. xxvi. Hercules depictus, clavæ innititur,
Tab. xxvi. Hodie Pantiro. Iones in Thracia fuisse
Stephanus, verbo Απολλωνία: Perinthi, quæ urbs Thra-
ciæ est, nummus iste admonet: & alii mox appellandi.*

ΠΕ. Flos cum spicis. Πέιριθος. Ex parte altera, ΠΟΠ-
ΠΑΙΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. Apud Platinum, in Sueton.
pag. 316.

ΝΕΡΟΥΑΝ. ΘΕΟΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.
Trajani nummus. *Perinthiorum, qui Nervam Deum
Augustum colunt.*

ΣΕΥΗΡΕΙΑ. ΠΡΩΤΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Urna men-
ſæ imposta. *Severiana Prima Perinthiorum. Certamina
videlicet in gratiam Severi primum edita. Ex parte al-
tera. ΑΥ. Κ. Λ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟΣ. Π. Αὐτοκρά-
τωρ Καῖσαρ Λουύκιος Σεπτίμιος Σεύηρος Πτος.*

ΑΚΤΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.
Severi nummus, e Cimelio Regio. Actia certamina in
honorem Actii Apollinis edi solita, ut Pythia Pythii,
illa quinquennalia, ista novennalia, notiora sunt quam
ut explicatu egeant. Ea a Perinthiis exhibita in gra-
tiam Severi, nummus dicitur.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Severi, Caracallæ,
ac Getæ nummi, in quibus insculpta navis cum velis,
Perinthiorum olim, & Tarsensium, insigne.

ΕΠΙΔΗΜΙΑ Β. ΣΕΥΗΡΟΥ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.
ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Adventus secundus Severi. Perinthiis*

Neocoris. Prisorum hac opinio fuit, certis diebus Deos commicare in civitates sibi acceptas, easque Ἐπιδημίας θεού appellabant. Sic apud Delios & Milesios adventus Apollinis colebatur: apud Argivos, Diana: ut scribit Menander Rhetor, in cap. de hymnis Σπουργεπλικοῖς. Aristides in Panathenaïco: Πότερον τὰς θεοὺς Ἐπιδημίας εἴποι τις. Dio Chrysostomus, orat. quæ Tar-sica i. inscribitur, pag. 408. Φασὶ δὲ οἰκισάς ἡρωας ή̄ θεοὺς πολλάκις Ἐπιδημέοντες τὰς αὐτῶν πόλεις, τοῖς δὲ λλοις ὄντας ἀφαιεῖς, εἰς τὸ θυσίας καὶ ποινὴς ἑορταῖς δικυοτελέσσιν &c. *Aiunt conditores heroas vel Deos s̄a penumero suas ipsorum adire civitates, non conspicuos aliis, ad sacrificia, & ad quosdam festos toti populo dies, &c.* De hujusmodi Deorum adventu passim Poëtæ loquuntur. Maro præsertim, lib. i v. Aeneid.

*Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluente
Deserit, ac Delum maternam invicit Apollo.*

Id causæ est, cur & in nummis Imperatorum passim inscribatur A D V E N T V S A V G V S T I, sedente ex equo Principe, manumque dexteram protendente, ac spem pacis eo habitu ostentante: quod in Severi ipsius nummis s̄aepius a nobis inspectum, quibus hæc adjecta epigraphe, A D V E N T V I. A V G. F E-
L I C I S S I M O. Sic & Paulum Apostolum Roma Tarsum invisere, sub diem ejus festum, dixit Basilius Seleuciensis, lib. ii. de Thecla, cap. x. Perinthios vero in Severi semper partibus stetisse, etiam dum Byzantii a Nigro starent, Spartanus in Severo innuit, pag. 67. Ad eos se contulisse invisendi causa Severum semel iterumque, hic nummus docet.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Caracallæ nummus, quo triumphali ipse curru vehitur, Apolline pone au-rigante: quanquam aliter Tristanus explanare nititur, tom. ii. pag. 188.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ejusdem Caracallæ, cum Serapidis effigie, qualis a Macrobio depingitur, hoc est, cum calatho supra caput: nam & ρχλαγής Artemidorus vocat, lib. v. Onirocr. E Cimelio Regio,

ΕΠΙ ΜΕΝΕΚΛΕΟΥΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Caracallæ , apud Sponium , in Itiner. Athen. *Sub Menecle Prætore : Smyrnæorum Perinthiorum, concordia.* Est alter huic plane similis , Gordiani principatu cufus , apud Erizzo , pag. 515. Amazone turrita cum bipenni , Smyrnam : turrita pariter muliere altera cum temone navis & prora , Perinthum signante. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. ΕΠΙ. ΜΕΝΕΚΛΕΟΥΣ. Quas voices ille perperam legit , ΕΠΙ ΜΕΝΕΚΑ... interpretaturque , ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ. ΜΕΝΕΚΑΙΟΥ.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. G. tæ nummus , apud Patinum in Thesauro , pag. 120. in quo Hercules Diomedis equos conficit. Declarat ejus nummi epigraphe , ut ex iis palam est , quæ paulo mox dicemus , Philadelphenses ludos a Perinthiis editos in Getæ & Caracallæ gratiam.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Getæ nummus , in quo vas insculptum , malis refertum , cum hac epigraphe ΠΥΘΙΑ , ut ea præmia Pythii certaminis fuissent intelligas: quod & scriptores antiqui testantur , quos appellavimus in nummis ΘΕΕΚΑΛΩΝΙΚΕΩΝ.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mensa , cui urna imposita. Urnæ inscripta vox ΠΥΘΙΑ. In altero Cesares duo , Geta & Antoninus togati stant. Uterque e Cimelio Regio. A fratribus concordia , Caracallæ & Getæ , qui filii Severi Imp. nomen hac certamina habuere , φιλαδελφεια . Nec a Perinthiis modo , sed & a Nicæensibus , in eo nummo : ΣΕΟΥΗΡΕΙΑ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. NIKAIEΩΝ. Sic Constantiopolis locus fuit , quum Philadelphium dixerit , a Constantii & Constantis fratribus se se invicem salutantium statuis ibidem erectis. Vide Codinum , in Orig. Non erit autem abs re , opinor , aperire obiter quid illud sit , quod in Conc. Ephesino , pag. 681. ubi subscriptiones exstant Quartodecimanorum , eæ sic leguntur : Εὐγένιος Φιλαδελφειος , Φωτῖος λάζιος ; Φιλαδελφειος , Φλειαος Νυμφιδηρος Φιλαδελφειος Σχολασικος , Πολυζόριος .

Φιλαδέλφους Βουλαρτής, Εὐγένιος Μαρκέλλου Φιλαδέλφους
χευστοχόος. Latina versio Marii Mercatoris, in nova
Colleccióne Conciliorum, per V. Cl. Baluzium edita,
pag. 621. & 622. habet, *Eugenius Disphiladelpheus*,
Faustinus laicus Disphiladelphius, *Nymphydianus Dis-*
philadelphius. Quin & Græca paulo post in editione
Labbeana, Εὐτύχιος Διφιλαδέλφους, ubi idem Merca-
tor, *Eutychius Disphiladelphius*: versio antiqua, per
Philadelphum, absone: versio Concilii Calched. act. i.
pag. 295. præfert ubique *Secundæ Philadelphiæ*, haud
magis acute. Nos ea de re ab amico viro consulti, au-
gurabamur legi haud dubie oportere, tum in Græco
contextu, δις Φιλαδέλφους, tum in Latino, bis *Philadelphus*: nec oppidi nomen, sed certaminis, & qui-
dem litterarii, ut opinor, hac voce signari: bis Phila-
delphium autem appellari, qui hoc genere bis viciasset:
hunc Φιλαδέλφεα a Φιλαδέλφους, ut a γαδίς γαδία
nuncupari. Certamen poëticum certe Smyrnæ fuisse,
testis est Aristides, tom. i. sacr. serm. i. pag. 495. ἐδό-
κει μοι Μητρόδωρος ὁ ποιητὴς ἀγωνίζεσθαι ἐν Σμύρνῃ τὸν τρίτῳ
ποιητῶν ἀγῶνα. Et Pythicas quoque palmas de tibiarum
cantu, Pausanias lib. x. sive in Phocicis, pag. 322. Et
ἄθλα Μουσικῆς idem, lib. ix. in Bœoticis, pag. 305.
Denique ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΑ ipsa certamina, de qui-
bus alibi egimus, rhapsodorum fuere, ceterarumque
humanitatis artium, teste Platone, in Ione. ΣΩ. Πό-
ρος ταντοῦ νῦν ἐπιδεδίμηντος; ή ὁ πόρος, ἐξ Ἐφέσου; ΙΩΝ.
Οὐδαμῶς, ὡς Σάκρατες, ἀλλ' ἐξ Ἐπιδάμνου, ἐκ τῆς Ασκλη-
πιάς. ΣΩ. Μάντις ἢ ράψαδῶν ἀγῶνα τέθεισι τῷ θεῷ οἱ Ἐπι-
δαύριοι; ΙΩΝ. Πάλιν γε, ἢ τὸ ἄλλον γε Μουσικῆς. Quid sit
Græcis μουσικὴ, in Notis ad Themistium diximus. Nitit-
tur, ut appareret, nummorum eorum auctoritate, in quibus
explanandis sumus, conjectura hæc haud pœnitenda.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΙΩΝΩΝ. ΔΙΚ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.
Alexandri Severi, e Gaza Regia: quo in nummo Ce-
res sedet: iterumque, ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΔΙΚ. ΝΕΩ-
ΚΟΡΩΝ, in quo Bacchus stat: eodem Augusto cu-
sus, ex ea ipsa Gaza.

ΗΓΕΜΟΝΙΑ. ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. E Museo nostro nummus æreus, mole perexiguus, forma & arte non inelegans, signatus utraque ex parte, hinc Genii popularis capite, hinc uva prægrandi: qua designatur ubertas vini: cuiusmodi ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, ΚΝΙΔΙΩΝ, ΘΑΣΙΩΝ, nūmmos alios videmus, racemis pariter eandem ob causam, & Bacchi capite, vel tota figura insignes. Ηγεμονία Περπερωνή. Erat hæc ηγεμονία δικηγοριου, judicialis præfectura, de qua Suidas & Harporation: quo convenire proximi pagi juris dicundi causa solerent. Festus: *Præfecturæ ex appellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinae agebantur, & erat quædam earum Respublica: &c.* Hinc *Præfectura Perperenorum.* Plinio, lib. v. seet. xxxii. *Perperene civitas, &c.. in Aëlide.* Apud Ptolemæum in Lydia ponitur, lib. v. cap. 11. Τερμέρη, pro Περπέρη, ut recte Sirmondus noster admonuit, in eo libello qui *Antitristanus II.* inscribitur, pag. 29. In Notitia Ecclæs. pag. 43. Θεοδοσιουπόλις, ἦτοι Περπερην Provinciæ Asiz adjudicatur, Ephesoque metropoli. Similis est & Commodi principis nummus perelegans a Sirmondo nostro in Antitristano delineatus, cum Cupidinis alati effigie, cantharum gestantis, insidentisque pantheræ, quæ sacra Baccho hostia.

ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. Bacchus insculptus, cum urceo & cane, in eo M. Aurelii nummo, cuius ectypum idem Sirmondus noster ex Ligorii Collectaneis in Antitristano II. vulgavit, pag. 27: Epigraphe in ambitu ejusmodi est, perturbata quidem, neque adhuc a quocquam tentata. ΓΛΑΥΚΩΝΟC ΕΤΟΥC ΠΕΡΠΕΡΗ ΑΝΕΘΗΚΕ ΙΕΡΟC ΔΙΑΒΙΟΥ. ΤΩ CEB. nunc primum a nobis sic explanata: Ex inferiore nummi ora, hæc accipienda primum: ΓΛΑΥΚΩΝ. Ο. ΣΕΤΟΥC. ΠΕΡΠΕΡΗ. Ex superiore, ΙΕΡΕΥC ΔΙΑΒΙΟΥ. E latere dextro deinde, ΑΝΕΘΗΚΕ. E sinistro demum, ΤΩ. CEB. Quæ sunt deinde sic εορταζεναι: Γλαύκων ο Σετούς (forte ο Γετού) Περπερη-

Ιερὸς Διὶ θίου ἀνέθηκε τῷ Σελαῖῳ. Glaucon Getæ F. Perperenorum Sacerdos Perpetuus Augusto Posuit. Similis huic est in Smyrnæorum nummo epigraphe, ΣΜΥΡΝΑΙΟΙC ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ. Et quam in nummis ΑΦΡΟΔΙCΙEΩΝ attulimus ex Grutero, pag. CCCXXVII. 7. ΛΕΥΚΙΟΥ. ΠΟΠΙΛΙΟΥ. ΑΥΛΟΥ. ΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΙΕΡΕΩΣ. ΤΩΝ. ΧΑΡΙΤΩΝ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙCΑΡΙ. ΘΕΩΣ. ΣΕΒΑΣΤΩΣ. ΘΕΟΥ. ΤΙΩΝ. L. Popilii Auli F. Apollodori N. Sacerdotis Charitum Perpetui, Imp. Cæsari Deo Augusto, Divi Filio. Διὰ βίου ιερὸς Sacerdos Perpetuus commode redditur, ut Paterculus Archontas Perpetuos interpretatus est, quos Athenienses vocabant "Αρχετας διὰ βίου", ad differentiam annuorum decennaliumque Magistratum. Duo enim genera Sacerdotum ac Pontificum fuere: alii annui, ut mos apud Judæos sub principibus Romanis obtinuit, & apud Gentiles fere omnes: alii fuere perpetui, quos διὰ βίου nuncupabant. Sic vetus inscriptio alia apud Gruterum, p. MXXXIX. 5. ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΛΕΣΒΙΟΙΣ. Et pag. CCCXIII. 10. ΔΗΜΗΤΡΙΟC ΑΡΧΙΕΡΕΥC ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥΓΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. Et Sacerdotes nostri dici commode ιερωμένοι διὰ βίου possint, quod illorum sacerdotium non annum, sed perpetuum sit, instar sacerdotii Christi, qui ut sacræ loquuntur paginae, Sacerdos est in æternum. Sic Arvorum Sacerdotes Romæ fuere Perpetui: *honosque is*, inquit Plinius, lib. XVIII. sect. 11. *non nisi vita finitur*, & *exsules etiam captosque comitatur*. Sic Auguratus & Pontificale sacerdotium perpetua fuere munera, nec nisi cum vita eripi potuerunt. Vide Suetonium in Augusto, cap. XXXI. & Senecam, lib. 1. de Clem. cap. x. Sic demum in Galliæ magistratibus summis, Cancellarii dignitatem, & alias quasdam, similis prærogativa comitatur.

PERSÆ.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS. P. F. AVG. P. M.

Imp. Cæsar M. Julius Philippus Pius Felix Augustus,

E E c.

NUMMI ANTIQUI

Pontifex Maximus. Ex parte aversa, pacis typus, dextra ramum oleæ, hastam puram læva præfert, cum epigraphæ: PAX FVN DATA CVM PER SIS. Apud Patinum in Thesauro, pag. 87. & apud Occonem pag. 441.

ПЕССИНОУНТИОН. M. Aurelii nummi e Gaza Regia. Plinio, lib. v. sect. XLII. *Pessinus.* Stephano: Πεσινούς, πόλις Γαλατίας.... τὸ ἔθνικὸν, Πεσινουάθ. Galatia secundæ, quæ & Salutaris est appellata, metropolis hæc fuit.

ЕПІ. ІОҮЕНТИОУ. КЕЛ. ПЕССИНОУ. *Sub Iuventio Celere*, vel *Celso*, Prætore *Pessinuntiorum*. L. Veri in eadem Gaza. Hercules spoliis innititur.

ВОУАН. ПЕССИНОУНТИОН. Ejusdem Veri nummus pariter in Cimelio Regio, & M. Aurelii apud Occonem, pag. 296. cum turriti capitellis iconæ. *Senatus Pessinuntiorum.*

ПЕТНАІНОН. E Museo nostro. Plinio, lib. III. sect. x v. *Petilia.* Stephano tamen: Πετηλία πόλις Ἰταλική. τὸ ἔθνικὸν, Πετηλιός. Nunc est oppidum *Belcastro*, ut Cluverius censuit, lib. I. Siciliæ antiq. cap. v I. non *Strongili*, ut ex monumentis ibi repertis colligit Gualterus, pag. 145. Hæc enim citra Crotonem est: Petilia in Calabria ulteriore fuit. Vide plura in Notis ad Plinium. Apud Gruterum, pag. 215. R. P. PETILINORVM. *Respublica Petilinorum.*

ПЕТРА. МНТРОПОД. & АДРІАНН. ПЕТРА. МНТРОПОЛАІС. Hadriani nummi e Cimelio Regio. Plinio, lib. VI. sect. XXXII. *Petra*, &c. Tertiae Palæstinae metropolis fuit. Stephanus: Πέτρα, πόλις νῦν δὲ τίτης Παλαιστίνης. Notitia antiqua, pag. 63. Επαρχία Παλαιστίνης γ'. Πέτρα μητρόπολις.

АДРІАНН. ПЕТРА. Severi nummus e Cimelio Regio.

PHARVS.

ISIS FARIA. Helena Juliani uxor, sub Isidis Pharia habitu. Est autem Isis Pharia, sive, ut illis temporibus scripsere, FARIA, (sic enim in nummis ubique &

FOCAS occurrit, non PHOCAS:) est, inquam, Pharia Isis appellata ab Ægypti colonia Pharo; de qui Plinius lib. v. sect. xxxiv. *Insularum ante Asiam primi est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore, ut ferunt, dicti. Altera juncti ponte Alexandriæ, colonia Cæsaris Dictatoris, Pharos: quondam diei navigatione distans ab Ægypto: nunc e turri nocturnis ignibus cursum navium regens. Namque fallacibus vadis Alexandria tribus omnino aditum alveis mari, Stegano, Posideo, Tauro. De Pharia autem Iside Naso, lib. ii. Amor. vers. 7.*

*Isi Paracetonum, genitaliaque arvi Canopi
Quæ colis, & Memphim, palmiferamque Pharon,
Quæque celer Nilus lato delapsus in alveo
Per septem portus in mari exit aquas.*

Fuisse Isis existimat Inachi regis Argivorum filia, in vaccam a Jove mutata: quæ restituta deinde priori formæ Dea facta ab Ægyptiis colebatur: quare juvenca Pharia ab eodem vate vocatur, lib. iii. de arte, vers. 635. Et Papinius, lib. iii. Silvar. ii.

*Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris,
Nunc regina Phari, numenque Orientis anheli,
Excipe multos puppem Mareotida fistro.*

Et fistrum enim manu tenet, in nummis, quod instrumentum esse masicum in sacris ejus Deæ solitum adhiberi, antea monuimus. Vetus inscriptio, apud Gruterum, pag. LXXXV. i.

E I C I Δ I Φ A P I A
E I C I N T H N
E N M E N O Y Θ I
Τ Π E P C o T H P I A C
Τ O Y K Y P I O Y H M a N
A Y T O K P A T O P O C
A N T a N E I N O Y
.....

Deest & vocula hæc ἀρέθηται, posuit, & ejus nomen qui hoc Isidis Pharia simulacrum in eo Ægypti oppido po-
EEc ij

NUMMI ANTIQUI

suit, quod Menuthin appellavere prope Canopum, teste Stephano: *Isidi Phariae Isin in Menuthi, pro salute D. N. Imp. Antonini, Posuit..... In Calendario Colotiano, festum legimus geminum, quorum alterum Martio mensi, Aprili alterum adscribitur: illud, ISIDIS NAVIGIVM: istud, SACRVM PHARIAE, appellatur, propter Isidis nempe errores, dum maritum quereret Osirim. Nec Ethnici vero solum, sed & Judæi festum in Pharo insula agitabant, Philone teste, libro secundo de vita Mosis: quanquam causa dispari, nempe ob redditam ibi Græco sermone Legem. Διὸ γέ μέχει τοῦ ἀρά πᾶν ἐποτὶ γέ πανήγυες ἀγεται καὶ τῶν Φαρεγώντων, εἰς τῷ οὐκ Ιουδαῖοις μόνον &c.*

ΠΗΔΑΣΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΚΑΙ. ΜΑΓΤΑΥΠΙΤΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Domitianus nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Pedasum.* Stephano: *Πήδασα, πόλις Καρίας. γεί Πήδασα, τῷ ἔθνειον.*

PHILIPPI.

C O H. P R A E. P H I L. Tria signa militaria, in Augusti nummo, e Gaza Regia, Museo que nostro, & apud Patinum, pag. 29. *Cohors Praetoriana Philippensis*, ut habet vetus inscriptio in Thesauro Goltzii.

C O L. A V G. I V L. P H I L I P. D I V V S. A V G V S-T V S. Claudi nummus apud Patin. pag. 99. Sunt & Tiberii, ac Domitianus in Gaza Regia. Plinius, lib. i v. sect. xviii. *Philippi colonia*, in Thracia. Hic campi Philippici, ubi Cassius & Brutus devicti. Dio, lib. xlvi. Celsus lib. l. Dig. tit. x v. de censibus: *Colonia Philippensis juris Italici est.*

P H R Y G I A. Vide *ΦΡΥΓΙΩΝ.*

ΠΗΛΟΥ. L. I A. *Πηλουσιωπῶν, λυκαβεῖτος id.* Nummus Hadriani, anno principatus ejus undecimo cusus. E Cimelio Regio. Ammianus, lib. xxii. pag. 233. *In Augustamnica oppidum Pelusium est nobile, quod Pelcas Achillis pater dicitur condidisse.* Plinio, lib. v. sect. x iv. *Pelusium.* Stephano: *Πηλουσιον, πόλις Αιγύπτου.... το!*

Θηριον, Πιλουσιάτης. Spartanus in Hadriano, pag. 7. Per agrata Arabia Pelusium venit, & Pompeii tumulum magnificentius extraxit. In Notitia Ecclesiast. pag. 55. Ἐπαρχία Αὐγουσταμνήχης. Πιλούσιον Μυτόπολις. Provincia Augustamnica. Pelusium Metropolis. Hanc Provinciam alii Augustonicam, Αὐγουστίκην vocant, ab Augusti victoria. Cave porro credas Pelusium oppidum esse, quod nunc Damiatam vocamus. Fuit enim illud ultimo Nili ostio impositum, qua parte Syriam Aramaique spectat, extra Delta: Damiata Tanitico, hoc est, interiori Nili ostio, intraque Delta, apposita.

PEIKENTEΩN. E Thesauro Goltzii, pag. 226. Et e Magna Græcia, tab. xx. In his Juppiter spoliis infidet: aream alteram Palladis galeatae caput obtinet. Plinio, lib. 111. in fine sect. ix. *Picentia*. Stephanus: Πικεντία, πόλις Τυφλίων.... οἱ ἐρωτήτορες Πικεντηνοί. Quin addidit & Πικεντεῖς? Juxta Salernum urbs ea fuit.

PINA. L. IA. Πίραμος πόλις Αἰγύπτου Stephano. Nummus hic Hadriani, e Gaza Regia, anno se undecimo ejus principatus cusum prodit, ut de similibus alibi monuimus.

PIN C V M.

AELIANA. PIN C ENSIA. In laurea. Nummus Hadriani e Cimelio Regio, quo ludi signantur, sive certamina, in gratiam Ælia Hadriani Imp. Pinci edita, quæ urbs Moesiae primæ adscribitur, in Notitia Imperii, sect. xxx. *Cuneus Equitum Constantiacorum, Pinco. Cuneus Equitum Dalmatarum, Pinco.* Πικέντοι sunt Ptolemæo in Moesia superiore, pro Πικέντοι, lib. iii. cap. ix. Ut ceteras imperii provincias, ita Moesiam ab Hadriano lustratam, ejusdem nummi testantur, ADVENTVI AVG. MOESIAE. In ea lustratione certamina Pinci sunt edita: quæ hoc nummo PINCENSIA appellari suboluit ante nos nemini.

PIONITΩN. Nummus Juliae Domnae. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Pionita.* Πιονία Straboni, lib. xiiii. pag. 610. in Æolie, inter Scepsin & Gargara. In Notitia Eccles. Provinciæ Helleponi adscribitur. Apud Occonem,

pag. 367. ΔΟΜΝΑ. ΙΟΥΛΙΑ. ΣΕΟΥΗΡΑ. С Е В.
ΣΥΡΑΥΡΑΣΕΩΝ ΠΙΟΝΙΤΩΝ. pro СТР. АТР.
ΑССЕΩΝ. ΠΙΟΝΙΤΩΝ. *Sub Prætore Aurelio,
Assensium, & Pionitarum concordia.* Sunt enim urbes
finitimæ, Assos, & Poniae.

ΠΙΣΑΥΡΙΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. xxixiv.
Plinio, lib. iii. sect. xix. *Pisaurum cum amne.* In
hisce nummis Neptunus, Bacchus, Cerberus, & equus
alatus insculptus, in pisces desinens.

COL. PISAVRVM. Titi nummus, e Thesauro
Goltzii, pag. 241. Apud Gruterum, pag. 433. vetus
inscriptio: COLONIARVM. PISAVR. E.T.
F A N E S T. Deducta colonia ab Antonio est, ut Plu-
tarachus prodidit in ejus vita, pag. 943. Nunc Péšaro,
in Ducatu Urbinate.

ΠΙΤΑΝΑΙΩΝ.

ΠΙΤΑΝΕΥC. Viri caput, ejus scilicet, qui conditor
ejus oppidi fuit, de quo Plinius, lib. v. sect. xxxii. in
Æolide, seu Mysia, *oppidum Pitane*, juxta Caicum
amnum. Stephano: Πιτάνη, πόλις Ἀιολίδδος, πολίτης Pi-
tanei. Ex parte nummi altera, ЕП. С. АП. КАГ-
САНАДРОУ. *Sub Prætore Appio Cassandro*, ut qui-
dem videtur. Est in Cimelio Regio. Alia vero Pitane
fuit in Laconica quidem, teste Plinio, lib. i v. sect.
viii. aliisque, quos ibi in Notis appellavimus: sed
fuit illa, inquam, & multo jam ante Romanæ Reip.
tempora defierat. *Fuere Cardamyle, Pitane, &c.* inquit
Plinius: qui solenni illo suo *fuere*, intercidisse jamdu-
dum oppidum illud monet. Quare ad nummum no-
strum nihil ista Pitane spectat. Egit de ea Callimachus,
hym. in Dianam, cum ibi colli Deam hanc in primis
aît, vers. 172.

Η^η Πιτάνης, ό γη Πιτάνη σέθεν, η ἐν Αἰγαίῳ.

Ubi scholastes imperite, Πιτάνη δή, πόλις Μακεδονίας:
cum utrumque oppidum, Pitane dico, Limnainque,
ubi Diana colebatur, in Laconica fuerit, teste Pausa-
nia, lib. iii. pag. 98.

ΠΑΙΝΩΝΕΙΤΩΝ. Othonis nummus, e Thesauro

Goltzii, pag. 226. Stephanus : Πλαθίτης, πόλις τῆς Αἰγαίου περιοχῆς . . . δὲ πολίτης, Πλαθίτης.

ΠΑΩΤΕΙΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Antonini Pii, in quo Imperator in equo sedet, in Cimelio Regio: Faustinae junioris apud Platinum, pag. 253. & Caracalla. Est in Praefectura Ämimonti, Plotinopolis, apud Constant. Porphyrog. lib. 11. them. pag. 83. Notitia Eccles. antiqua pag. 53. eidem Provincia Ämimonti primæ adscribit, cuius metropolis ac primaria civitas Hadrianopolis fuit. Prior ex illis nummis hæc adjecta habet, ΗΓΕ. ΠΟΜ. ΟΥΟΠΕΙΣΚΟΥ. Ήγμόνθ. Pompeiū Oὐοπείσκου. *Praeside Pompeio Vopisco.* Fuit enim ea provincia sub Praeside. Notitia altera antiqua, pag. 21. Ἐπαρχία Αἰγαίου τοῦ Κύρου Ήγμόνα. Ἀδριανόπολις. Ἀγχίαλος. Δεούελτον. Πλαστιόπολις. Pompeii Vopisci sub Othonē, meminit Tacitus, lib. xvi. ut nepos hic istius fuisse videatur. Vide quæ diximus, verbo ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΠΟΔΑΛΕΩΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Trajani, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Plinio, lib. v. sect. xxviii. *Podalia.* Stephano : Ποδάλεια, πόλις Αυδίας, πλησίον Διμύρων. (Lege, πόλις Αυδίας, ut in Notis Plinianis monuimus: nam Plinio loc. cit. aliisque Geographis, & Limyra & Podalia in Lycia ex æquo sunt:) δὲ πολίτης, Ποδαλεώτης.

ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 226. Plinio, lib. i v. sect. 23. *Polyegos* insula. Nunc est *Polegasa*, in Ägæo mari. Vide notas in Plinium.

ΠΟΛΥΡΗΝΙΩΝ. Nummus ex argento, in Gaza Regia: in qua & alii, ΠΟΛΥ. & ΠΟΛΥΡΗΝΙ. inscripti, cum hasta, bove, noctua, &c. Plinio, lib. i v. sect. xx. *Polyrrhenium.* Stephano : Πολύρην, πόλις Κρήτης . . . δὲ πολίτης, Πολυρρήνιθ.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. M. Aurelii, Caracallæ, & Gordiani junioris nummi. Plinio, lib. v. sect. xxii. *Solæ Cilicæ*, nunc *Pompeiopolis*.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΠΗΓΗ ΣΟΥΝΙΑΚ. Commodi nummus. *Fons Palladis Suniædis.* Fuit & in

Attica fanum Minervæ Suniadis, ναὸς Ἀθηνᾶς Σοιωδῆς, ad promontorium Sunium, unde ei nomen apud Græcos frequens, teste Pausania in Attic. pag. 1.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caput turritum. Γ.

ΠΟΜΠΗΙΟΣ. Pompeii caput, *Gn. Pompeius*, urbis conditor. Sic Gadarenenses, cujus oppidum idem ille instauravit, in nummo sculpere **ΠΟΜΠ.** ΓΑΔΑΡΕΩΝ.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus e Museo nostro, in quo Arati & Chrysippi Solensium icones. In aversa parte, litteræ ΘΚΣ. quæ annum instauratæ urbis a Pompeio indicant, cccxxix.

ΠΟΡΦΥΡΕΩΝΙΤΩΝ. Neronis nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Stephanus: Πορφυρεῶν, πόλις Φοινίκης. τὸ ἔθνικὸν, ΠορφυρεῶνιΘ, ϖ Πορφυρεωῖτης. In Conc. C.P. sub Menna, pag. 93. Χειρόφορος ἐπίσκοπος ΠορφυρεῶνΘ ἐπαρχίας Φοινίκης Παχαλίας. *Christophorus Episcopus Porphyreonis Provinciae Phœniciae maritima.*

ΠΟΣΕΙΔΩΝΕΑΤΑΝ. E Goltzii Thesauro, pag. 226. & in Magna Græcia, Tab. xxii. Nomen habet Στήπος τοῦ Ποσειδῶνος, a Neptuno, cuius in hisce nummis insculpta effigies cum tridente, vel equus qui Neptuno sacer: vel denique taurus, qui eidem Deo immolari solitus, Maro, 111. Æneid. vers. 118.

Sic fatus, meritos aris mactavit honores:

Taurum Neptuno: taurum tibi, pulcher Apollo.

Plinio, lib. 111. sect. x. *Oppidum Pæstum, Græcis Posidonia appellatum.* Stephanus: Ποσειδῶνια, πόλις. Ιταλίας. τὸ ἔθνικὸν, Ποσειδωνιάται, εὶ Ποσειδῶνια. Nunc vicus. est haud procul Salerno, in ora, *Pæsti.*

ΠΡΑΙΣΙΩΝ. In nummo quem vidimus. Stephano, Πεξῖος, in Creta. Meminere Præfitorum præterea Herodotus, lib. ix. & Athenæus, lib. ix. pag. 375. ubi ex Agathocle Babylonio ait, suem apud Cretenses animal sacrum haberi, quod Jovi adhuc infanti mammam præbuisse credatur: atque idcirco veneratione summa haberi: Præfios vero suos immolare, eaque præcidea hostia ut utantur, lege statutum.

ΠΡΙΑΙΣΙΕΩΝ.

ΠΡΙΑΙΣΙΕΩΝ. Cum effigie Veneris, palma, delphino. **Ε** Cimelio Regio. Sunt qui ΠΡΙΑΣΣΙΕΩΝ legant. Stephanus: Πελαστος, πόλις Κρήτης. Οι πολῖται Πελαστοι, χριστιανοι. Veneris cultum apud Cretenes sollemne fuisse, vel ex eo intelligimus, quod peculiari appellatione apud Phœstios, ut suo loco dicturi sumus, ea frueretur. De palmis Creticis, Plinius consulendus, lib. xiiii. sect. viii. & ix. De Apollineo delphine, qui Cretes Delphos advexit, diximus in nummis ΔΕΛΦΩΝ.

ΠΡΙΑΠΕΩΝ. Palma cum delphino, & temone, uti ad nos retulere, qui vidisse se asseverabant. Plinio, lib. v. sect. xl. *Oppidum Priapos*, in Hellesponto. Stephano, Πελαστος, πόλις Ελλησποντίας, cuius gentile nomen Πελασποντος & Πελαπτευς. At nos veremur ne ΠΡΙΑΠΕΩΝ ii, pro ΠΡΙΑΙΣΕΩΝ, in nummo eo viderint: sitque is cum superiore idem, ac plane par.

ΠΡΙΗΝΕΩΝ Nummus Tiberii. Plinio, lib. v. sect. xxvi. *Priene*. Stephanus: Πειλίη, πόλις Ιανίας. τὸ ἔθνος Πειλίων, χριστιανοι, χριστιανών, χριστιανισμός.

ΕΠ. ΑΡΧ. ΙΟΥΔ. ΣΑΤΟΡΝΕΙΝΟΥ. ΠΡΙΗΝΕΩΝ. Ἐπὶ Ἀρχερέως (non, ut quidam, "Αρχοντος) Ιουλίου Σατορνέου, Πειλίων. Sub Pontifice Iulio Saturnino, Pricenensium. Valeriani, e Cimelio Regio. Mulier dextra spicas & papaver, ubertis symbola: tedam læva gerit, ad pedes ara posita cum igne.

ΠΡΙΗΝ. E Museo nostro. In ima parte nummi, ΚΑΛΑΙΚΛΕΙΔΗΣ, quod Praetoris nomen est. Noctuam hic nummus insculptam præfert, & Palladem.

ΠΡΙΑΝΕΙΩΝ. Chiffletianus nummus. Dorica dialecto, pro ΠΡΙΗΝΕΙΩΝ. Hos a Priene perperam divellit Ortelius in Thesauro Geographico.

ΠΡΙΗΝΕΩΝ. Tauri effigies. Ex parte altera, ΤΟΝ ΚΤΙCΤΗΝ, cum Herculis capite, quem conditorem urbis suæ, ac gentis auctorem, Prienii nuncupant. Certe conditam a Boeotis ac Thebanis Prienen, auctor est Strabo, lib. xiv. pag. 633. & 636. Fuere autem Boeotia Thebae, ut Plinius admonet, lib. i v. sect.

NUMMI ANTIQUI

XII. *duorum numinum*, *Liberi atque Herculis, patria.*
Eandem ob causam & Cadme vocitata Priene est, quod
Bœotius Cadmus fuit. Sunt qui ΠΡΗΤΕΩΝ perpe-
ram in eo nummo legant.

ΠΡΟΣΕΝΟΠΟΑΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Titi num-
mus e Thesauro Goltzii, pag. 228. Stephanus: Περι-
νούπολις, ἡ Ναυράτην. ὁ πόλιτης, Περινοπολίτης, ὁ
Ἐρμοπολίτης. Naukratiten in Ægypto nomen, ut &
Hermopoliten, Plinius agnoscit, lib. v. sect. ix.

ΠΡΟΣΩΠΙΤΩΝ. ΚΑΙ. ΦΘΕΝΟΤΩΝ. OMONOIA.
Protopitarum & Phthenotarum concordia. Tiberii num-
mus e Thesauro Goltzii, pag. 227. Plinio, lib. v. sect.
ix. hæ duæ Ægypti nomi seu præfecturæ, Protopites,
& Ptenethu, appellantur. Vide quæ ibi diximus. Ste-
phano: Περσωπῖς, πόλις Αἰγυπτίου. τὸ ἔθνος, Περσωπῖτης.

ΠΡΟΚΩΠΙΑC. Hadriani nummus, e Thesauro Golt-
zii, pag. 227. hic quoque spectat: non ad ignotam
insulam, quæ Περσωπον a Stephano appellatur.

ΠΡΟΥCAEΩΝ. Trajani nummus, e Museo nostro, in
quo figura jacens cum arundine. Epigraphe ex parte
altera, ΑΥ. NEP. TPAIANOC K. C. Γ. Δ. Αὐτοκρά-
τωρ Νεεγίας Τεργιαρίος Καζσαρ Σεβαστὸς Γερμανικὸς Δακικός.
Imp. Nerv. Trajanus Cæsar Aug. Germanicus Dacicus.

ΠΡΟΥCAEΩΝ. Nummi Commodi, Severi, Caracal-
lae, Getæ, Macrini, ac Diadumeniani, e Cimelio Re-
gio. Plinius, lib. v. sect. XLIII. *Intus in Bithynia Pru-
sa, ab Hannibale sub Olympo condita.* Hodie Bursa.
Vide nostras in Plinium notas. A Prusia conditam scri-
bit Tzetzes, ut diximus, & Strabo, lib. XII. pag. 653.
Sed interpretem ejus Casaubonum carpere obiter hoc
loco libet, qui Græci scriptoris locum, quo paulo post
eo regreditur unde diverterat, hoc est, ad institutam
de Prusa civitate orationem, sic vertit: *Prusa alia ad
Olympum Mysiae posita est urbs, quæ legibus bonis guber-
natur.* Perinde quasi alia Prusa sit quæ ad Olympum,
ab ea quam vel Hannibal vel Prusias ibi condidisse di-
citur: cum absit vox ea alia a Græco scriptore, &
abesse vero debeat. Περδσα ἐπὶ τῷ Ὀλύμπῳ οἰδηπται τῷ

ILLUSTRATI.

411

Μυσίω πόλις Κρομενιδών. Vetus inscriptio apud Reines. pag. 608. ASCLEPIADES. PRVSA. AD. OLYMPVM. MEDICVS, &c. In Conc. Nicæno, pag. 54. Georgius Episcopus Prusiadis, juxta Olympum montem. Stephano: Περδσα..... τὸ ἐθνικὸν Περγασόν. In Notitia Eccles. Περγίσην, ἡτοι Θεουπόλεις. Prusa, quæ & Theopolis.

ΠΡΟΥΡΙΑΕΩΝ. Severi nummus, e Cimelio Regio, in quo Fortunæ stantis effigies, cum temone & Copiæ cornu. In parte nummi antica, A. K. A. CEP. ΣΕΥΗΡΟΣ. ΠΕΡ. ΣΕΒΑ. Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Αυτοκρος Σεωτήμος Σκληρὸς Πέρπιναξ Σεβαρός.

ΠΡΟΥΡΙΑΕΩΝ: Juliae Domnæ, apud Patinum, cum Diana Ephesia icone, & cervis.

ΠΡΟΥΡΙΑΕΩΝ. Caracallæ nummus, in quo Ajax galatus gladio se ipse confodit. E Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 304.

ΠΡΟΥΡΙΑΕΩΝ. Diana Ephesia. In parte aversa, ΠΡΟΥΡΙΑ. E Cimelio Regio.

ΠΡΟΥΡΙΣΙΕΩΝ ad Hypium montem, quæ & ad mare.

ΜΗΤΡ. ΠΡΟΥΡΙΣΙΕΩΝ. ΠΡΟΣ. ΥΠΙΩ. Macrini, apud Tristanum, pag. 299. Plinio, lib. v. sect. XLIII. *Prusa item altera sub Hypio monte.* Stephano: Περγασός, ἡς ὁ πολίτης Περγασός. Montem Plinius vocat: amnum Ptolemæus, lib. v. cap. i. Περγασός τῷ Τύπῳ ποτ. Sed ex eo monte amnis forte cognominis fluit. In Actis certe Concilii Nicæni, pag. 54. subscribit Hesychius Prusensis, juxta Hypium fluvium. Hanc Memnon apud Photium in Bibl. cod. 224. Περγασόδα τῷ ἐπιθελαστορ vocat. In eo nummo quartus Herculis labor expressus, ab Ausonio celebratus hoc versu:

Aripedis quarto talit aurea cornua cervi.

Quare ad hanc pertinent duo quoque nummi qui sequuntur.

ΠΡΟΥΡΙΣΙΕΩΝ, apud Goltzium, in quo nummo clava Herculis inculta, cum arcu: ex parte aversa Prusiæ caput, leonina induitum petre: quod genus ille suum

F F f ij

NUMMI ANTIQUI

ad Herculem referret , cujus peculiares sunt exuviae
leoninæ.

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟC. ΘΑΛΑCCAN. *Præ-*
sensum ad mare. Ibidem. Nonnum nihil moror, qui
ad Prusam alteram pertinere existimat: cuius cives non
ΠΡΟΥCΙΕΙC, sed **ΠΡΟΥCAEIC** appellati. Nec
virum eruditum, qui lib. de usu numism. pag. 77. hanc
quæ ad mare sita dicitur, ab altera immerito secernit,
quæ fuit sub Hypio monte. In eo nummo, ut fere in
priore, Herculis clava insculpta cum pharetra.

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ. ΠΡΟC. ΥΠ. ΔΙΑΔΟΥMENI-
ΝΟC. Crater, quem serpens circumPLICAT. Diadumeni
niani nummus e Cimelio nostro. In Gallieni nummo
legit Tristanus, tom. 111. pag. 90. **ΠΡΟУCΙЕΩΝ.**
ΠΡΟBEINΩ. Sed eo nomine a Patino, pag. 413.
recte coarguitur: legi enim **ΠΡΟC. ΥΠΙΩ.** oportuit. Sunt & similia M. Aurelii, Faustinæ junioris, Ca-
racallæ, Anniæ Faustinæ Elagabali, Maximini, Gallie-
nique numismata. Idem Tristanus in Hadriano, pag.
506. nummum affert, **KΟΥCIEIA**, quem numi re-
ferri ad Prusienses oporteat, viderint ii qui nummum
tractarint.

ΠΡΟУCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. L. Veri nummus, e
Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 257. cum bovis
effigie, qua hostia litatum Vero, ceu Deo, vel Jovi
certe pro salute Principis, Prusienses declarant. Nunc
est Cimelii Regii.

ΠΡΟУCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. L. Veri nummus, e
Cimelio Regio, & apud Tristananum, tom. 11. pag.
301. in quo Herculis cum hydra certamen insculptum:
quod versiculo eo expresit Ausonius:

Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydram.

ΠΡΟУCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. L. Veri nummus, e
Museo nostro, in quo Oriens radiato capite, singulis
manibus singulas gestat Aquilas cum lauri ramis. Sub-
actum Orientem utriusque Augusti auspiciis, Marci &
Veri, declarat: id quod Tristananum fugit, explanare
aliter conantem, tom. 11. pag. 305. Capitolinus in

Marco, pag. 26. Et Verus quidem posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit, cum per legatos bellum Parthicum gerens, Imperator appellatus esset, cum Marcus horis omnibus reipublicæ actibus incubaret, patienterque delicias fratriis & prope invitus ac nolens ferret. Denique omnia que ad bellum erant necessaria, Romæ positus & dispositus Marcus, & ordinavit. Gestæ sunt res in Armenia prospere.... delatumque Armeniacum nomen utrique principum: quod Marcus per verecandiam primo recusavit, postea tamen recepit. Profligato autem bello, uterque Parthicus appellatus est: sed hoc quoque Marcus delatum nomen repudavit, quod postea recepit. Idcirco sane in nummo singulari coloniæ Beryti, quem Patinus afferit, pag. 241. ab altera parte Marcus, Verus ab altera insculptus, cum sua quisque Aquila, imperii pro indiviso communicati argumentum. Nam & Aquilam Diocletianus & Maximianus in eodem nummo insculpti, scipioni eburneo, quem quisque gerit, impositam ferunt: divisi pariter inter ambos imperii symbolum. Scribit Dionysius Halic. 111. pag. 195. inter regia dona ab Etruscis victori Tarquinio missa, fuisse σκῆπτρον ἐλεφαντίνον αἰετὸν ἔχον ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, sceptrum eburneum in summitate habens aquilam, eoque Tarquinium usum, & exactis regibus Consules annuos. Hinc Juvenalis Satyra x. vers. 43. Consulem describens:

Da nunc & volucrem, sceptro quo surgit eburno.

Ut porro imposta sceptro Aquila Consulatus insigne fuit, sic Imperatoriæ dignitatis ac potestatis, bacillum purum, hoc est, sine aquila, aliove adjectitio ornameinto, (nam & sic hastam puram dicimus:) quale in nummo Ascalonitarum apparet, quem suo loco laudavimus. In eo enim Impp. ambo insculpti, Castorum stellis amborum capiti impositis, ac suum quisque bacillum manu tenet, qualem in Francia Marescalli gerunt, & exercituum Imperatores: quare bacillum Imperitorum vulgus appellat, *Baton de Mareschal, Baton de Commandement*. Parazonium minus apte grex

NUMMI ANTIQUI

Antiquariorum vocat : cum ea vox pugionem potius quam bacillum hoc , quale exhibent nummi , sonet. Scipionem rectius Isidorus , lib. xviii . Orig. cap. xi. *Namque & purpuream , & palmatam togam , triumphantes induebantur , & scorpionem cum sceptro in manu tenebant.* Ubi scipionem reponi oportere vidit acute Petavius noster , in suis ad Themistium notis.

ΠΡΥΜΝΗ ΚΕΩΝ. Caracallæ e Gaza Regia , Getæ , & Elagabali nummi. Πρυμνος Pausianæ : Ptolemaeo , lib. v. cap. 11. Πρυμνοια. In Notitia antiqua Eccles. pag. 49. inter Episcopos Prov. Phrygjæ Salutaris , δ Περισσου. Leunclavius , pag. 94. δ Περισσου. Utrobique mendum , ex altera Notitia emendandum , quæ pag. 29. Πρυμνος aperte præfert. Stephano : Πρυμνοια , πόλις Καισαρια... τὸ ἔθνος , Πρυμνοιδες.

PTOLEMAIS *Africæ*. Vide ΒΑΡΚΑΙΩΝ.

PTOLEMAIS *Phœnices*.

COL. CL. PTOL. Nummus Claudii , quem vidi-
mus. *Colonia Claudii Ptolemais*. Plinio , lib. v. sect.
xvii. *Colonia Claudii Cesaris Ptolemais* , &c. Hodie,
S. Jean d' Acre. Refert hunc nummum Patinus , pag.
100. Sed cum exesum viderit , imaque parte mutilum ,
qua vox postrema continebatur , hæc modo retulit ,
COL. CL. ac de Claudiopoli Isauriæ accepit. Sed
frustra.

COL. CAESAREA PTOLEMAIS. Ejusdem
Claudii nummus , e Thesauro Goltzii , pag. 238.

COL. PTOL. M. Aurelii , Severi , ac Iuliæ Domnæ.
Item Caracallæ & Getæ , apud Patinum , pag. 299. &
317. Huc quoque spectare credimus Trajanæ nummum ,
apud Occonem , pag. 209. COL. PTO A. et si ille
alio refert.

COLONIA PTOLEMAIS. Caracallæ , in Ci-
melio Regio. Sedet Imperator in equo.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ. IEPA. ΣΥΝΚΑΗΤΟΣ. *Pto-*
lemaidos. Sacer Senatus , apud Goltzium in Augusto ,
Tab LXXI.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ EN ΗΤΟΛΕΜΑΙΔΙ. An-

ziochenfam, qui Ptolemaïde agunt. Nummus Antiochi IV. Regis Syriae, e Museo nostro: quem ut explaret vir eruditus, Antiochiam in Ptolemaïdis agro fuisse aliquam auguratur, scriptoribus adhuc incompertam. Frustra: cum Antiochenes ipsos e Syria metropoli ad Orontem, qui Ptolemaïde negotiabantur, hic numerus indicet. Fuere nempe olim, uti etiamnum hodie, in majoribus oppidis, emporisque celebrioribus, diversarum gentium mercatores, suis quique fere discreti regionibus: ut in ipsa Ptolemaïde fuisse scimus tempore belli sacri Genuensium regiom, ac Venetorum: nunc in Orientis urbibus, Judæorum, Lusitanorum, &c. Sic Romæ quondam, CORPVS. NEGOTIANTIVM. MALACITANORVM, apud Gruterum, pag. 647. Et pag. 377. Q. CAICILIO. C. F. METELLO. IMPERATORI. ITALICI. QVEI. ARGEIS. NEGOTIANTVR. Et pag. 498. 6. CIVES. ROMANI. QVI. NEGOTIANTVR. BRACAR. AVGVST. Solebant hi porro ordines, vel nummos cudere, vel similia edere monumenta, in gratiam virorum principum, & Imperatorum, quos demererri vellent. Sic laudatae a nobis ad lib. 111. Plinii, sect. 111. Gruteri inscriptioni, e pag. 257. præfixa hæc verba sunt: M. AVR. VERO. IMP. DIVI. HADR. ANT. AVG. PIJ. P. P. F. SCAPHARIJ. QVI. IVLIAE. ROMVLEAE. NEGOTIANTES. Sic apud Sponium, in Itiner. Athen.

Q HERENNIO. ETRVSCO. MESSIO. DECIO.
NOBILISSIMO CAES. PRINCIPI IVVENTVTIS
COS. FILIO. IMP. CAES. C. MESSI. Q.
TRAIANI. DECI. PII. FELICIS. INVICTI.
AVG. ARGENTARI ET EXCEPTORES
ITEM Q. NEGOTIANTES. VINI.

SVPERNAT. ET. ARIMIN.
DEVOTI. NVMINI. MAIESTATIQ. EIVS.

Denique qui Antiochiam in Ptolemaïdis agro quærit,
idem etiam Athenas in insula Delo investiget, quo-

NUMMI ANTIQUI

niam apud Gruterum in vetusta inscriptione legitur non semel , pag. ccccv. ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ , & ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ .
ΠΥΑΙΩΝ , in Severi nummo , e Gaza Regia : quo in nummo stat Pallas : Item in Caracallæ , cum effigie AEsculapii , apud Patinum , pag. 309. Hæc Pylos Eliaca , Nestoris patria : de qua Plinius lib. i v. sect. vi. in Peloponneso.

ΠΥΛΙΩΝ , in nummis veteris Græciæ , apud Goltzium , tab. x. quos ad hanc quoque Pylum referri oportet. In his Dianæ cornutæ , sive Hammoniæ simulacrum : vel Palladis forte Coryphasias , quæ sic cornuta pingetur. Nam Pausanias in Messenicis , pag. 146. Pyli Minervæ templum fuisse ait ; cognomento Coryphasias . Ἐραδῆς ἱερὸν ἔστι τὸν Ἀθλωτὸν ἐπίκλησιν Κορυφαῖς . Idemque in Eliac. prior. pag. 163. ait Eleos etiam Afrorum numen Ηέρη Α'μμωνίας Junonem Hammonianam coluisse. In iisdem nummis & bos depictus , quo Nestoris scilicet ac Nelei boves , quorum ibi stabulum fuit , indicantur. Vide Pausan. in Messen. pag. 146.

ΠΥΤΕΟΛΗΣ , & **ΠΥΤΕΟΛΙΤΩΝ** . Nummi e Theseu Goltzii , pag. 229. & in Magna ejusdem Græcia , tab. xv. In his Minotaurus & Diana , ut in nummis Neapolitanorum. Plinio , lib. 111. sect. ix. *Putcoli* &c. In Campania *Pozzuolo* : nostris *Pouzol*. Vide Notas in Plinium.

Q

QVADI. REX QVADIS DATVS. Antonini Pii numerus e Cimelio Regio , & apud Occonem pag. 253. Regnum illud Vannianum est , de quo Plinius , lib. i v. sect. xxv. Gens ipsa Quadorum dicta , ut ibidem ex Tacito indicavimus : ubi nunc Moravia est. His regem non Antoninus modo , sed & Marcus dedit : id quod Capitolinus in ejus vita prodit , pag. 28. *Quadi autem amissi rege suo , non prius se confirmaturos cum qui erat creatus dicebant , quam id nostris placuisse imperatoribus.*

R

R.

RÆTIA.
RCOL. AVGVSTA. RAETORVM. E Thesauro Goltzii , pag. 238. Tiberii nummus. Eade mex Tiberii nummo , loc. cit. COL. AVGVSTA. VINDELICORVM, appellata , si fides eruditis Augustanarum rerum scriptoribus. Plinio , lib. 111. sect. xxiv. *Vindelici*. Ubi nunc Ducatus Bavariæ , & circumjectus ager.

RAVENNA.

FELIX. RAVENNA , in Museo nostro : turritum caput : aquila ex parte averfa , & stellæ duæ. Plinio , lib. 111. sect. xx. *Ravenna Sabinorum oppidum*. Nunc quoque *Ravenne*.

RAVRACI.

COL. AVGVSTA. RAVRACOR. Tiberii nummus apud Goltzium , pag. 237. Vereor tamen ne cum in nummo viderit , C. A. R. quod Astam Regiam , ut suo loco monuimus , interpretari eum oportuit , de Augusta Rauracorum acceperit , quæ Ptolemæo lib. ii. cap. ix. Ρ' αεικῶν Αὐγύουσα dicitur. Plinio , lib. 1v. sect. xxxi. *Raurici* , & *Colonia Rauriaca*. Nunc est vicus ignobilis *Augst* , a Basilea VI. M. P. non ipsa Basilea , ut quibusdam visum. Civitatem certe Basileensem a Castro Rauracensi sejungit Libellus Provinciarum Galliæ. Vetus inscriptio Gruteri , pag. 339. L. MVNATIVS. L. F. PLANCVS. COS.... IN. GAL-LIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGDVNVM. ET. RAVRICAM.

PAYKIΩN. E Thesauro Goltzii , pag. 229. Stephano : Ρ' αδκος , πόλις ἐν μεσογείῳ δὲ Κρήτης. τὸ ἔθνικὸν , Ρ' αύκη. Sed veremur ne in nummo XIΩN , quem suo afferemus loco , hanc vocem legisse se Goltzius incaute putarit.

ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ. Nummus Elagabali. Plinio , lib. v. sect. xv. *Rhaphana*. Stephano : Ρ' αφαίει , πολίχυιος Συετας. ὁ πολίτης , Ρ' αφαίεωτης.

ΡΑΦΙΑ. ΖΛC. Diana effigies , in Commodo nummo ε

G G g

NUMMI ANTIQUI

Cimelio Regio: & annus ccxxxvii. post concessam, uti videtur, Raphiotis libertatem a Crasso, dum in Syria imperium gereret. Quare Raphiotarum æra decennio integro posterius statuenda est, quam Gazensium, de qua suo loco diximus: cum ab anno Urbis DCC. quo a Crasso id beneficium consecutos Raphiotas credimus, annus ccxxxvii. percommode cadat in annum Urbis DCCCCXXXVII. qui sextus Commodi Principis fuit. Est Commodi nummus similis apud Tristianum. Plinio, lib. v. sect. xiv. *Raphea*, in Palæstina, juxta Gazam. Sed vereor ne in hisce nummis legi satius sit, ΠΑΦΙΑ, ac de Venere Paphia Cypiorum accipi.

PAΦΙΑ. τΞC. Caracallæ nummus, ex eadem Gaza, cum Apollinis icone: Annus σξτ', hoc est, CCLXVI. Urbis, qua diximus computatione, DCCCCXLVI. qui quartus omnino Caracallæ est.

REMI, in Gallia.

REMO. Musei nostri nummus antiquus, cum tergeminio capite, trium Galliarum indice, ut in Galbae nummo antea diximus, verbo GALLIA: non, uti Marlotus credidit, lib. i. hist. Rem. cap. v. pag. xviii. tergeminæ potestatis, quæ tum esset in urbe Remensi, Principis, Senatus, Populi. Fuit cum Triumvirorum, Octavii, Antonii, Lepidi, signari ibi capita crederemus, ut in vetere nummo apud Patinum, pag. 19. & in Æmilia familia, pag. 32. Séd prior sententia de tergmina Gallia vel eo nomine magis arridet, quod Sirmondum nostrum auctorem habet. Plinio, lib. i v. sect. xxxi. *Remi fœderati populi Romani*, in Gallia Belgica. *Reims*.

ΡΗΓΙΝΩΝ. In nummis Cimelii nostri, & in Magna Goltzii Græcia, Tab. xxv. & xxvi. In his Juppiter, Diana & Apollo cum tripode, lyra Apollinea, leo, aliaque similia insculpta symbola. Nullus dum occurrit, qui sit leporis effigie insignitus, quanquam id Julius Pollux refert, lib. ix. cap. vi. Ρηγίνοι μὲν λαγὼν τῷ ρομπουατὶ ἐνεχέσθων. Sed est in Locrorum Zephyrio-

rumque nummis lepus passim obvius : qui fuere Rheginis finitimi. Plinio , lib. i i i . sect. x . *Rhegium*. Et sect. x i v . *Rheginum oppidum in margine Italie situm*. Stephano : Ρήγην ὁ πολίτης , Ρήγης . Nunc quoque *Reggio*.

R H E N V S. Apud Tristanum , tom. i . pag. 145 . & Occonem , pag. 99 . In altera superficie , **N E R O** . **C L A V - D I V S** . **D R V S V S** . **G E R M A N I C V S** . **I M P** . Est & alter ita inscriptus , in quo Domitianus Rheenum calcat , ob victoriam Germanicam : de qua vindendi Martialius , Silius , Suetonius , &c. Apud Gruuterum , pag. c c x x x v i . 5 . ex arcu triumphali , qui Druso Neroni dicatus , vetus hæc exstat inscriptio , sed maxima sui parte deminuta :

AD. DIVORTIA. RHENI.

PERVASI. HOSTILES. DEPOPVLATVS. AGROS.

DVM. TIBI. ROMA. DECVS. AETERNAQVE. SVDO. TROPHEA.

ISTER. PACATIS. LENIOR. IRET. AQVIS.

Vel , ut alias retulit :

DVM. TIBI. BELLA. FORIS. AETERNAQ. SVDO. TROPEA.
HISTER....

P H N I Ω N. M Η T R O Π Ο Λ. Alexandri Severi nummus , e Theſauro Goltzii , pag. 229 . Occone teste , pag. 421 . Pallas in eo nummo dextra clypeum , hastam læva tenet. Plinio , lib. i v . sect. x x i i . *Rhene*. Stephano : Ρένη , gentile , Ρένας , Ρένασσ , καὶ Ρένις . Insula Delo proxima.

P H N I Ω N. Maximi Cæſaris , in Cimelio Regio , & apud Tristanum , tom. i i . pag. 455 . In eo nummo Dea stat , quæ dextra victoriolam gerit : hastam , seu tedam , ut alii malunt , inversam , læva.

P H C A I N H C I Ω N.

С Е П. К О Л. **P H C A I N H C I Ω N.** Σεπτιμίας κολωνίας Ρησαννοῖαν . Decii nummi , apud Patinum , pag. 391 . Etruscillæ , pag. 402 . omnes nunc Cimelii Regii. Est & apud Goltzium , in Theſauro , pag. 231 . sed mendose , **Г Н С А И Н С И Ω Ν.** Apud Occonem , pag. 451 . fœdus , **С Е П К О Δ Р И И С А Ω Ν.** & **С Е П -**

ΚΟΛΓΗΣ ΑΙΝΗΣΙΩΝ. In his aut Isis insculpta cum Aquila, aut cum Pallade dextras jungit: aut labarum, aut templum cum noctua, Palladis symbolo, aut boves cum colono, supervolitante Aquila, quæ sunt deductæ a Romanis coloniæ argumenta. A Severo Septimio id prænomen habet. Locus fuit in finibus Romani Persicique imperii, circa Euphratem, Gordiani sepulcro nobilis. Meminit hujus loci Ammianus, lib. xxiiii. pag. 246. ubi Rhesainam vocat. Videtur esse Ρίσινα vel Ρήσινα Ptolemæi, in Mesopotamia, lib. v. cap. xviii. In nummis Decii & Etruscillæ, adjectæ sunt eæ annorum notæ, L. H. I. P. (non, ut quidam volueret, L. I. P.) hoc est, λυκόβατος ειδ. anno cxviii. ut cœpisse æra hæc videatur Hadriani principatu, anno Urbis Romæ fere D C C C L X X X V. quo anno Syriam is lustravit: ex quo annis elapsis c x v i i i. annus occurrit Decii primus: Urbis Romæ, m i i i.

ΡΟΔΙΩΝ.

ΡΟΔΙΩΝ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Ροδίων ἐλεύθερων, liberæ civitatis. Apud Spanhem. pag. 784. Plinius, lib. v. seft. xxxvi. *Pulcherrima & libera Rhodos.* Nunc quoque nomen & decus servat.

ΡΟ. & ΡΟΔΙΩΝ, in vetere Græcia Goltzii.

ΡΟΔΙΟΙ. ΥΠΕΡΙΩΝΙ. ΑΝ. Ρόδιοι Υπέριονι αὐτοῖς. *Rhodii Hyperioni dedicarunt.* Apud Spanhem. pag. 791.

ΡΟ. cum insigni Rhodiorum rosa, lyrave: & Solis capite radiato, vel Apollinis.

ΡΟΔΗΤΑΝ, in Museo nostro: & hi ad Rhodios quoque forte spectant.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΥΠΕΡΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. E Ci-melio Regio. Caput turritum. Ex parte aversa, colossus capite radiato coronam trophyo imponit: epigraphe, ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. Hunc nummum ad Rhodios pertinere quis non intelligit? capite turrito Rhodon lignari, non Agrippinam, ut Seguinus sensit, pag. 52. Υπέριον nomine Solem Rhodiorum Deum, qui & ex parte nummi altera colossi effigie radiata delineatur: ubi & διδραχμον monetæ pondus & valor est. Le-

gendum itaque, ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ.
ΤΠΕΡΙΩΝ. *Claudii Augusti. Hyperion.* Festus: *Hyperionem alii patrem Solis, alii ipsum, quod eat super terras, appellatum putabant.*

ΡΟΔΙΩΝ. ΝΕΡΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Ex parte aversa,
ΔΙΔ. Διδραχμον. Sunt & M. Aurelii & Caracallæ numismata similia.

ΕΠ. Π. ΡΟ. ΕΜΙΛ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ. ΝΑΣΩΝΟΣ.
Domitiani nummus, in quo clypeus hasta transversa;
quem typum & in altero ejusdem Domitiani nummo
vidimus, cum epigraphe: ΕΠΙ. Μ. (forte ΕΠΙ. ΠΡ.)
ΜΑΡΚΟΥ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Ut
que e Cimelio Regio. Priorem sic interpretor: 'Επι
Πρυτανέως Ροδίων Έμιλίου Αντωνίου Νόσουθ. In poste
riore sunt qui ΕΠΙ. Μ. ΜΑΡΙΟΥ legant. Quæ causa
sit cur sic interpretari priorem nummum oporteat, ex
nummis sequentibus plane liquebit. Interim ΕΜΙ
ΛΙVΜ per E, etiam in Latino Tiberii nummo scito
scribi, apud Mediobarbum, pag. 70.

ΡΟΔΙΩΝ. ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. Nervæ nummus, in Ci
melio Regio. Ex parte altera, epigraphe hæc est, ΑΥΓ.
ΚΑΙΚΑΡ. ΝΕΡΟΥΑ. ΣΕΒΑΣΤΟC.

ΑΥ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΔ. ΑΔΡΙΑΝΟC. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.
ΕΥ. Α'υτοχρήτῳ Καῆσαρ Τίνθ. ΙΑλι. Αδριανὸς Αντωνίου Εὐστένης. Imp. Cæsar T. Ælius Hadrianus Antoninus Pius. Ex parte aversa, Ceres tediſera, vœta
curru juncto draconibus: epigraphe, KOINON. ΓΙ.
ΠΟΛΕΩΝ. Π. ΡΟΔΙΟΝ. ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC.
ΑΣΙΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΑΡΧΙΕ. ΓΙ. ΠΟΛΕΩΝ.
Κοινὸν Τεικαῖδενα Πόλεων, Πρυτάνεας Ροδίων Κλαυδίου Φεγύτων Ασιάρχου καὶ Ἀρχερέως Τεικαῖδενα Πόλεων.
Commune tredecim civitatum, Magistratus Rhodiorum Claudio Frontone, Asiarcha & Pontifice tredecim civitatum. Nummus est singularis, in Cimelio nostro, ma
xima forma ex ære, quam Itali *Medaglione* vocant. Similem isti viderat alicubi Spanhemius, sed ex
eum, detritis plerisque litteris ac vocalis: itaque edi
derat, lib. de usu Numism. pag. 692. ΠΡΟ. ΦΡΟΝ
G G g iij

NUMMI ANTIQUI

ΤΩΝΟC. ΑCIAPΧΟΥ. ΚAI. ΑΡΧΙE ΓI. ΠΟΛΕΩN. KOIN. Itaque reddiderat: *Frontone Asiarcha & Sacerdote* xiii. *Civitatum.* Brevius Occo, pag. 270. KOINON ΓI ΠΟΛΕΩN ΠΡΟ...N ΚΔΦΟΝΤΩ. pro ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩ. Goltzius in *Thesauro*, pag. 226. aliquanto foedius: ΠΟΛΕΩN KOIN. ΠΡΟN.....ΟΝΤΩΝΟC. ΑCIAPΧΟΥ. ΚAI. ΑΡΧΙC. ΓI. Voces, quæ in orbem descriptæ in nummi margine erant, non inde legere auspicatus, unde maxime oportuit. Sponius, ΠΡΟΔΙΚΟC ΚAI ΦΡΟΝΤΩN, falso, cum sit perspicue ΠΡΟΔΙΟN. ΚΛ. Nos illud ΠΡΟ. quid esset, primi excogitavimus, cum in nostro dilucide ac plane pateret ΠΡΟΔΙΟN. Divulsa enim ea voce in duas, Π. ΡΟΔΙΟN. Πρυτάνεως Ρ'οδων certissima conjectura vidimus: Nam in nummis Ο pro Ω poni, tralatitium est, ipso in ea voce ΡΟΔΙΟN egregie id adnotante Ant. Augustino, *Dialog.* 11. pag. 12. & ex nummis aliis liquet, quos in hoc opere repräsentamus. In Græcis autem civitatibus, Rhodi, Miletī, Tenedi, Argis, Ephesi, Smyrnæ, Thasi, Mytilenis, fuisse Magistratus, qui Πρυτάνεις appellarentur, ante nos eruditī viri sæpius monuere. Etiam Athenis, uti ex decreto Atheniensium, quod affert Josephus, lib. xiv. Antiq. Jud. cap. xvii. in gratiam Judæorum, palam est: Πρυτάνεως καὶ ιερέως Διονύσου. Apud Rhodios certe, quorum in hoc nummo mentio est, sumimum fuisse eo nomine Magistratum, præter hunc nummum, & subsequentem, admonet Appianus, lib. i v. bellor. Civil. pag. 627. Οἱ δὲ δὴ τὸν Ἀλέξανδρον σὺν τῷπαν εἴλοντο σφίσι Πρυτανέυειν, ὃς δέχθη παρ' αὐτοῖς μαλισκα αὐτοκράτωρ. Illi vero eis de causa Alexandrum elegerant sibi Prytanim, quæ apud eos dignitas omnium maximam auctoritatem habet. Smyrnæorum nummus, infra: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ. Et hi sacra faciebant, teste Pausania in Atticis, pag. i v. Θεουσιν οἱ πρυτάνεις. Altera vero appellatio ΑΡΧΙΕΠΕΩC, pariter occurrit apud Grutērum, pag. 415. APXIEPEA. ΤΟΥ. KOINOY. ΤΩΝ.

ΓΑΛΑΤΩΝ. Ad illam vero ΑΣΙΑΡΧΟΥ quod attinet, ex iis quæ jam antea delibavimus, in nummis ΒΙΘΥΝΙΩΝ, ΓΑΛΑΤΩΝ, ΚΡΗΤΩΝ, quid sit 'Ασιάρχος abunde liquet: præses nempe ludorum theatalium, certaminumque, quæ a tota communitate ejus provinciæ in uno aliquo oppido haberi in honorem Deorum, vel Augustorum solerent. Idem si sacris præcesset, quod fere fiebat, simul 'Αρχεπός, *Pontifex* vocabatur: & ut Prudentii verbo utar, in hymno S. Laurentij, *Mysteriarcha*: si Prætura aut Magistratu fungeretur aliquo, simul ille honos copulabatur, ut apud Gruterum, pag. 522.1. ΤΗΣ. ΑΣΙΑΣ. ΣΤΡΑΤΗΓΩΙ. ΑΣΙΑΡΧΗΙ. Nec diffiteri tamen velim apud scriptores vetustos, non pro certaminum sacrorum præside, sed pro Magistratu Præfectoque Provinciæ has voces interdum accipi, 'Ασιάρχος, Λυκιάρχος &c. Apud Gruterum autem, pag. 489. ΕΛΛΑΔΑΡΧΗΣΑΝΤΑ eum esse arbitror, qui τοδ ἐλλαδὸς κοινοῖς certaminibus præcesset. Et in nummo eo, in quo versamur, 'Ασιάρχος, munerarius est & sacerdos communis Asiæ: quod sacerdotium in libris Juris Asiarchia dicitur. Elegabantur autem Asiarchæ hoc modo. Singulæ Asiæ civitates, sub anni cujusque initium, hoc est, sub æquinoctium autumnum, concessionem habebant, in qua unum ex suis civibus Asiarcham nominabant: legatos deinde mittebant ad commune gentis concilium, qui nomen ejus qui domi electus fuerat, renunciarent. In eo deinde concilio a Proconsule Asiarcha unus eligeretur, vicariique substituebantur alii, ut si fato ille ante concederet, quam sacerdotii munus expleret, esset qui illius vice fungeretur. Hinc Aristides, i v. sacrarum orationum, tertium se quartumve ait a Syndris, hoc est, a communi Asiæ, designatum Asiarcham. Unicum fuisse primarium Asiarcham, tum ex hoc numero liquet, tum ex epistola qua Polycarpi exitus describitur, ab Ussorio edita: is enim martyrium fecisse dicitur sub Philippo Asiarcha, Proconsule autem Asiæ Statio Quadrato. Et cum plures in Apostolorum Actis

Asiarchas audis, sic habeto, appellari eos eo nomine, qui vel semel antea hoc sacerdotium administrarint, ut Pontifices apud Judæos. Erat autem id onus sacerdotii gravissimum: atque idcirco nonnisi opulentiores ad id gerendum eligebantur. Hinc Strabo animadvertisit, Asiarchas fere ex Trallianis desumptos, quod ejus urbis cives totius Asiae ditissimi haberentur. Quare omni ope laboravit Aristides, ut sacerdotio Asiae liberaretur: quod esset illud cum munerum editione coniunctum. Sed de his satis. Non sunt porro in hoc praesenti nummo inversæ, vel transpositæ, ut quidam putant, numerales notæ ΓΙ, pro ΙΓ. cum priore loco numeri illius nota collocetur, qui priore pariter loco solet efferri, τξις: posteriore alter, qui δέκα. Denique (neque id enim omitti fas est) quæ causa fuerit cur hoc Rhodii & Asiatici pariter jussierint numisma cudi, Capitolinus in Antonino aperit, pag. 20. cum ait *terre motu Rhodiorum & Asiae oppida concidisse, quæ omnia Antoninus mirifice instauravit.*

M. ΑΥΡΗΛΙΟC. ΟΥΗΡΟC. ΚΑΙ C A P. M. Aurelii caput, e Regia Gaza. In parte aversa, KOINON ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ Π. ΡΟΔΙ. ΚΛ ΦΡΟΝΤΩΝ. ACIAPX. KAI. APXI. ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ. Quæ notæ quid significant, ex antecedente nummo liquet. Proserpinam hic exhibet, in templo sex columnarum. Alter Fortunam cum temone & Copiæ cornu, in eodem Cimelio.

R O M. C O L. Vide H I S P A L I S.

R O M A.

ΘΕΑΡΩΜΗ. apud Patinum saepius, pag. 111. & iv. & in Sardianorum nummis inferius. Romanam pro Dea habitam, & Nummi suadent, & scriptorum consensio: Xiphilini ex Dione, Taciti libro xiv. Spartiani in Hadriano, Prudentii lib. 1. in Symmach. Martialis, lib. xii. Epigr. viii.

*Terrarum D E A Gentiumque R O M A,
Cui pars est nihil, & nihil secundum.*

Quare Flamines & sacerdotes, ceu Numen aliquod, habuit,

habuit, & aras. Hinc ille Tiberii nummus, cum templo vel ara, R O M. E T. A V G. Romæ & Augusto. Et vetus Inscriptio apud Gruterum, pag. cccxx. 8. Lugduni reperta:

S E R V I L I O M A R C I A N O A R V E R N O
C. S E R V I L I I D O M I T I F I L I O S A C E R D O T I
A D T E M P L U M R O M A E E T A V G V S T O.
T R E S P R O V I N C I A E G A L L I A E.

ΘEAN. PΩMHN. ΚΑΛΗΝ.

ΘEAN PΩMHN. ΘEON CΥNKAHTON. In Museo nostro, & apud Patinum, pag. 58. *Deam Roman. Deum Senatum.*

ΘEA PΩMH. IEPA CΥNKAHTOC. In Cimelio Regio, nummus Iliensis.

R O M A R E S T I T V T A. Effigies Romæ galeatae. Ex parte altera, J V P P I T E R L I B E R A T O R. In altero numismate, J V P P I T E R C V S T O S. In utroque sedet ipse, dextra fulmen, hastam lœva tenet. Apud Patinum, in Thesauro pag. 43.

V E S T A P. R. Q V I R I T I V M. Vestæ cum teda effigies. E Cimelio Regio. Egimus de hoc nummo in Notis & Emendationibus ad librum Plinii xvi. num. xv.

Δ H M O Σ. PΩM A I Ω N. Neronis, apud Patin. pag. 118. in Cimelio Regio. In altero quem vidimus, nummo Neronis, Roma signatur Amazonis effigie, exserta mamma, uti a Claudio describitur, Carm. de Probi & Olyb. Consulatu.

PΩM A I Ω N H P A K Λ E Ω N. *Romanorum Herculeorum.* Commodi nummus, apud Patin. pag. 265. & in Cimelio Regio.

R O M A E Æ T E R N A E. Severi, in Cimelio Regio. Caravalli apud Patinum in Thesauro, pag. 93. &c. Ausonius: *Ignota Æternæ ne sint tibi tempora Romæ.*

Est & Gordiani Africani similis nummus, in Museo nostro.

R O M A. B E A T A. Constantii.

R O M A. F E L I X. Hadriani, apud Occonem, pag. 226. Spartianus in Hadriano, pag. 9. *Romæ instauræ*
H H h

vit Pantheum, Septa, Basilicam Neptuni, sacras aedes plurimas, &c.

ROMAE. FELICI. Caracallæ, & Macrini.

P. R. GENIVS. Ex parte altera, P. R. SIGNA.

Vel, S. P. Q. R. Veteres credidere, non unicuique homini modo, sed & unicuique genti & civitati Genius præesse. Symmachus: *Varios custodes urbibus mens divina distribuit. Ut animæ nascentibus, ita populis tales genii dividuntur.*

INVICTA. ROMA. D. N. ATHALARICVS.

REX. *Dominus noster Athalaricus Rex.* In Cimelio nostro.

INVICTA. ROMA. AETERNA. Prisci Attali nummus aureus, apud Occonem, pag. 573.

ROMA RENASCENS. S. C. Galbae, apud Occonem, pag. 137.

ROMA RESVRGES. S. C. Vespasiani, apud Occonem, pag. 152. & Severi, pag. 349.

VRBS. ROMA. Valentis, apud Occonem, pag. 463.

ROMA. NOVA. Attali Prisci. Occo, pag. 573.

SACRA ROMAN. RESTITVTA. Hadriani, apud Occonem, pag. 238. Imperator sacrificans, posteriorem nummi aream obtinet, Spartianus in Hadriano, pag. x i. *Sacra Romana diligentissime curavit: peregrina contempsum. Pontificis Maximi officium peregit.* Sex. Aurel. Victor; *Pace ad Orientem composita Romanam regreditur: iib Græcorum more, seu Pompilii Numæ, carimonias, leges, gymnasia, doctoresque curarecepit, &c.*

EXSVLES. ROM. RED. Hoc est, *Romæ reduces:* in corona quernea, sive civica, apud Tristanum, tom. i. pag. 360. Nervæ nummus. De corona quernea, Plinius eleganter, lib. x vi. seet. 111. *E glandifero genere civicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum, jampridem vero & clementiæ Imperatorum, postquam civilium bellorum profano, meritum cœpit videri, civem non occidere, &c.*

RESTITVTOR VRBIS. Severi, apud Occonem,

pag. 358. Spartanus in Severo , pag. 73. Sunt per plurimas civitates opera ejus insignia. Magnum vero illud in vita ejus , quod Romæ omnes aedes publicas , quæ virtus temporum labebantur , instauravit , nusquam prope suo nomine adscripto , &c. Arcum Severi vir eruditus singulari opere nuper illustravit.

CONSERVATORI. V RBIS. SVAE. Constantini M. Occo , pag. 536. Alter Romuli Maxentii F. N. V RBIS. C ONS. Et N. V. FIL. Hoc est , Nostræ Vrbis conservatori : Nostræ Vrbis Filio. Tristan. tom. 111. pag. 469.

COL. L. AN. COM. P. M. TR. P. XV. Commodo nummus , apud Occonem , pag. 326. & apud Patinum , pag. 261. nunc Gazæ Regiæ: itemque e Museo nostro. Est in eo nummo colonus cum bobus. Epigraphen vulgo sic interpretantur : *Colonia L. Antonini Commodi, Pontificis Max. Tribuniciae Potestatis XV.* Favet Aelius Lampridius , in vita ejus Imperatoris , pag. 49. *Ad Senatum retulit , inquit , de Commodiana facienda Roma : non solum Senatus hoc libenter accepit , per irrisiōnēm , (quantum intelligitur ,) sed etiam seipsum Commodianum vocavit , Commodum Herculem & Deum appellans.* Id quod nummi sane testantur , apud Occonem , pag. 327. HERC. C O M M O D I A N O. P. M. TR. P. XVI. COS. VI. Et pag. 330. HERCVL. R O M A N . A V G . & pag. 331. HERCVLI. R O M A N O. A V G . in quibus nummis Commodus insculptus sub Herculis effigie , cum leonis exuviis , & clava. Causam vero hujus appellationis affert idem Lampridius , pag. 49. *Appellatus est etiam ROMANVS HERCVLES , quod feras Lanuvii in amphitheatro occidisset.* Unde & Romanos quoque Herculeos appellavit , allato superius nummo , ΡΩΜΑΙΩΝ ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. Vide supra ΙΟΥΑΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

MEMORIAE. GOTHIAE. Nummus Ataulphi Gothorum regis , apud Goltzium , pag. 28. Romam enim is appellari Gothiam voluit , & Ataulphi urbem.

DIVVS AVGVSTVS. S. C. Ex parte altera: CONSENSV SENAT. ET. E Q. ORDIN. P. Q. R. *Consensu Senatus, & Equestris ordinis, Populique Romani.* Quo nummo tres illi ordines exhibentur, quibus Romana quondam politia constabat. Sed equestrem ordinem Augusti ævo invaluisse potissimum, cum secundo loco & ante populum hic appelletur, ex eo nummo liquet: justum enim alias ac legitimum fuit, uti post populum appellaretur, qui mos Vespasiani rursum temporibus est revocatus. Auctor Plinius, lib. xxxii. sect. viii. *M. Cicero demum stabilivit equestre nomen in Consulatu suo, Catilinanis rebus, ex eo se ordine profectum esse celebrans, ejusque vires peculiari popularitate querens.* Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in Republica factum est, cœpitque adjici Senatui *Populoque Romano & Equester ordo.* *Quæ de causa & nunc post populum scribitur, quia novissime cœptus est adjici.* Sed fuit is tamen semper dignitate ac censu medius inter Senatum ac plebem. Plinius, lib. supra memorato, sect. vii. *Sed anuli plane medium ordinem, tertiumque, plebi & patribus inseruere.* Medium censu, tertium ordine.

PYTIEΩΝ.

ΠΥΤΙΑ. ΦΛΑ. ΔΗΜ. Caracallæ numimus, quem sic interpretamur: Πυπίαν Φλασιέαν Δῆμος. *Rhytienium Flaviensium Populus.* Vel, quod minus simile veri arbitramur, Φλασιαὸν Δημάρχει. Plinio, lib. xv. sect. xx. *Rhytion.* Stephano: Πυπόν, πόλις Κρήτης. ὁ πολίτης, Πυπός.

S

SABARIA.

COL. SABAR. CLAVDIANA. AVGVSTA. Claudii nummus, apud Goltzium, in Thesauro, pag. 241. Plinio, lib. iiii. sect. xxvii. *Colonia Divi Claudi Sabaria.* Etiamnum retinet nomen, in Austriæ Hungariæque confinio. Ibi reperta inscriptio, quam Gruterus affert, pag. 389. C. C. S. hoc est, *Colonia Claudia Sabaria.* Σαβαεῖα Ptolemæo, lib. ii. cap. xv. in Pannonia superiore.

SACILIS.

MVN. SACILIS. Goltzius in Thesauro, pag. 244.

Plinio, lib. i i i. sect. i i i. in conventu Cordubensi,
Sacili. Nunc *Alcorucen* vocant.

ΣΑΔΑΛΙΤΩΝ. Galbae nummus, e Thesauro Goltzii,
pag. 230. Stephanus : Σαδαλίς, Αἰγυπτία πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Σαδαλίτης.

SAE TABIS, in numimis antiquis, teste Ant. Augustino,
Dial. v i i. Antiq. pag. 115. Plinio, lib. i i i. sect. i v.
Sætabitani, qui *Augustani*, in Carthaginiensi Hispaniæ
conventu. Nunc *Xativa*, in regno Valentia. Hinc su-
daria Sætaba, nota Catullo, & Plinio in præfatione
ad Titum, ubi Catullum laudat is: quo loco cum ante
nos permutata prioribus syllabis duriusculus videri vo-
luisse Catullus diceretur, nos permutatis prioribus sæ-
tabis legi oportere, planissime, ut remur, evicimus, ex
gemino ejusdem Catulli, quem Plinius appellat, epi-
grammate, x i i. videlicet, & x x v.

ΣΑΓΑΛΑΣΣΗΝΩΝ. Vespasiani nummus in Thesauro
Goltzii, pag. 230. Plinio, lib. v. sect. x x i v. *Sagales-*
sos. Stephano, Σαγάλασσος, πόλις Πισιδίας... τὸ ἐθνικὸν,
Σαγάλασσος, καὶ Σαγάλασσινος.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ. ΣΑΓΑΛΑCCΟC. M. Aurelii,
apud Tristanum, tom. i. pag. 650. Qui nummus dua-
rum inter se civitatum fœdus, sive δύμονοις, consensio-
nemque significat: ut iste Antonini Pii, e Gaza Regia,
ΕΦΕCΟC. ΚΥΖΙΚΟC, aliisque. Tristanus loc. cit.
hunc nummum sic legit, ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ. ΣΑΓΑ-
ΛΑCCΟC, & in Alcedænibus deinde investigandis
mire desudat.

ΣΑΓΑΛΑCCΕΩΝ. M. Aurelii, Severi, Alexandri,
Claudii Gothicæ.

SAGVENT. E Cimelio Regio. Ex parte adversa, triremis
&c. Triremim ideo insculptam volunt, quod ex Za-
cyntho insula deductam eo coloniam referunt, Poly-
bius, Strabo, Silius. Plinius certe, lib. x v i. sect. LXXIX.
a Zacyntho ait Saguntum adiectum esse Diana simulacrum,
una cum conditoribus templi oppidique, annis

ducentis ante excidium Trojæ: quo scilicet tempore a secunda servitute, Eglone sublato rege Moabitarum, liberati Israëlitæ sunt, Aodis Judicis virtute, Judic. I. 34. annis fere octoginta post Mosis obitum. Eidem Plinio, lib. 111. sect. 1 v. *Saguntum* dicitur *fide nobile*. Cur ita dicatur, id vero ex nostris in eum locum Notis intelliges.

L. SEMP. GEMINO. L. VAL. SVRA. II VIR.
SAG. *L. Sempronio Geminus, L. Valerius Sura Duumviris Saguntum.* Tiberii nummus, apud Patin. pag. 70. in quo triremis, ut supra.

ΣΑΙΤΩΝ, in Ἀgypto.

CAIT. cum Palladis stantis effigie, in nummo Trajani, e Gaza Regia. Origenes contra Celsum, lib. v. pag. 257. Οὐδὲ τοῖς θεοῖς οὐταταὶ ξόμην καὶ τὰ τοῖς Σάιταις δοκοῦτα, τινὲς Ἀθωᾶν. Non divinos honores, ut Saïtae, Minervæ decernemus. Tullius, lib. 111. de Nat. Deor. Minerva prima, quam Apollinis matrem supra diximus: secunda, orta Nilo, quam Ἀgyptii Saïtae colunt. Strabo, lib. x viii. pag. 802. Η' Σάις μητρόπολις δὲ κάτω χάρας, εἰ δὲ πιστὸι τινὲς Ἀθωᾶν. Saïs metropolis inferioris Ἀgypti regionis, in qua Minervam colunt. Plinius, lib. v. sect. 1 x. Saïten nomon, in Ἀgypto habet. Stephanus: Σάις, πόλις Ἀιγύπτου.... δὲ πολίτης, Σάϊτης. Et Σάις Minerva appellatur, Ἀgyptiorum lingua, teste Pausania in Bœot. pag. 291. qui & in Corinth. pag. 79. meminit fani Minervæ Saïtidis, ιερῷ Ἀθωᾶς Σάϊλιδος.

CAIT. L. IA. Postiores notæ annum Hadriani undecimum notant, quo cūsus ille nummus est, ut sæpius diximus: Sic alter, e Cimelio Regio,

CAIT. L. IG. annum decimum tertium.

ΣΑΙΤΗΝΩΝ in Lydia.

CAITTHNΩN. EPMOC. Juliae Mamææ nummus, e Gaza R. gia, qui Hermo amni appositum, id oppidum innuit: et si apud scriptores antiquos nulla dum mentio ejus occurrit: diversum id tamen ab Ἀgyptiano esse idcirco asseveramus, quod a Σάις deduci Σάϊτης nequit, & quod in subsequentibus nummis Deus

Lunus, numen Asiac familiare, & Pontificum nomina occurunt, in Aegyptiorum nummis alibi nusquam animadversa, in Asiaticis passim obvia. Sed item dirimunt antiquæ Notitiæ, in quibus inter Lydiæ Antistites, pag. 13. & 45. occurunt, ὁ Θυατέρων, ὁ Σεπτῶν, haud dubie, pro Σεφτῶν. Et pag. 29. Σιπαι, pro Σεφται. Unde gentile nomen Σεφτίλιος, ut Θυατερίλιος. Leunclavius habet, ὁ Σεπτῶν, & in margine ex vet. cod. ἡ ποι Αετος. Sed genuinum est ὁ Σεφτῶν.

CAITTWNΩΝ.....ΟΥ. APX. A. TO. B. Juliae Domnæ nummus, in quo Herculis impressa effigies.....
Ἄρχερέως ὥρώτου τὸ β.... Pontifice primo iterum.

CAITTWNΩΝ. Luni Dei effigies, fluviis duobus apposita, Hermo scilicet, alterique qui in Hermum influat: quo situs urbis indicatur. Gordiani hic nummus est e Gaza Regia: Adjectum Pontificis nomen, sed barbarum: ΕΠΙ. Λ. ΑΠΑΜΑΝΟΥ. ΝΟΗΠΑ-
ΣΟΥ. APX. A. TO. B.

ΣΑΛΑΜΙΝΩΝ.

ΗΡΩC. ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Heros Eurypylus*, de quo Maro, 2. Aeneid. & Pausanias in Achaicis, pag. 225. Ex parte averfa, ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΠΟΛΛΙΩΝΟC. ΣΑΛΑΜΙΝΩΝ. ΠΑΦΙΑ. Ἐπὶ φρατηρῷ Πολλίωνθ, Σαλαμινίων Παφία. Sub Prætere Pollione, Salaminiorum Venus Paphia. Plinio, lib. v. sect. xxxv. Salamis, in insula Cypro. Hæc postea Constantia Κονσταντία dicta est, S. Epiphanius sede clara. Ex ejus inde ruinis, haud procul a vetere oppido, excitata Famagouſta est. Affertur hic nummus a Spanhemio, libro de usu Numism. pag. 480. sed ex alterius viri relatu, cuius labare hoc loco fidem vel eruditio nem puto: cum ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ agrum tenuisse Eurypylum, apud auctores a me antea commemoratos reperiam: ΣΑΛΑΜΙΝΩΝ, nusquam. Et Pollio Prætor in aliis Pergamenorum nummis appellatur: ut idem & in Salaminiorum nummis appelletur, vix simile veri est.

ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ, in Magna Græcia Goltzii, tab. xxxi. Plinio, lib. 111. sect. xv. Soletum desertum. Quæ &

NUMMI ANTQUI

Salentia: unde Salentini populi, & Salentinus ager, & promontorium Salentinum. Nunc quoque *Solito*, supra Hydruntum *Otranto*. In priore nummo Minerva galeata, cum delphinis, insculpta. Strabo, lib. vi. pag. 281. Τοὺς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἐπίκεις φασίν. οὐταδέξα δέ
δι τὸ δὲ Αθίωντες ιερὸν πλεύσιον ποτε οὐδέξαν. Salentinos aiunt Cretensium colonos esse. Apud hos est fanum Minervæ, dives quondam. In altero Neptunus cum tridente.

ΣΑΛΑΠΙΝΩΝ. Caput Apollinis: equus ex aversa nummi parte. E Cimelio Regio. Plinio, lib. 111. sect. xvi. *Apulia Dauniorum cognomine.... in qua oppidum Salapia, Hannibalis meretricio amore cognitum. Nunc ruderā nomen servant, Salpe.* Carthaginensisbus paruisse olim equus insculptus admonet. Vide nostras in Plinium notas.

SALDVBA. Nummus Caii Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Plinio, lib. 111. sect. 1v. *Cæsaraugusta colonia... ubi oppidum antea vocabatur Salduba.* Vetus inscriptio apud eundem Goltzium, pag. 238. **C O L.** **CAESAREA.** **A V G.** **S A L D V B A.** Nunc *Sarragosse*.

САЛАИТОН. Sic perperam Patinus, ac Tristanus legunt in nummis iis, quos **ΕΛΑΙΤΩΝ** esse suo loco monuimus. Cave enim aut illis credas, qui ad Hyrcaniæ populum, oppidumque **Σάλην** nummos eos ablegant: aut nupero scriptori Gilberto Cuppero, qui pag. 224. ad oppidum Pannoniæ inferioris refert, cui **Σάλης** nomen est apud Ptolemæum: cum neque Hyrcani unquam hunc Romanis honorem habuerint, ut nummos in eorum gratiam cuderent: nec Pannonia utraque Græcis characteribus usa sit, sed semper Latinis. Nummus in quo in primis hallucinati viri eruditi, ille est, qui Dorylai Prætoris nomen præfert: **ΕΠΙΔΟΡΥΛΑΟΥ**, quod quidem esse viri proprium, vel ex Strabone scimus, lib. x. pag. 477. & lib. xii. pag. 557.

SALMANTICA. Galbae nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. In Hispania, *Salamisque*.

SALONA.

SALONA.

COL. CLAUDIA. AVGSTA. PIA. VETER.

SALONA. Hoc est, *Veteranorum*. Tiberii nummus apud Ligorium, attestante Spanhemio, pag. 769. Sit penes Ligorium ejus nummi fides. Plinio, lib. i i i. sect. x x vi. *Salona colonia*. Ptolemæo quoque, Σαλωνια. Diocletiani patria: nunc excisa: ex ejus ruinis haud procul excitatum Spalatum.

COL. IVL. SALONA. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 23. **COL. MARTIA. IVLIA. SALONA.**

ΣΑΜΑΡΕΙΩΝ. Nummus quem vidimus. Stephano: Σαμαρεία, πόλις Ἰουδαίας, ἡ μετονομαθεῖσα Νεάπολις.. τὸ ἔθνικὸν Σαμαρεῖος, καὶ Σαμαρεῖτης. De Neapoli Samariæ diximus superius suo loco.

ΣΑΜΙΩΝ. Nummi Trajani: item Commodi cum Junonis velatae icone, apud Tristanum, tom. i. pag. 737. aliorumque. Plinio, lib. v. sect. x x x v i i. inter insulas quæ Ioniæ oræ adjacent: *Samos libera*. Vide nostras in Pliniūm notas.

ΠΥΘΑΓΟΡΗ. ΣΑΜΙΩΝ. Commodo nummus, & alter Trajani Decii: uterque e Cimelio Regio. Pythagoras sedet, baculoque stellas in globo cælesti signat. Quo habitu viri indicari illud videtur, quod Plinius ait, lib. i i. sect. v i. ubi de stella Veneris agens: *Infra Solem, inquit, ambit ingens fidus, appellatum Veneris, ipsisque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ: Praeveniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occasu resfulgens nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Quam naturam ejus Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter XLII. qui fuit Vrbis Romæ annus CXLI.*

ΣΑΜΙΩΝ. Commodo nummus, in Thesauro Patini, pag. 176. & apud Tristanum, tom. i. pag. 736. Herculem cum athleta, quisquis est ille, jam jam congressum exhibit. Alter e Cimelio Regio, cum Neptuno Jovem stantem.

M. AΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. ΠΕΙΟC. Caracallæ, apud Occonem, pag. 384. KAMΙΩN, pro CAMIΩN. ut pag. 425. KΑΡΔΙΑΝΩN pro ΣΑΡΔΙΑΝΩN. Junonis effigies, cum pavonibus. Junoni dicata Samos: ubi natam eam fama ferebat: teste Pausania, in Achaic. pag. 209. Inde Maro, *Poſthabita coluisse Samo*. Et Tullius, vī. in Verr. *Iuno Sami colebatur &c.* Est apud eundem Occonem, pag. cit. nummus alter Getæ & Caracallæ, quem juvat obiter emendare: AYT. KAIC.

M. AΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Π. ΣΕΠΤΙΜΙΟC. ΓΕΤΑC. ΝΕΟΓΗΛΕΟC. Amborum Cæsarum adversæ facies. Lege, NE OI. HAI OI. Imp. Cæſar M. Aurelius Antoninus. Et *P. Septimius Geta: Novi Soles*. Initio novi anni cusum hoc numisma credimus, quo Romani significant, ut Solis reditu post brumam re-creatur orbis, ita Cæsarum conspectum sibi lætitiae segetem esse maximam. Revivescit enim, ridetque tellus, cum, ut Plinius ait, lib. x viii. ſedt. l. *Novos Soles admittit*. Sic in Antonini Pii nummo novi anni auspiciis, S. P. Q. R. A. N. F. F. OPTIMO. PRINCIPI. PIO. (sic enim scriptum in corona est:) hoc est, *Senatus Populusque Romanus annum novum faustum felicem Optimo Principi pio apprecatur*, apud Occonem, pag. 258. quem nummum vulgavit haud ita pridem vir eruditus.

CAMIΩN. ΠΡΩΤΩN. IΩNIA C. *Samiorum qui pri-mi Ionie*. Hoc est, qui primi inter Ionas ludos & sacra fecere, sub Gordiano, Deciove, quibus principibus sic inscripti nummi reperiuntur. Vide quæ diximus verbo ΠΕΡΓΑΜΗΝΩN, dicemusque in ΣΜΥΡΝΑΙΩN. Hæc porro Ἰωνικὴ Σάμος a Strabone nuncupatur, lib. viii. pag. 347. & lib. x. pag. L vii. tum quod sit in Ionie Asiaticæ ora posita, tum quod Ionum, qui in Thracia fuere, caput olim exstiterit.

CAMIΩN. Gordiani tertii nummus, templum exhibet, in quo Juno velata. Ad sinistrum templi latus, hortus Adonidis. Tranquillinæ, quæ Gordiani conjux, in Cimelio Regio nummus est, CAMIΩN, in quo Me-

leager , vel Gordianus ipse potius , a prum confodit. Similis est & alter in eodem Cimelio , Decii. Virtutis id bellicæ in Augusto symbolum est : unde & Commodus in nummo Gazæ Regiae ex equo leonem conficit, cum ea epigraphe , VIRTVS AVG. *Virtus Augusti.*
C A M I Ω N. Gallieni nummus , cum Junonis clypeo armatae effigie. IVNO MARTIALIS vocatur in nummis Philippi , Galli , & Volusiani.

M H N H. Σ A M I Ω N. *Luna Samiorum*, apud Patinum, pag. 58. quo in nummo caput turritum , cum Lunæ falcatæ effigie. Eadem vero Luna , quæ & Juno , creditur. Cicero , lib. 11. de Nat. Deor. *Dianam & Lunam eandem esse putant.* *Luna a lucendo nominata est: eadem cum Lucina.* Itaque , ut apud Græcos Dianam , eamque Luciferam : sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo invocant. Diana dicta , quia noctu quasi diem efficeret. Ex parte altera , IEPO^N ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ. *Sacrum Senatum.*

Σ A M I Ω N. Pavo , cum sceptro Junonio : sub pedibus Mercurii caduceum habet : ibidem.

Σ A M I Ω N. Juno velata , cum sceptro. Apud Goltzium, in insulis Græciæ , Tab. xvi. Fulgentius , lib. 11. Mythol. cap. 111. *Iuno regnis præesse dicitur . . . ideo etiam cum sceptro pingitur . . . Velato etiam capite Iunonem ponunt* , &c. De Junone velata plura dicemus in nummis ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ.

Δ H M O C C A M E I Ω N. *Populus Samiorum*, habitu virili , Genius civitatis ipse est , quod Nonnum , dum Goltzii Græciam illustrat , fugit. Ex parte altera , Mercurius cum petafo , dextra crumenam , læva caduceum gerit. Ἐρμῆς Χαειδότης Samii coluere. Plutarchus , in Quæst. Græcis , pag. 303. Διὰ τὸ τοῖς Σαμίοις ὄπαυ τῷ Ερμῆ τῷ Χαειδότῃ θύωσι , κλέπτεν ἐφεῖται τῷ βουλομένῳ τῷ λωπόδυτεῖν ; Cur Samiis , cum Mercurio Charidotæ , (hoc est, Munifico) sacrificant , licet furari ac vestes aliorum surripere , si quis id facere velit ? Adjectum præterea in eo nummo Sacerdotis nomen , ΕΠΙ. ΛΥΚΑΝΔΡΟΥ. IEPE. Ἐπὶ Λυκάνδρου ἵερεώς. Sub Lysandro Sacerdoto.

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ.

ΦΛΑ. ΣΑΜΟ. ΜΗΤΡΟ. ΚΟΜ. Nummus Hadriani, in Museo nostro : & apud Patinum, pag. 201. nunc Cimelii Regii. Sunt & similes Philippi Patris. Φλασίας Σαμοσάτης Μητροπόλεως Κομμαγηνῆς. Plinio, lib. v. sect. x. *Commagenes caput Samosata.* Stephano: Σαμοσάτη, πόλις Κομμαγηνῆς, ὅπις τῷ Εὐφρέτῳ. ὁ πολίτης, Σαμοσατεύς. Cognomen ei Flaviae a Flavio Vespasiano Imp. datum. Hinc Paulus ille Samosatenus, imperante in Oriente Zenobia.

Φ. ΣΑΜΟ. ΙΕΡ. ΑΓΥ. ΑΥΤΟΝΟ. ΜΗΤ. ΚΟΜ. Φλασίας Σαμοσάτης ιερᾶς ἀσύλου αὐτούμου μητροπόλεως Κομμαγηνῆς. Antonini Pii apud Patinum, pag. 227. & M. Aurelii, pag. 244. In his turrita mulier cum homine ex aquis emergente, ut in Antiochenium nummis, aliisque tractus hujuscce quamplurimis. Appositum amni alicui oppidum hic typus declarat.

ΙΕΡ. ΑΓΥ. ΑΥΤΟ. Ιερᾶς ἀσύλου αὐτούμου. Et in ima parte nummi, MOKA. hoc est, inversis nempe litteris, A. KOM. Πρώτης Κομμαγηνᾶς, ut in numinis ΕΦΕ-
CΙΩΝ monuimus. Vel forte, si detritæ aliquæ sunt in eo nummo ejus vocis litteræ priores, ΣΑΜΟΚΑ legendum: est enim ille Samosatenium haud dubie nummus Faustinæ prioris, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 230. Sunt qui legant, ΑΓΥ. ΤΟ. B. hoc est, secundum, subintellige Neocororum.

ΜΗΤΡΟΠ. Φ. ΣΑΜΟΚΑΤΗ. Severi in Cimelio Regio, cum duobus turritis capitibus: quorum altero forte civitatis, altero Provinciae genius adumbratur: vel Numen ipsum, cui addicta in primis civitas est.

ΜΗΤ. ΚΟΜ. ΣΑΜΟΚΑΤΕΩΝ. Caracallæ, apud Patinum, pag. 310. ex eodem Cimelio.

ΦΑΣΑΜΟΚΑΤΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΜ. Apud Occonem, in Philippo patre, pag. 444. pro ΦΛΑ. ΣΑΜΟΚΑΤΕΩΝ. Ut superius ΦΑΝΕΑΣ ΠΟΛΕΩC legi a quibusdam animadvertisimus, pro ΦΛΑ. ΝΕΑΣ. ΠΟΛΕΩC.

ΣΑΜΦΑΙΩΝ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag.

ΣΑΜΦΙΝΙΚΗΣ. Stephanus: Σάμφη, πόλις Φοινίκης τὸ ἔθνικὸν, Σαμφίνι.

ΣΑΜΦΙΡΕΩΝ. Hadriani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 230. Stephano: Σάμφιρε, πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἔθνικὸν, Σαμφιρέων, ὡς Μαρεών.

ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ. Nummus Goltzii in Thesauro, pag. 230. Oppidulum id est Pisidiæ, cuius Strabo, & Stephanus meminere. Σανδάλιον, Πισιδίας χωρίον. ὁ πόλονοίκων, Σανδάλιος. Apud Occonem, pag. 112. **ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ ΠΡΩΤΩΝ. KOINΩΝΙΑ.** Sandaliensium, qui primi Provinciæ, Concordia.

ΣΑΝΙΝΑΙΩΝ. Stephano: Σανίνα, πόλις ἡπτή ἐρυθρᾶς θαλάσσης. τὸ ἔθνικὸν, Σανίνας. Sanina, urbs ad mare Rubrum. Gentile, Saninæus. Ptolemæo quoque memoratur, lib. vi. cap. vii. post Rubri maris angustias. Sed ΣΑΝΙΝΑΙΩΝ in nummo forsan legi satius, a Σάνιν oppido Phrygiæ magnæ, apud eundem Ptolemæum, lib. v. cap. ii.

ΣΑΡΔΗΣΣΙΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Vide quæ diximus de Sardemiso monte, ad lib. v. Plinii, sect. xxvi. Stephano: Σαρδησθ, πόλις Αυκίας... ὁ οἰκήτωρ, Σαρδησθ.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ.

ΕΠΙ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΚΑΕΩΝΟΣ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Drusi & Germanici nummus, ΑΡΟΥΣΟΣ. **ΚΑΙΣΑΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΔΕΛΦΟΙ,** ambo enim Tiberii filii: E Cimelio Regio. *Sub Alexandro Cleone, Sardianorum.* Deinde in laurea, **KOINON. ΑΣΙΑΣ. Commune Asia.** Plinius, lib. v. sect. xxx. *Celebratur Lydia Sardibus, &c.* Stephano: Σάρδης, πόλις Λυδίας. ὁ πολίτης, Σαρδησθ.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΑΜΑΣΕΙΑΣ. Cum Amasenis concordia. Claudi nummus, ex eodem Cimelio, & apud Patinum, pag. 102. cum Palladis armatae effigie.

ΓΑΡΔΙΑΝΩΝ. Imp. Trajanus in equo. In superficie nummi altera, ΠΛΩΤΕΙΝΑ ΣΕΒΑΚΤΗ, *Plotina Augusta*, quæ Trajani conjux. E Cimelio Regio.

ΠΑΦΙΗ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Nummus Hadriani e Mu-

NUMMI ANTIQUI

seo nostro, cum templo Veneris Paphiæ, quam Sardiani quoque coluere. Sic' Αρτεμις Ἐφεσία culta a Corinthiis, teste Paulania in Corinth. sive lib. III. pag. 46.

ΕΠΙ. ΔΑΡΕΙΟΥ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. *Sardianorum. Sub Dario.* M. Aurelii, e Cimelio Regio, cum Copiæ cornu, quo agri ubertas indicatur. Strabo, lib. XIII. pag. 627. Sardianum campum inter optimos recenset, Σαρδιγρόν πεδίον γέ τὸ Ἐρμου.... πάντων δέ εἰσα πεδίων. Vel **ΑΒΥΝΔΑΝΤΙΑ & ΒΕΡΤΑΣ** annonæ indicatur, quæ M. Aurelii principatu foret. Hæc in Antonini Pii nummo, e Gaza Regia, a Græcis ΕΥΘΗΝΙΑ dicitur. In Trajani, ΕΥΘΗΝΙΑ ΤΡΑΙΑΝΟΥ. Qui nummus, ex eadem Gaza, caduceum præfert inter bina Copiæ cornua.

ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Palladis armatae effigies, in M. Aurelii nummo, e Gaza Regia. Επὶ Σπερτηῆος Αεινφάνοις. *Sub Praetore Aristophane.*

ΕΠΙ. Γ. Ι. ΚΡΙΣΠΟΥ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Επὶ Γαῖον Ιουλίου Κείσαρον. ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Iulia Augusta* Severi conjux. E Cimelio Regio. Ubi & alter similis habet, **ΕΠΙ. Γ. Ι. ΚΡΙΣΠΟΥ. ΑΡΧ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ.** cum templo gemino, altero nempe Augusti, Augustæ altero: quod in nummis frequenter usuvenit. Quidam perpetram legunt, **ΕΠΙ. Σ. ΠΕΡΙΣΤΙΟΥ.**

ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΤΡΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Caracallæ, e Cimelio Regio. *Chrysanthina certamina Sardianorum ter Neocororum.* Quod e floribus aureis coronæ sertave texerentur, ac præmii loco victoribus donarentur, id nomen ei certamini inditum. Erant diversi nempe generis coronæ in certaminibus etiam scientiarum & artium: tragœdis Cyzici ex violis concinnari solita: comicœdis ibidem ex olea: Pergami ex edera, e quernis frondibus glande intermixta Nicomedia, citharœdis: in omni genere victori e rosis Pergami: quæ omnia ex vetusta inscriptione constant, apud Gruterum, pag. Mxc. Meminit Chry-

santhini certaminis etiam Martianus I C. L. 24. Dig. de annuis legatis. Et in Oxon. marmore, pag. 71. Σερ-
δεῖς Χρυσάργυροι. Denique apud Gruterum, in vetere
inscriptio, pag. cccxii. inter varia certaminum
genera censentur, ΧΡΥCΑΝΘΙΝΑ. ΕΝ. ΣΑΡ-
ΔΕCΙN. Epigraphe reliqua hujus nummi: ΕΠΙ. ΑΥ.
ΡΟΥΦΟΥ. ΑΡΧ. A. Ἐπὶ Ἀυρηλίου Ρωφου Ἀρχε-
ρέως d. Sub Aurelio Rufo Pontifice primo.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠΙ. ΔΗ. ΡΟΥ-
ΦΟΥ. ΑΡΧ. A. ΤΟ. B. Ἐπὶ Δημητρίου Ρωφου Ἀρχε-
ρέως ωρώτου τὸ β'. Sub Demetrio Rufo Pontifice Primo
iterum. Caracallæ nummus e Cimelio Regio, in quo
urna cum palma, & epigraphe ΧΡΥCΑΝΘΙΝΑ. E
summis sacerdotibus, qui sacris communibus totius Pro-
vinciæ præfessent, ex nummis intelligimus unum fuisse
ceterorum veluti Principem. In altero ejusdem Caracallæ
nummo idem Rufus tertium Pontifex primus ap-
pellatur, ΕΠ. ΑΥ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΡΧ. A. ΤΟ Γ. Af-
fert hunc nummum Sponius in Itiner. Athen. Sed pro
ΕΠ. ΑΥ. legi ubique ΕΠ. ΔΗ. malim. Vide supra ΜΑΓ-
ΝΗΤΩΝ. Sic in nummo ΣΑΙΤΗΝΩΝ aliisque,
ΑΡΧ. A. ΤΟ. B. similiter legimus. Hinc nummus
ΚΗΒΗCCIEΩΝ illustratur. ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΜΑΡ-
ΚΟΥ. ΑΡΧΙ. ΠΡΩ ΚΗΒΗCCIEΩΝ. de quo
dubitat Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 695. an
ad Cebessenses vox illa ΠΡΩ. speget: cum omnino
ad Pontificatum referri oporteat, legique, Ἐπὶ Αυρη-
λίου Μάρκου, Ἀρχερέως Πρωτου, Κηβηccieων.

ΕΠΙ. ΑΡΧ. Γ. ΑCΙN. ΝΕΙΚΟΜΑΧΟΥ. ΦΡ. ΣΑΡ-
ΔΙΑΝΩΝ. B. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Maimææ, apud Oc-
conem, pag. 408. Sub Pontifice tertium, vel sub Pon-
tifice Caio Asinio Nicomacho Frontonis F.

ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC. ΣΑΡ. ΠΡ. ΜΑΙΟΝΩΝ.
Ἐπὶ Αυρηλίου Ζήνωνος Σάρδις ωρώτη Μαύρων. Implexæ in
eo nummo litteræ Π & Ρ. ut e duabus conflata unica
videatur. Sub Aurelio Zenone. Sardis Prima Maeonum.
Juliae Maimææ nummus. Vide ΜΑΙΟΝΩΝ.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠ. ΣΤΡ. ΜΕ-

NUMMI ANTIQUI

- NECTRATIANΟΥ. APX. *Sub Praetore Menestra-tiano Pontifice.* Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC. ΚΑΙ. ΓδίΘ' ΙούλιΘ' Οὐνεῖς Μάξιμος Καῆσαρ. E Cimelio Regio. Affertur hic nummus ab Occone, pag. 425. sed insigniter vitiatus : ΕΠΙ. ΣΕΠ. ΜΕΝΕΤΡΑ-TIANΟΥ. ΑΡΑ. ΚΑΡΔΙΑΝΩΝ.
- ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡ. ΕΠΙ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ. *Sub Rufino.* Gordiani junioris nummus e Gaza Regia, in quo Serapidis stantis effigies.
- ΣΑΡΔΙC. ΑCΙAC. ΛΤΔΙAC. ΕΛΛΑΔΟC. Α. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Σάρδις Ασίας, Αυδίας, Ἐλλάδος, τρώτη μητρόπολις. Nummus e Cimelio Regio, in quo Pluto Proserpinam rapit : Metropolitici Sardium juris, & prærogativæ primatus index, apud Seguinum : nunc Gazæ Regiæ. Ex parte aversa, ΕΠ. I. ΣΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ. ACIAPX. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hoc est, (quod Seguinum fugit,) *Sub Julio Sulpicio Hermophilo Aſiarcha,* &c. Sic apud Occonem, pag. 137. in Gordiano juniore, ΕΠΙ. ΙΟΥ. ΣΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ. *Sub Julio Sulpicio Hermophilo.* ΕΠΙ. ΙΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ. ΑΡ. ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Julio Hermophilo Pontifice.* Tranquillinæ, apud Sponium in Itiner. Athen.
- ΣΑΛΩΝ. ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ. ΣΕΒ. *Salonina Chrysogone Augusta.* ΕΠΙ. ΡΟΥΦΟΥ. ACIAP. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Rufo Aſiarcha* &c. E Cimelio Regio.
- ΕΠ. ΔΗΜ. ΡΟΥΦΟΥ. ACIAPX. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡ. Juno velata, vel Proserpina potius, cum Cerere, quæ dextra spicas, facem lœva tenet, in Valeriani Salonini nummo, e Gaza Regia. *Sub Demetrio Rufo Aſiarcha.*
- ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, ΕΦΕΣΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Σαρδιάνη, Ἐφεσίων, δἰς Νεωκόρων, ὄμονοια. Concordia cum Ephesinis, ludorumque societas atque communitas.
- ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΚΑΙ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Vide ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΣΑΡΔΙC.

CAPΔΙC. Turratum caput : & ex aversa parte, CAPΔΙΑΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. cum Proserpinæ, ut Seguinus putat, effigie, pag. 23. Stat ea ornatu singulari decora, ceu nostræ fere Moniales, inter frumenti spicam & papaver. Sunt qui Junonem esse velatam malint: minus recte. Proserpinam certe in primis coluisse Sardianos, vèl ex vetusta inscriptione liquet, quam Gruterus affert, pag. LXXXVII. 3.

ΘΕΑΝ. ΚΟΡΦΗΝ.

CAPΔΙΑΝΟΙC.

Α. ΑΥΡ. ΣΑΤΥΡΟC.

ΑΠΕΛ. ΣΕΒΑC.

ΑΝΕΘΗΚΕN.

Hoc est, Θέας Κόρης, Σαρδιανοῖς Λέκυθος Ἀυρήλιος
Σάτυρος Ἀπελάθεος Σεβατὸς ἀγέθηκεν. Deam Proserpinam Sardianis L. Aurelius Satyrus Libertus Augusti posuit. Divinitatis porro nota est, in Diis: in hominibus, consecrationis, pars posterior capitis tecta: ut Proserpinæ in hoc nummo, Cereris, in Panorimitanorum, apud Parutam: C. IVLIVS. CAESAR, Constantius Chlorus, Constantinus Magnus, DIVA MARCIANA, DIVA FAVSTINA, DIVA PAVLINA, aliisque passim Dii, Augusti, Augustæve. Cave enim Pontificatum credas in Julio Cæsare, aliisque, hoc ornatu signari: cuso tantum numino eo, postquam erat is in Deorum numerum relatus. Quin & Juppiter ipse, Junoque, eodem habitu a Capella pinguntur, lib. i. de Nupt. Philol. pag. 17. Tunc Iuppiter publica, & quæ Senatum contracturus assumit indumenta percipiens, apponit primo vertici regalis ferti flamman-tem coronam, contegitque EX POSTICIS CAPVT ΖΥΔΑΜ VELAMINE RVTILANTE, quod ei præsul operis Pallas ipsa texuerat. Et mox de Junone: Hujus suggeſtui Iunonis subditus confessus, haud indecenter ornatus, ipsa vero TECTO CAPITE, lacteo quodam calymmate prænitezbat.

CAPΔΙΚΕΩΝ. Diadumeniani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 230. Σαρδίκη Sardica a Ptolemæo, lib. 111.

NUMMI ANTIQUI

cap. x i. in oppidis Thraciæ mediterraneis censetur. Et
vetus inscriptio apud Gruterum , pag. DXL. 2. DIO-
GENES.... NAT. THRAX. CIVITATE.
SERDICA, per E. In Notitia Eccles. Hieroclis,
pag. 25. Metropolis est Daciæ Mediterraneæ : 'Ἐπαρ-
χα Δακίας Μεσογέου τὸν Κονιλάδειον, Σαρδίκη μητρό-
πολις. Ammiano quoque , lib. xxi. pag. 190. Medi-
terraneorum Dacorum civitas ampla & nobilis Serdica
dicitur , per e , ut in vet. Inscript. Nempe Thraciæ pars
fuit mediterranea Dacia. Ab hoc oppido nomen Con-
cilio Sardicensi fuit , anno post Christum natum
CCCXLVII.

SARMATIA DEVICTA. Nummus Domitiani, apud
Oisel. pag. 105. & Constantini M. apud Occonem ,
pag. 536.

SIGNIS. A. SARMATIS. RECEPT. Domi-
tiani, apud Oiselium , pag. 105.

EXERCITVS. SARM. Hadriani, apud Mediobar-
bum , pag. 178. E Sarmatis nempe , quos Trajani prin-
cipatu devicerat, exercitum Imperator conflavit. Spar-
tianus , in Hadriano , pag. 2. Legatus in Pannoniam in-
feriorem missus , Sarmatas compressit , disciplinam mili-
tarem tenuit , &c. Quæ posteriora verba numimum il-
lum mihi in mentem revocant , eodem Imperatore cu-
sum , atque ita inscriptum , DISCIPLINA AVG.
alterumque , DISCIPVLINA AVG. præeunte
Hadriano , subsequentibus militibus quatuor.

DE SARM. & DE SARMATIS. M. Aurelii, apud
Occonem , pag. 293. & Platinum in Thesauro , pag.
169. Itemque in Museo nostro , cum trophæo. Expref-
sus hic loquendi mos a Marone , apud quem Æneas ,
lib. III.

Æneas hæc DE DANAIIS VICTORIBVS arma.
Capitolinus in Marco , pag. 29. Pannonias ergo Mar-
comannis , Sarmatis , Vandalis , simul etiam Quadis
extinctis , servitio liberavit. Pausanias , in Arcad. de
M. Aurelio : "ΕθύΘ τὸ Σωματῶν πολέμου καὶ αδικίας
ἀρξατε πυκνούμενοι ἐπεξιλαζε.

COMMODO. CAES. AVG. FIL. GERM. SARM.

Commodo Cæsari Augusti Filio Germanico Sarmatico. E Museo nostro. Lampridius in Commodo, pag. 46. Profectus est cum patre & ad Germanicum bellum. Et pag. 48. Eo tempore in Sarmatia res bene gestæ per alios duces &c.

D E S A R M . Ejusdem Commodi, e Museo nostro.

CACTΩN. Nummus Hadriani, e Cimelio Regio. In Notitia Eccles. pag. 63. Provinciæ Arabiae, cuius Bostra metropolis, sedes Episcopalis Σάλπων adscribitur, pro Σάρων. Et in Conc. Ephesino, pag. 694. subscriptit Cæsarius Episcopus Sartæ, pro Saſtæ, ut quidem haud temere suspicamur.

SCYTHIA. Antonini Pii, apud Occonem, pag. 250. Plinius, lib. I v. sect. xxiv. *A Danubio in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes, &c.*

S E B A S T E Palæstinae.

ΑΥΤ. ΚΑΙ ΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. Ο. ΥΠΑΤΟΣ. ΔΗ. ΕΞ. ΙΖ. Αύτοκρατορ Καισαρ Σεβαστος Ἀρχερόδης μέγιστος, ὁ Υπάτος, Δημαρχικῆς Εὔουσιας ιξ! Imp. Cæsar Augustas Pont. Max. Cos. Trib. Pot. xvii. ΣΕΒΑΣΤΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Apud Occonem, pag. 64.

CEBACTHΝΩΝ. CYP. Σεβαστηνὸν Σεβαστηνὸν. Commodi nummus, quem Patinus, pag. 265. ad Cæsareæ portum perperam refert, secutus Ortelium, qui in errorem illius impegit, a quo libri Josephi de bello Judaico in Latinum translati, (sunt qui Rufinum putent,) lib. I. cap. xx.

CEBACTHΝΩΝ. CYP. L. IE. hoc est, λυργάριον. anno xv. Commodi pariter nummus, in Cimelio Regio, cum Gradivi Martis effigie.

C O L . S E B A S T E. Nummus Juliæ Domnæ, quæ Severi conjux. Plinio, lib. v. sect. xiv. *Sebaste in monte Stephanus: Σεβαστὴν τῇ Σεμαρέπῃ πολίχνιον.* Ulpianus, lib. L. Dig. tit. xv. de Censibus, lege I. *In Palæstina duc fuerunt coloniæ, Cæsariensis, & Elia Capitolina: sed neutra jus Italicum habet. Divus quoque*

Severus in Sebasteam civitatem coloniam deduxit. Ab Herode Ascalonita in gratiam Augusti, Sebaste appellata ipsa urbs Samaria est. Vide Benjaminum, in Itiner. pag. 38. Hodie *Sebastia*. In Conc. Nic. I. & CP. I. subscribunt Episcopi Sebastenses, vel *Sebasteni*, ex Prov. Palæstinæ.

SEBASTENI *Tettoſages.*

CEBACTH NΩN. Nummus ex ære, quem vidimus, cum signo Victoriæ. Inter Episcopos Phrygiæ Capitanæ, in Notitia Eccles. antiqua, pag. 17. & 49. censetur ὁ Σεβαστης. Altera Notitia, pag. 27. Σεβαστης. Leunclavius, pag. 94. ὁ Σεβαστης. Plinius, lib. v. sect. XLII. *Sebasteni*, in Galatia, in qua & *Tettoſages*. Apud Gruterum, pag. CCCXXVII. 8. vetus inscriptio: Η. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ. CEBACTH NΩN. **ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ.** Senatus *Populusque Sebastenorū Tettoſagum*. Tamen hunc nummum si quis referri ad Sebastenes Palæstinæ malit, uti & subsequentem, dum id idoneis suadeat argumentis, haud ei sane ægre asfentiemur.

KAIΣΑΡΕΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Augusti nummus, apud Patinum, in Sueton. pag. 111. Sedet Juppiter, & hastam læva, dextra gestat Aquilam. Vel Sebastenorū concordia cum Cæsariensibus Bithyniæ eo nummo indicatur, vel ludi certaminaque signantur Cæsarea nuncupata, quod in alicujus Cæsarum honorem ea fuere a Sebastenis edita.

CEBEN. L. IA. Σεβεννυτος, λυριζαρτος 12. Hadriani nummus e Cimelio Regio, anno undecimo ejus Principatus. Plinio lib. v. sect. ix. *Sebennytos* nomos. Stephano: Σεβεννυτος, πόλις Αιγύπτου ... Σεβεννυτης ρομαιος και πολίτης.

ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ, & ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ, apud Parutam. Plinius, lib. 111. sect. xiv. *Segestani*, in Sicilia, a Segesta dicti, vel Egesta, præposita ei littera S a Romanis scriptoribus, inquit Festus, ne obsceno nomine appellaretur.

ΕΓΗΣΤΑΙΩΝ. Augusti nummus, apud Patinum, pag. 47. nunc Cimelii Regii, cum Augusti capite: in averso

nummo Æneas tollit Anchisen cum penatibus Diis,
sequente Iulo. Ovidius, lib. i v. Fastor.

Hinc satus Æneas, pietas spectata per ignes,

Sacra, patremque humeris, altera sacra, tulit.

Idem, lib. x i i i. Metam.

Sacra, & sacra altera Patrem

Fert humeris, venerabile onus, Cythereius heros.

Segestam Æneas creditur condidisse, inquit Festus. Vide
& Servium, lib. i. Æneid.

EΓΕΣΤΑΝΩΝ, apud Parutam, num. x vi i. cum ea-
dem Æneæ effigie, & ex aversa parte, turrito capite.
Sunt ibidem alii, in quibus canis insculptus, Crimisus
fortassis, quem Egesti, a quo hæc urbs nomen habet,
parentem fuisse fabulæ ferunt. Vide Servium, in illud
libri i. Æneid.

Sunt & Siculis regionibus urbes,

Armaque, Trojanoque a sanguine clarus Acastes.

Et in illud quinti libri:

Troia Crimiso conceptum flumine mater

Quem genuit.

Sunt alii denique, in quibus Dianæ caput insculptum:
nullus tamen, quod mirati sumus, in quo simulacrum
sit Deæ illius ejusmodi, quale a Tullio describitur, lib.
i v. in Verrem, num. 72. *Segesta est oppidum pervetus*
in Sicilia, Indices, quod ab Ænea fugiente a Troja,
atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant.....
Fuit apud Segestanos ex ære simulacrum Dianæ, tum
*summa atque antiquissima præditum religione, tum sin-
gulari opere artificioque perfectum..... Erat admodum*
*amplum, & excelsum signum cum stola: verumtamen in-
erat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis:*
sagittæ pendebant ab humero: sinistra manu retinebat
arcum: dextra ardenter facem præferebat.

SEGISAMA.

C. O. L. I V L. S E G I S A M A. Tiberii nummus, e The-
sauro Goltzii, pag. 240. Plinio, lib. i i i. sect. i v.
num. i v. *Segisamonenses. Segisamæ Florus meminit,*
lib. i v. cap. x i i. Nunc est *Veyzama*, in ea Cantabræ

parte, quæ Guipuscoa nuncupatur, ut recte Mariana
vidit, lib. III. hist. Hisp. cap. xxv.

SEG OBRIG A. Augusti; Tiberii, & Caii numismata,
in Cimelio Regio: & apud Platinum, pag. 71. & 93.
Plinio, lib. III. sect. i v. *Caput Celtiberiaæ Segobri-*
genses. Hos Numantiæ proximos facit in Celtiberia
Ptolemaeus, lib. II. cap. vi. & Strabo, lib. III.
pag. 162.

SEG OVI A. Et ex aversa parte, C. L. *Colonia Latina,*
apud Ant. Augustinum, Dial. VIII. Antiq. pag. 121.
Plinio, lib. III. sect. i v. *Præterea Segovia,* &c. Pa-
riter haud procul Numantia, in Celtiberis, teste Pto-
lemæo.

ΣΕΘΡΟΕΙΤΩΝ.

CE THPOEITHC. Hadriani nummus e Cimelio Regio.
Plinius lib. v. sect. ix. habet *Sethroiten* in Ægypto no-
mon. In Notitia Eccles. Provinciæ Ægypti Augustam-
nicæ adjudicatur, pag. 55. Σεθροῖτης. Stephano: Σέθροι,
πόλις Αἰγύπτου... ὁ πολίτης, Σεθροῖτης.

ΣΕΛΓΕΩΝ. Vide ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ. Stephano: Σέλ-
γη, πόλις Πισιδίας, ἀποκος. Λακεδαιμονίων. οἱ πολῖται,
Σελγεῖς.

CEΛΓΕΩΝ. Severi nummus, in quo fulmen & arcus,
bellicæ virtutis insignia, e Cimelio Regio.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ in Cilicia.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΚΑΛΥΚΑΔΝΩΝ.
ΑΘΗ. ΑΘΗ. E Museo nostro. Hoc est, Αθλών Αθη-
ναῖων. *Minerva Atheniensium.* Ex parte altera, Minervæ
caput, cum litteris Σ & Α, quibus Seleuciensium Athe-
niensiumque ὄμβολα fœdusque signatur. De hac Seleu-
cia Ammianus, lib. xiv. pag. 19. Superatis Tauri mon-
tis verticibus, qui ad Solis ortum sublimes attolluntur,
Cilicia spatiis porrigitur late diffentis, dives bonis omni-
bus terra: ejusque lateri dextro annexa Isauria.... quam
mediam navigabile flumen Calycadnus interscindit. Et
hanc quidem, præter oppida multa, duæ civitates exor-
nant: Seleucia opus Seluci regis, & Claudiopolis, &c.
Plinius, lib. v. sect. xxi. *Seleucia supra amnem Ca-*

lycadnum, Tracheotis cognomine, &c.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. Antonini Pii, apud Tristanum, pag. 609. In eo nummo turribus ac muris munitum credas oppidum intueri: e turribus vero assurgere quasi arbores duas, ramis decisis, ac nodis extantibus: qua quidem effigie adumbrari putem hujus Seleuciæ cognomen, Tracheotidis, ut Plinius appellat, vel Τραχεῖας, ut alii, hoc est, asperæ: unde & ipsa Cilicia aspera cognominata est, ut diximus in Plinianis notis. Certe ad Seleuciam Syriæ spectare nummum eum, quanquam ita Tristanus statuit, argumenta nulla suadent. Multas civitates adornatas ab Antonino, aquæisque egregiis operibus, & ex Nicephoro docuimus in nummis ΑΔΕΖΑΝΔΡΕΩΝ, & ex Capitolino disces, pag. 20. *Multas civitates adjuvit pecunia, ut opera vel nova facerent, vel vetera restituerent, &c.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΚΑΛΥΚΑΔΝΩΝ. Bacchus curru vectus binis tigridibus juncto. ΑΥΤ. ΚΑΙ. Λ. ΣΕΠ. ΣΕΟΥΗΡΟΣ. ΙΟΥΑΙΑ. ΔΟΜΝΑ. ΣΕΒΑΣ. *Imp. Cæs. L. Septimius Severus. Iulia Domna Augusta.* E Cimelio Regio.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΚΑΛ. Caracallæ, ex eodem Cimelio.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΚΑΛΥ. Alexandri Severi, ibidem.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΚΑΛΥΚΑΔΝΩΝ. Gordiani junioris, e Gaza Regia.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. *Seleucensium qui primi Neocori fuere, hoc est, qui primi sacra certaminaque solennia totius provinciæ fecere in gratiam Imperatoris. Gordiani ac Tranquillinæ nummus, apud Tristanum, tom. i i. pag. 524.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΚΑΛΥΚΑΔΝΩΝ. ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. Gordiani capite nummus insculptus: & alter Gordiani simul & Tranquillinæ, in Cimelio Regio. Similis & Philippi Patris apud Spanhemium, pag. 786. & in eadem Regia Gaza. *Seleucensium ad Calycadnum, liberae civitatis.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ *in Syria.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑΣ. Trajani nummus, e Mu-

feo nostro , cum fulmine , Jovis symbolo . Severi , apud Patin . pag . 282 . Caracallæ , pag . 304 . ΣΕΛΕΥΚΙΑC . ΠΙΕΡΙΑC .

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ . Π. ΣΥΡΙΑC . ΖΕΥC . ΚΑCΙΟC .
 Σελευκίων Πιερίας Συρίας . Ζεύς Κάσιος . Trajani numimus apud Patin . pag . 180 . & Antonini , pag . 228 . Caracallæ item , pag . 305 . ubi perperam illud Π. Πρώτη interpretatur . In his fere nummis templum cernitur , cuius in medio mons insculptus , Casius videlicet urbi ei proximus , quem quidem accolæ Jovem Casium appellabant . Strabo , lib . xvi . pag . 760 . "Ἐπὶ Ἰακώβῳ ὅπου Διός θεῶν ιερὸν Κασίου . Ut Paphia Venus , metæ : sic Juppiter Casius , montis effigie in nummis depingitur . Plinio , lib . v . sect . xvii . Selencia , Pieria appellata , super eam mons Casius , cuius excelsa altitudo , &c . Fuit prope Antiochiam in Syria . Vide quæ diximus in Plinius notis .

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ . ΤΗC . ΙΕΡΑC . ΚΑΙ . ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ . Seleucensium sacrae & liberae civitatis . Apud Spanhem . pag . 789 . Plinio , Seleucia libera , ut dictum est . Ejecto e Syria Tigrane , Seleuciam Pompeius libertate donavit , teste Strabone , lib . xvi . pag . 751 . Est & alter Caii Cæsaris , quo prærogativa eadem indicatur :
 ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ . ΠΙΕΡΙΑΣ . ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ .

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ . ΖΕΥC . ΚΕΡΑΥΝΙΟC . Seleucensium Iuppiter Cerænus : a fulmine , qui Græcis κεραυνός est : cuius & in nummo eo Caracallæ insculpta effigies , e Cimelio Regio .

ΣΕΛΑΙΝΟΝΤΙΩΝ , & ΣΕΛΑΙΝΩΝ , apud Parutam , cum apii folio , quod Græci σέλινον vocant . Plinius , lib . iiii . sect . xiiv . Selinuntii . Stephano : Σελινός , πόλις Σικελίας . . . ὁ πολίτης , Σελινουόλος , οὐ Σελινούολος .

ΣΕΛΑΙΝΩΝΤΙΩΝ . Ex parte aversa , ΥΨΑΣ . Quod fluvii nomen est , haud procul oppido eo decurrentis . Plinio , loc . cit . Amnes : Achates , Mazara , Hypsa , Selinus oppidum . Lilybæum ab eo &c . Hunc Plinii locum nos ita primi emendavimus , cum prius perperam legeretur , auctore Hermolao Barbaro , Amnes : Acis ,



& Hypsī. Emendandi causas attulimus in Notis & Emendationibus ad librum Plinii tertium, num. I v. Appositum amni cognomini Selinūs oppidum fuit, cuius ostium Ptolemaeus inter Mazaram & Lilybæum locat. Ex quibus duo intelligas: alterum, eum amnem ipsum Hypsam esse, quod & situs, & nummus docet: alterum, id oppidum non ibi situm fuisse, ubi Fazellus statuit, hoc est, ubi nunc Terra de li Pulci, haud procul amne Belice, sed in ipsa vicinia promontorii Lilybæi. In nummis enim plerumque, Siculis præsertim, cum suo oppidum quodque amne copulatur, quo alilitur. Sic in Assorinorum numismate vidimus, A SORV. CRY SAS.

ΣΕΛΙΝΟΝ. Minotauri effigies. In parte averfa, Hygia seu Dea Salus serpentem pascit. Ante pedes erus triplex, Siciliæ symbolum. Apud Parutam, num. I v. Sunt & in quibus Apollo, vel aliis, ad aram paterna libat, cum bove, & gallinaceo, qui Aesculapio facer.

ΣΕΛΛΑΣΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Neronis, e Thesauro Goltzii, pag. 231. Stephano: Σελλασία, πόλις Λακωνική. ὁ πολίτης, Σελλασίους.

ΣΕΠΦΟΡΗΝΩΝ. Domitiani ac Trajani nummi, e Cimelio Regio, quorum postremum laudat Patinus, pag. 183. cum palma effigie, qui Phœnices in primis, ac Judææ typus. Σεπφωεὶς Josepho, lib. 111. bell. Jud. cap. 1. pag. 832. id oppidum appellatur: idque in meditullio Galilææ fuit. Vespasiani partibus, qui parrens Domitiani fuit, in primis addicti cives, ut idem prodit, loc. cit. Οὐεσπασιαὸς ἦ..... ὅπι Πτολεμαΐδες ἤπειροτο. Καὶ καὶ ταύτων θεωπῶν αὐτῷ τῷ πόλιν οἱ δὲ Γαλιλαῖς Σεπφωειν νεμόμενοι, τῷδε τῆδε εἰρίωνται φεγοῦσιτες. Οἱ δὲ ἔσωτῇσι σωτηλας καὶ τῷ Ρωμαϊστὶ ιχθύῳ σύκῃ ἀπεργόντοι, τοιν ἀφικέντησι Οὐεσπασιαὶ, Κεστιώ Γάλω πίτεις τε ἔδοσαν καὶ δεξιὰς ἐλασσον, καὶ παρεδέξασι τοι φεγούσαν. Τόπε γε μὴ φιλοφεγίως ἐκδεξάμενοι τὸν ἥγεμόνα, πεφθίμοις σφῆς αὐτῶν θερέχοντο καὶ τῷδε ὄμοφύλων συμμάχοις. οἷς ὁ τραπηὺς ἀξιώσας τέως πεφάλειαν ἰσπεις τε καὶ πεζοὺς

τρόχιδων, ὅσοις αὐτέξει ταῖς καταδρομαῖς, εἴπ. Ιουδαιοίς
τρόχιδων, πατελάμβανεν. Καὶ γὰρ οὐδὲ μικρὸν ἐδέκει τὸ κυ-
δύναμα τοὺς τὸν μέλλοντα πόλεμον, αφαιρεῖται τὸ Σιτά-
φων, μεγίστη μὲν οὖσαν δὲ Γαλιλαῖας πόλιν, ἔρυμνοτάτῳ δὲ
ἐπεκπομένῳ χρείᾳ, καὶ φευχῇ ὄλου τοῦ ἔθνους ἑστιμένῳ.
Vespasianus vero *Ptolemaidem* properabat. In hac
porro civitate occurrerunt ei *Sepphoritae*, qui *Galilææ* op-
pidum incolunt, animis pacis studioſis. Sunt enim saluti
consulentes, nec virium Romanarum ignari, etiam prius-
quam *Vespasianus* veniret, *Cestio Gallo* fidem dederant,
dextras junxerant, praesidium militare suscepserant: tunc
quoque benigne duce suscepto, alacri animo etiam contra
gentiles suos auxilia promiserunt. Quibus interim *Vespa-*
sianus, cum id praesidii causa flagitarent, equitum pedi-
tumque tantum numerum tradidit, quantum obstatre posse
arbitrabatur incuribus, si quid moliri *Iudei* tentassent.
Non enim exiguum videbatur belli futuri periculum, si
jaegera fieret civitatis *Sepphoris*, qua *Galilææ* maxima,
& in tutissimo loco condita, totiusque gentis futura praesi-
dio. More porro *Hebræo Sefforin* dicimus, quanquam
in scribendo Græci & que atque Latini, Σιτάφων &
Sepphorin scribant. Consuetudo enim ea in scribendo
obtinuit, ut quoties aspiratae litteræ binæ concurre-
rent, prior in tenuem verteretur. Sic σάτφων, & sap-
phirus. *Απφιαος*, quod alii *Αφφιαος*, & scribi & ef-
ferri volunt.

ΣΕΡΔΙΚΗС.

ΟΥΛΠΙΑС. ΣΕΡΔΙΚΗС. *Caracallæ*, ac *Getæ* num-
mi. In *Caracallæ* nummo, e Museo nostro, sedet Im-
perator, dextra pateram, hastam læva tenens. Apud
Patinum, pag. 311. vel *Ceres* curru trahitur juncto
draconibus: vel stat *Aesculapius*. Ab *Ulpio Trajano*
cognomen habet, eademque cum *Sardica* est, ut suo
loco monuimus. *Getæ* nummus insculptam *Triptolemi*
effigiem habet, qui curru draconibus binis juncto ve-
hatur: quare *Hadriani* nummum, cui similis effigies
inest, quanquam abest oppidi nomen, annusque mo-
do principatus septimus decimus adnotatus cernitur

L. IZ. huc quoque revocari credimus oportere.

ΣΕΡΔΩΝ. M. Aurelii, ac Juliæ Domnæ nummi.

ΣΕΡΙΦΙΩΝ.

ΣΕ. & ΣΕΡΙΦΙΩΝ. Nummi Græciæ veteris, e Museo nostro. Plinio, lib. i v. sect. 22. *Seriphus*, in Cycladibus insulis. Nunc *Serfino*. Vide quæ diximus in Plinianis notis. Insculpta nummis Chimæra est, cum Aquila.

ΧΗΚΤΙΩΝ. Nummi Gordiani junioris, & Philippi patris, e Regia Gaza. Plinio, lib. i v. sect. xvi. *Sestos*. Stephano: Σηκός . . . ὁ πολίτης, Σήκος. Ad Hellestropum, le détroit de Gallipoli, où sont les Dardanelles.

ΣΙΒΙΔΟΥΔΕΩΝ. Antonini Pii nummus, in quo Dei Luni effigies, quæ in Phrygiæ nummis, finitimique tractûs, passim occurrit. In Notitia Eccles. pag. 49. inter Episcopos Phrygiæ Salutaris censemur ὁ Σιβίδου. In Notitia altera, pag. 17. ὁ Σελίδου. Apud Leunclavium, pag. 94. ὁ Σιβίδου. Sed hæc nomina ex nummo, ut quidem remur, sunt refingenda.

SICILIA.

SICIL. IMP. XII. Nummus Augusti, quo duodecies Imperator appellatur. Dianam exhibit cum arcu vel cane, habitu venatricis. De bello Siculo, quod ille confecit, Tranquillus in ejus vita, cap. xvi. *Bellum Siculum inchoavit in primis, sed diu traxit, intermissum scepis: modo reparandarum classium causa, quas tempestatibus duplice naufragio, & quidem per aestatem amiserat: modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis . . . Pompeium inter Mylas & Nauochum superavit, &c.*

SICILIA. Nummus Antonini, apud Patinum, pag. 217. nunc Cimelii Regii. In nummis plerumque tripli-ci crure divaricato Sicilia repræsentatur: in quibusdam etiam in medio umbilico feminea appetet species, cum spicis. Inde Trinacria dicta est, & Triquetra, a tripli-ci promontorio, Lilybæo, Pachyno, Peloro. De quibus Naso, lib. 111. Fastor.

*Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
Trinacris: a positu nomen adeptæ loci:*

Vide Parutam in Panormitanorum nummis, num. 30.

A D V E N T V I . A V G . S I C I L I A E . &

R E S T I T U T O R I . S I C I L I A E . Hadriani, e Cimelio Regio. Spartanus in ejus vita, pag. 6. *Post in Siciliam navigavit, in qua Ætnam montem concendit, ut Solis ortum videret arcus specie, ut dicitur, varium.*

ΣΙΔΗΤΩΝ. Neronis, Trajani, Antonini Pii, Commodo, Severi, Juliæ Domnæ, Getæ, Alexandri Severi, Clodii Albini, & Gallieni numismata. Plinio, lib. v. sect. xxvi. Side. Stephano: Σίδη πόλις Παμφυλίας.... διπολίτης, Σιδητης.

ΣΙΔΗΤΩΝ. ΠΡΩΤΑ. ΠΑΜΦΥΛΩΝ. Gallieni nummus, e Gaza Regia. *Sidetum, prima Pamphyliorum certamina.* Vel primariam fuisse Pamphyliæ civitatem hæ voces indicant. Certe in Conc. C.P. VI. ut diximus in Plinianis Notis, Σιδητῶν μητρόπολις Παμφυλίων legas.

ΣΙΔΗΤΩΝ. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Gordiani junioris nummus, e Cimelio Regio, qui concordes Sidetes Pergæosque ejusdem Pamphyliæ incolas significat. Πόλεις θητιφαεῖς ambas appellat Anonymus a Gothofredo editus, in Ἐξιγνῆται. In eo nummo Pallas Sidetum, & Pergæorum Praeses Diana insculpta.

ΣΙΔΗΤΩΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ. ΕΝΔΟΞΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sidetum splendidissimæ civitatis, illustrium Neocororum.* Gallieni iterum nummus. **ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΛΙ. ΕΓ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ. ΣΕ.** Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίνιος Εγνάπιος Γαλλιηνὸς Σιδητός. In corona. Sic Λαμπροτάτη κολωνία Τύρος vocatur in Synodo Calched. act. ix.

ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΣ. ΣΙΔΗΤΩΝ. Tranquillinæ nummus, quæ Gordiani coniux fuit. Subintellige, ἀγὼν οἰκουμενικὸς, ut in Tarsensi nummo sub Commodo, **ΚΟΜΟΔΕΙΟΣ. ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΣ.** Et in Valeriani altero, CERT. SACR. CAP. OE C. IS. Certaminis sacri Capitolini Oecumenici Iselaftici. Elaga-

bali quoque gemino, ISEL. OECVM. De ea voce diximus, verbo HELIOPOLIS Syriæ.

CΙΔΗΤΩΝ. IEPOC. Σιδητῶν ἱερός, subintellige αὐλή, *sacrum certamen*. Nummus Philippi, e Thesauro Goltzii, pag. 233. ubi perperam CIPHTΩN legitur.

CΙΔΗΤΩΝ. Caracallæ, & Philippi Filii, e Gaza Regia, in quibus Palladis stantis effigies, quæ & in altero Clodii Albini cum Albino ipso dextras jungit: nequicquam aliter sentiente Tristano, tom. II. pag. 47. Strabo, lib. xiv. pag. 667. Σίδην Κυμαῖων ἀποικεῖ ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Side Cumæorum colonia*, ubi Minervæ est ædes. In Caracallæ nummo Pallas oleæ ramum dextra, læva hastam gerit. Minerva apud Phædrum, lib. III. Fabular. *Olivæ nobis propter fructum est gratior.*

ΣΙΔΩΝΙΩΝ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Augusti laureatum, cum lituo, apud Occoneum, pag. 82. **ΣΙΔΩΝΟΣ.** L. ZIP. λυκέσ. ειζ. anno c x vii i. Sidoniorum æra: qui annus incidit in supremum Augusti principatus annum, si æra Sidoniorum eodem anno, quo Ascalonitarum æra cœpit, de qua diximus superius suo loco. Est autem id simile veri.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Cæsar Augustus.* Ex parte altera, **ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ.** Caput Liviæ sub effigie Deæ Sidoniorum: cui caput myrto redimitum. Apud Tristatum, tom. I. pag. 125.

ΣΙΔΩΝΟΣ. ΘΕΑΣ. Claudi, Neronis, apud Tristatum, pag. 226. & Trajani nummi apud Patin. pag. 182. Plinio, lib. v. sect. xvii. *Sidon &c.* Hodie Sayd, in Phœnice Syriæ. Dea Sidonis Europa est, quam tauro, seu Jovi insidentem hi fere numimi exhibent, quos vidimus: ipso Luciano, qui nummos pariter vidit, ita prodente, lib. de Syria Dea. Sunt & Hadriani aliorumque nummi, cum ea epigraphæ, in quibus Cybeles, vel Astartes currus insculptus. *Sidoniorum Deam Astarten* facer codex vocat, 3. Reg. xi. 5. quo nomine Venerem alii, alii Lunam, Cybelen alii intelligunt. *Astartoth* Hebræo more muliebria omnia numina appellantur, ut mascula *Baalim*.

CΙΔΩΝΟC. ΝΑΤΑΡΧΙΔΟC. *Sidonis Glassice.*

Nummus Trajani in Cimelio Regio. De voce *ναυάρχιδος* egimus verbo ΔΩΡΩΝ. Præfert hic nummus mulierem proræ navis insistentem. Urbis quoque æram, L. Z KC. *λυχέαντα σκύλον.* annum c c x v i i. qui plane incidit in annum Urbis Romæ D C C L V I. Trajani septimum: quod peculiaris Sidoniorum æra congruere non immerito videatur cum epocha Tyriorum, de qua suo loco dicturi sumus. Alter inscriptus, ΘΕΑC CΙΔΩΝΟC, sub eodem Principe, e Gaza Regia, habet HKC, *annum c c x v i i.*

COL. AVR. METR. SID. *Colonia Aurelia Metropolis Sidon.* Juliæ Mæſæ nummus apud Patin. pag. 340. & Elagabali: quanquam Patinus, pag. 298. non Elagabalo, sed Caracallæ adjudicat, perperam. Nam Sidonianos omnes nummos ad Elagabalum attinere, norunt periti.

COL. AVR. PIA. METR. SID. Alexandri Severi nummus, apud Patinum, pag. 349. in quo Bacchus occurrit, *cantharum potorum dextra pendente* gerens, ut ait Arnobius: & idem, cultu vultuque muliebri: ob quem Διόνυσον αἰδρόχυρον appellatum ait Theodoretus, lib. 111. Eccl. Hist. cap. vii. Sed Patinus, & Patinum secutus Cuperus, pag. 228. **C O L O N I A A V G V S T A** pro **A V R E L I A** falso legunt.

MΗΤΡΟ. ΣΙΔΩΝ. ΚΟΛ. ΤΥΡΟ. Μητρόπολις Σίδων.
Κολωνία Τύρος. Utriusque gentis concordiam nummus hic Otaciliæ indicat, apud Goltzium: sed is inverse legit, ΣΙΔΩΝ. ΚΟΛ. ΤΥΡΟ. ΜΗΤΡΟ. pag. 232.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΣΙΔΩΝΙΩΝ. E Medicea Gaza.

CΙΔΩΝΟC. ΘΕΑC. ΙΕΡΑC. KAI. ΑCYΛΟΥ. KAI.
ΝΑΤΑΡΧΙΔΟC. Trirēmis, prærogativæ illius symbolum, ob quam *Ναυάρχος* dicitur. Ex parte altera, caput turritum. E Cimelio Regio.

CIKYΩΝΙΩΝ. Caracallæ, Plautillæ, Getæ nummi apud Patin. pag. 319. cum Hygiæ icone, nunc Cimelii Regii. Alii cum Jovis sedentis effigie: alii cum Apollinis,

facem inversam dextra gerentis, laevam admoventis ori. Cultum a Sicyoniis Jovem, Apollinem, Aesculapium, cuius Hygia filia perhibetur, tradit Pausanias in Corinth. pag. 53. Plinio, lib. v. sect. v. in Achaia, *Sicyon*. Stephano: Σικυών, ... ὁ πολίτης, Σικυώνιος.

ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΤΛΟΥ.
Tiberii nummus apud Goltzium. Sed suspecta mihi ejus nummi auctoritas est: vereorque maxime, ne ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ pro ΣΙΔΩΝΙΩΝ legerit.

ΣΙΑΛΥΕΩΝ. Antonini Pii, & Salonianæ nummi. Stephano, Σιάλυθ, πόλις Ιαρίας, ἀρχὴ τῆς Σμύρνης τὸ εἴδηχον, Σιάλυεις.

ΣΙΝΓΑΡΑ.

ΚΟΛ. ΣΙΝΓΑΡΑ. Nummus Gordiani junioris, in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxi. *Arabes*, qui Retavi vocantur: horum caput Singara. Nunc vicus est, *Sangiar*. Stephano: Σίγαρη, πόλις Ἀρεβίας ἀρχὴ τῆς Ἐδενας. Ibi Singarensis pugna Constantii Imp. adversus Chosroën Persarum regem, de qua nos egimus in Notis ad Themistium, orat. i.

ΑΥΡ. ΣΕΠ. ΚΟΛ. ΣΙΝΓΑΡΑ. Nummus Tranquillinae, ex eodem Cimelio. Αύρηλία Σεπτήμια Κολωνία Σίγαρη. Et apud Seguinum, pag. 173. ubi turrita mulier, & vir natans in aquis ante pedes, situm urbis ad amnum indicat.

ΣΙΝΩΠΗΣ. Apud Goltzium, in Asia, Tab. v. Aquila Jovis fulmini insidet, ipseque ex parte aversa insculptus Juppiter Sinopites: quem eundem esse cum Serapide, atque ex oppido Sinope advectum esse Alexandriam, ibique vel sub ea appellatione Jovis Sinopitæ cultum, produnt auctores varii: Dionysius Periegetes, ubi de Alexandria, Eustathiusque in eum locum: Tacitus, lib. v. histor. aliisque. Urbs est in Ponto Asiatico, Mithridatis Eupatoris ortu, regno; sepulcroque nobilis, Diogenisque natalibus. Stephanus: Σινάπη, πόλις Διογένεστος Πόντου... ὁ πολίτης Σινωπός, καὶ Σινωπῖτης;

ΣΙΝΩΠΕΩΝ. In Thesauro Goltzii, pag. 233. & in Cimelio Regio.

COL. IVL. SINOPE. Titi nummus, e Thesauro
Goltzii, pag. 240.

C. I. A V. SINOP. *Colonia Iulia Augusta Sinope*. Ca-
racallæ nummus, apud Patinum, pag. 299. nunc Ci-
melij Regii. Plinio, lib. vi. sect. 11. *Colonia Sinope*.
Vide & Ulpianum, lib. l. Dig. tit. xv. de Censibus.
Serapidis, seu Sinopitæ Jovis effigie in hic nummus
præfert.

C. I. F. SINOPES. A N. *Colonia Iulia Felix Sinope*
vel *Sinopensis*. Getæ, apud eundem Patinum, pag. 317.
Nunc ejusdem Cimelii. Vocula deinde illa A N. an-
num deductæ coloniæ, sed qui in eo nummo est inju-
ria temporum erasus, significat, qui in nummo sequen-
te conspicuus. Cave enim virum alias eruditum audias,
qui lib. de usu numism. pag. 769. & Flaviam dictam
esse hanc coloniam asseverat, & ex Antonini Cara-
callæ prænomine Antoninianam hoc nummo appellari
putat.

C. R. I. F. S. A N. CCCVIII. *Colonia Romana Iu-
lia Felix Sinope*. Anno cccviii. non ut Tristanus
conjuriebat parum feliciter, G. R. I. F. S. *Gordianus*
Romanorum Imperator Filius Serapidis. Est Gordiani
junioris nummus apud eundem Tristanium, pag. 508.
Sic in Amisenorum nummis, qui Sinopensibus finitimi
sunt, anni concessæ libertatis signantur, ut superius vi-
dimus. Itaque coepit hæc æra Sinopensium, anno Ur-
bis Romæ DCLXXXIV. Cn. Pompeio Magno, M. Li-
cinio Crasso Coss. quo anno Mithridate pulso, Ponti-
cæ urbes Lucullo cesserunt. Ab eo enim anno tre-
centesimus & octavus annus occurret ille quo primum
Gordianus solus imperium iniit, Balbino & Pupieno
interemptis, qui Urbis Romæ fuit DCCCLXXXI.
Expugnatam inter ceteras a Lucullo Sinopen, Strabo
est auctor, lib. xii. pag. 546. & aliquanto post, nem-
pe, ut ex nummo colligimus, sub Julio Cæfare, colo-
niam Romanam esse factam: Νῦν δὲ τὸ Ρωμαῖον Σποτι-
καὶ δέσποται, καὶ μέρης τὸ πόλεων καὶ τὸ χώρας σύνειναι τοῖ. Nunc
Romanorum recepit coloniam, quæ in partem urbis agri-
que venit.

ΣΙΝΤΕΣΣΑΝΩΝ.

SINTES SANON. E Goltzii Thesauro, pag. 232. &c
Magna Græcia, Tab. xvii. Plinio, lib. i i i. se^t. ix.
Oppidum Sinuesa extremum in adjecto Latio. Nunc su-
persunt ingentis oppidi rudera, prope castellum *Rocca*
di Mondragone, inter ostia Liris *Garigliano*, & Savo-
nis *Saone*. In hisce nummis Cancer insculptus, Nep-
tunusve cum tridente: quæ sunt oppidi in litore positi
symbola. Stephano: Σινέωσα... τὸ ἔθυκόν, Σινέωσαθή,
καὶ Σινέωσινός.

SIR MIVM.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Hoc
est, *Cæsares*. **SIRM.** *Sirmii* signata moneta. Apud
Occonem, pag. 536. Plinio, lib. i i i. se^t. xxviii.
Sirmium oppidum, & civitas Sirmiensum, in Pannonia.
Hodieque *Sirmich* in ea Sclavoniæ parte quæ Turcis
paret, inter Savum amnem, & Dravum.

SARMATIA. DEVICTA. SIRM. Sunt & alii
similes plurimi, quibus subscripta epigraphe **SIRM.**

SIS CIA.

SIS CIA. PROBI. AVG. *Siscia Probi Augusti*. Sin-
gularis Musei nostri nummus, Probo Imp. cusus, quem
& Tristanus laudat, tom. i i i. pag. 284. & Patinus,
pag. 437. In aversa superficie *Siscia* pingitur, forma
muliebri, inter amnes duos, virili, qua pingi solent
amnes, effigie: id quod situm oppidi egregie declarat,
qualem Plinius descripsit, lib. i i i. se^t. xxviii. *Co-*
lapis in Saum influens juxta Sisciam, gemino alveo insu-
lam ibi efficit, quæ Segetica appellatur. Hodie *Sissech*,
ad Savum amnem, in Croatia.

SIS CIA AVG. *Siscia Augusti*. Gallieni nummus: cui
cum similem epigraphien Probi nummus proxime allat-
us præ se ferat, non Probi magis patriam *Sisciam*
fuisse, ex eo efficere Tristanus debuit, quam Gallieni:
præsertim cum e Pannonia oriundum, civitate *Siri-*
mensi, Probum Vopiscus asseveret. Neque vero etiam
Romanæ Stirpis fuisse idem Probus existimandus est,
quod in altero ejus nummo, e Gaza Regia, pars aver-
sa lupam cum Romulo Remoque exhibit, adjectaque

epigraphe, ORIGINI. AVG. *Origini Augufti.* Nil enim aliud ea voce signatur, quam imperii & imperatoris dignitatem omnem repeti a Romulo urbis & imperii conditore: ipsum tanti decoris auctorem & originem esse. Sic Mamertinus in Panegyrica oratione ad Maximianum habita, qui se Herculium appellabat, Herculem ait, cum eum hospitio Evander excepit, futuræ majestatis dedisse primordia, factamque inde Cæsarum domum, quæ Herculis fuisset hospitium: atque hunc demum diem, qui Natalis Urbis fuit, eundem fuisse originem populi Romani.

SISC. *Sisciae*, & SISP. vel SISCP. *Sisciae percussa* moneta, in Constantini, Licinii, Constantii, Constantis, & Gratiani nummis. Fuit nimirum hæc una ex urbibus sex, in quibus cudi moneta inferiore ævo solita est: atque adeo in Notitia Imperii, sect. XLII. primum inter illas locum obtinet.

Procuratores Monetæ.

Procurator Monetæ Siscianæ.

Procurator Monetæ Aquileiensis.

Procurator Monetæ urbis Romæ.

Procurator Monetæ Lugdunensis.

Procurator Monetæ Arelatensis.

Procurator Monetæ Trevirensis.

Additæ his deinde Constantinopolis, quæ in veteris Romæ jura transiit, ac forsan Antiochia, Carthago, Cyzicus, Ravenna: quanquam notæ, quibus harum urbium aliquæ signari dicuntur in nummis, obscuræ ac dubiæ sunt. Paucis certe civitatibus, post Aurelianis fere tempora jus cudendæ monetæ concessum, cum prius ad omnes promiscuè pertineret, quarum nummos tractamus, non tamen sine permisso Principis, aut certe Proconsulis: uti ex Patrensi nummo intelligimus, sub Augusto, IN DVLGENTIAE. AVG. MONETA IMPETRATA. Et ex aliis, in quibus PERMISSV AVGVSTI, & PERMISSV DOLABELLÆ, legimus.

ΣΙΤΑΛΙΑΙΩΝ. E Cimelio Ill. Harlæi. Forte pro Σα-

ταλιάων, a Σαπαλα vel Σαπαλία Lydiæ, cuius oppidi mentio in Notitia Hieroclis, pag. 13. ὁ Σαπαλῶν. In altera Notitia, pag. 29. Σαπαλέων. Ab Armeniæ oppido cognomine gentile nomen est Σαπαλός, non Σαπαλιῶν, apud Stephanum.

ΣΙΦΝΟΥ, & **ΣΙΦΝΙΩΝ**. In Goltzii nummis, Tab. xix. Plinio, lib. iv. sect. xxii. in Cycladibus insulis, *Siphnus*, ante *Meropia*, &c. Stephano: Σίφνων, τοῦ Κρήτωνος.... πὸ εἴθινον, Σίφνων. Hodie *Sifano*. Vide nostras in Plinium notas. In hisce nummis vel Juppiter laureatus, vel Diana venatrix insculpta.

ΣΙΦΩΝΙΑΤΩΝ. Titi nummus, apud Occonem, pag. 168. sed falso, ut arbitror, pro **ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ**. Nam id oppidi nomen ignotum, & a Σιθωνίᾳ, quæ pars Thraciæ est, quæ vox affinior videri queat, non Σιθωνίας, sed Σιθωνῖον derivatur.

ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ. Vide **ΙΑΙΕΩΝ**.

ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΩΝ.

ΚΟΙΝΟΝ. **ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΩΝ**. Nummus Hadriani, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Stephanus: Σκαμβωνίδαι δῆμος Ἀθηνῶν, &c.

ΣΚΗΨΙΩΝ. M. Aurelii nummi. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Palæscepis*, & *Regio Scepis*. Stephano: Σκηψί... πὸ εὐρικὸν, Σκηψῖον, in Æolide Asiae parte. Hinc Demetrius Scepisius, de quo egimus in indice Auctorum, qui in Pliniano opere appellantur.

ΣΚΗΨΙΩΝ. **ΙΕΠΑ**. **ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ**. *Scepisiorum sa- cer Senatus*. Caii Cæfaris nummus e Thesauro Goltzii, pag. 232.

ΣΚΙΑΘΟΥ. In Claudii nummo e Cimelio Regio, Patinus, pag. 102. **ΚΙΑΚΟΥ** legit. Num **ΣΚΙΑΘΟΥ** legi satius sit, considerandum. Plinio, lib. iv. sect. xxiii. *Sciathos*, insula est ante montem Athon, in Ægæo mari.

ΣΚΙΡΦΑΙΩΝ. **ΝΕΩΚΟΡΩΝ**. Claudii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 232. Stephanus: Σκίρφας, πόλις φανερὴ πὸ εὐρικὸν Σκίρφας, καὶ Σκιρφᾶς.

ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΝ. In vetera Græcia Goltzii, Tab.

xxi. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Scotussæ liberi.* In Macedonia fuere, haud procul amne Strymone. Lyram hic nummus insculptam habet, cui noctua infidet: ex aversa superficie, Palladem.

ΣΚΥΛΛΑΤΙΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. xxviii. cum proræ effigie, & Mercurio petasato. Plinio, lib. iiii. sect. xv. *Scyllatum.* In orientali Calabriæ ulterioris parte, in sinu cognomine Scyllacio, qui Tarentino est proximus. Nunc *Squillace.* Vide notas in Plinium. In Conc. C.P. V. pag. 376. Vigilii Constituto subscrabit *Zacchæus Episcopus Ecclesiae Scyllacenaæ.*

ΣΚΥΡΙΩΝ. Goltziani in Græcia vetere nummi. Plinio, lib. iv. sect. xxiii. *Scyros.* Stephano: Σκύρεις, ῥῆσος ... οἱ νησιδέραι, Σκύρειοι. Hodie *S. Georgio di Scyro*, insula Aegæi maris. In his navis rostrum insculptum, Neptunusque cum tridente.

ΣΜΙΝΘΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 232. Plinio, lib. v. sect. xxxii. in Aelide, *Smintheum templum durat.* Stephano: Σμίνθη, πόλις Τεσίας. τὸ ἔθυτον, Σμυνθέος, καὶ Σμυνθεύς. Apollini Smintheo sacer is locus fuit, cui nomen factum aijunt a fugatis inde muribus: sunt enim σμυνθαὶ mures, Creten-sium lingua. Vide Eustathium in Homer. Iliad. d.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΙΕΠΑ. ΚΑΙ. ΕΛΕΥΘΕΡΑ. ΣΥΝΚΑΗΤΟΣ. Augusti nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 232. & apud Occonem, pag. 183. *Smyrnæorum sacer ac liber Senatus.*

ΣΕΒΑΣΤΗ. ΣΥΝΚΑΗΤΟΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Capita duo adversa: alterum Liviæ Augusti conjugis, ac Tiberii matris: alterum, non Augusti, ut Patinus putat, pag. 55. nam is tum diem suum obierat, cum hic nummus cœlus est, sed Senatus: quod & epigraphe palam facit. *Augusta. Senatus. Smyrnæis Neocoris.* Ex parte aversa, templum quatuor columnarum, cuius in medio Tiberius stat togatus, cum sceptro: **ΣΕΒΑΣΤΩ. ΤΙΒΕΡΙΩ. ΕΠΙ. ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ.** *Augusto Tiberio. Sub Petronio Prætore. Jussu Liviæ ac*

Senatus decreto concessum Smyrnæis ut Tiberio templum apud se dedicarent, hic nummus admonet. Jussu, inquam, Liviæ, quæ quasi imperium cum Tiberio ex quo divideret, per se multa, non tamen sine Senatus consulo, agebat. Dionem vide, lib. LVII. pag. 699. Tacitus, lib. IV. Annal. *Decrevere. Asia Urbes templum Tiberio, matrice ejus, ac Senatui, & permisum statuere.* Et multis deinde interjectis: Tiberius Cæsar adesse frequens Senatui, legatosque Asiac ambigentes quanam in civitate templum statueretur, plures per dies audivit..... Rogati sententiam Patres, Smyrnæos prætulerunt. Censuitque Vibius Marsus, ut M. Lepido, cui ea provincia obvenerat, super numerum legaretur, qui templi curam susciperet. Et quia Lepidus ipse deligi se per modestiam abnuebat, Valerius Naso e Prætoriis sorte missus est. Non igitur præfectus operi Petronius, ut Patino visum, sed Prætor urbis fuit: ut provinciæ Proconsul Lepidus. Prætorum vero nomina nummis inscribi, tralatitium est. Legit Patinus, præterea, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ¹ ΗΕΡΟΝΥΜΟΥ, pro ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quod quis aut ferat, aut intelligat? Cur autem in hisce nummis sit prora navis insculpta, ex Aristide intelliges, tom. I. orat. in Smyrnam, coram M. Antonino & Commodo F. habita, pag. 402. Καλοδοῖ γάρ σε ἕρες ὥστε τράπη Διονυσίοις, τείχης ιερὰ τῷ Διονύσῳ φέρεται κύκλῳ δὶ ἀγροῖς. Τὸ δὲ δέσμοι σύμβολον. Οὓς ποτὲ Χῖοι πλάσσαντες θνήτω πόλιν, ὡς ἐρήμῳ αγρίστηπις, τῷ δινδυμῷ πόλιτῶν εἰ τῷ ὄρει, κατά εἰ τῷ τῷ νεών ὁφθίτης τούτοις καπόντων, οὐ μόνον τὸ πείρας απέτυχο, ἀλλαζόντας τὰς ναῦς προστάλεσσαν, &c. Etenim primo vere, cum aguntur Dionysia, sacra Baccho triremis per forum circumfertur: quod quidem est hujus rei, quam dicam, signum. Cum aliquando Chii ad urbem navigassent, quasi vacuam invasuri, quandoquidem cives in monte aberant: postquam ab illis descendantibus ipsi sunt e navibus confecti, non sive tantum frustrati sunt, sed & naves insuper amiserunt &c. Iterumque in Gratulatione Smyrnæa, præsente Commodo habita, pag. 473. Καὶ τείχης τις

λέπιον μάρμαρόν μὲν Διονυσίοις, ... σύμβολον νίκης παλαιᾶς οὐ
ἐνίκητε Σμυρναῖοι βανχέουντες, Χίοις ὅπλοις καὶ ναοῖς πε-
φεγγόμενοι. Et triremis quædam Dionysis monstrabatur....
veteris signum victoriae, quam Smyrnæi Bacchum colentes
de Chiis, qui armis fuerant & navibus muniti, retule-
rant.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙ. ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ. *Smyrnæi Augustis.*
Augusto nempe, vel Tiberio potius, & Liviæ, quo-
rum in eo nummo capita expressa, in Cimelio Regio:
& apud Patinum, pag. 56. In parte aversa Astarte
Dea a Victoria coronatur. Prætoris, ut videtur, no-
men adjectum: ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΚΟΛΛΥΒΑΣΙΟΣ.

...ΑΡΧΙΕΡ. ΑΣ... ΕΦΕ. ΠΑΡΑΛΕ. ΣΜΥΡ...Σ.
Liviæ nummus, apud Patinum, pag. 57. quem sic ex-
plere juvat ex conjectura. ΕΠ. ΑΡΧΙΕΡ. ΑΣΚΛΗΠΙ.
ΕΦΕ. ΠΑΡΑΛΕ. ΣΜΥΡΝΗΣ. Ἐπὶ δέχερέως Ἀσ-
κληπιάδου, Ἐφέσου, Παρελίας vel (ut in nummis sæpe
et pro i, occurrit,) Παρελέας, Σμύρνης. Sub Pontifice Af-
clepiade, Ephesi, oræ maritimæ, Smyrnæ. Quin ipsa Ephe-
sus a Dionysio Periegete, vers. 827. Ἀσθελία vocatur:
Παρράλιῳ Εὔφεσον, μεγάλῳ πόλιν Ἰοχαίρης.

Maritimam Ephesum, magnam urbem Diana.

Affinis huic ille est, quem Occo affert, pag. 84. in
quo Augusti & Liviæ capita: epigraphe, quæ licet vi-
tiata, stabilitat conjecturam nostram: ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ...
ΗΣΚΛΑΕ. ΕΦΕ. ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ.

ΓΑΙΟΝ. ΚΑΙΣΑΡΑ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Nummus
Caii Augusti F. ex Museo nostro, cum Cancri effigie:
quæ in nummis maritimorum urbium sæpe insculpta.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΜΥΩΝΟΣ. Victoria cum palma &
corona. *Smyrnæorum Myone Prætore.* Ex parte altera,
ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. ΕΠΙ. ΛΟΥ. ΘΑΛΛΑ. *Caium*
Cæsarem Augusti F. sub Lucio Thallo Proconsule. Apud
Tristanum, tom. I. pag. 141.

ΖΜΥ. pro ΣΜΥ. in nummo Claudi, apud Tristanum,
pag. 188. ut apud Gruterum, pag. 225. **DIVO. IV-**
LIO. CIVIT. **ΖΜΥΡΝΑΕ ΟΡVM.** In am-
bitu nummi legit idem Tristanus, ΕΠΙ. **ΧΡΕΞΧΙΟΥ.**

ΨΙΑΩΠΑΤ. ac de Psile insula uni Plinio memorata accipit, sic deinde interpretatus: **ΨΙΛΩ.** ΠΑΤΡΙΣ. *Psilo patriæ sub Creschio, Smyrnæis.* Nugæ. Nec Psile memoratu digna, nec sic copulari civitates in nummis solent: Lege, meo periculo, **ΕΠΙ.** ΧΡΕΣΧΙΟΥ. **ΦΙΛΑΟΠΑΤ.** *Sub Chreschio Philopatore, Smyrnæorum scilicet tum Magistratu.* In vet. Inscript. apud Gruterum, pag. 261. **L. CHRISCVS.** Cognomen ei Philopator fuit, ut Polemoni Laodicensorum in Caria Prætori, ubi suo loco vidimus.

ΚΛΑΡΟΣ. ΣΜΥΡ. **ΕΠΙ.** ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ. *Sub Hermogene Prætore.* Neronis nummus, apud Tristananum, tom. 1. pag. 228. & apud Patinum, pag. 199. cum Meletis amnis effigie, quo Smyrne alluitur: quo nummo nihil aliud significatur, quam præcipuum apud Smyrnæos Apollinis Clarii cultum fuisse, quanquam præcipuum ejus Dei fanum a Smyrna abesset. Sic numeros alios singulares accipi oportet, **ΝΙΚΑΕΩΝ ΣΑΓΑΡΙΣ,** &c.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. **ΕΠΙ.** ΒΩΛΑΝΟΥ. Vespasiani nummus, apud Tristananum, pag. 291. cum Jovis effigie, victoriolam dextra gestantis, hastam laeva, cum epigraphè **ΑΚΡΑΙΟΣ**, de qua supra.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΡΜΟΣ. **ΕΠΙ.** **ΒΩΛΑΝΟΥ.** *Sub Bolano.* Fluvii decumbentis effigies. Plinius, loc. cit. *A Smyrna Hermus campos facit, &c.* In altera nummi parte, **ΔΟΜΕΤΙΑΝΟC.** **ΚΑΙ:** **ΤΙΤΟC.** **ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.** Domitian & Titi capita aduersa, in Cimelio Regio.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC. **ΚΑΙC.** **ΣΕΒ.** **ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC.** **ΔΟΜΙΤΙΑ.** **ΣΕΒΑСΤΗ.** In parte aversa, **ΕΠΙ.** **ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ.** **ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ.** **ΣΜΥΡ.** *Sub Demostrato Prætore Smyrnæorum.* Apud Patinum, pag. 167. nunc Cimelii Regii.

ΜΕΛΗC. **ΣΜΥΡ.** **Μέλης Σωματιάν.** Nummus Sabinæ, apud Spanheimium, pag. 891. Plinius, lib. v. sect. xxxi. *Smyrna, amne Melete gaudens, non procul orto.* Pausanias, in Achaïcis, pag. 211. ad fontes ejus amnis ait

antrum exstare, in quo fama sit sua carmina scripsisse
Homerum. Statius, lib. 111. Silvar. de Homero:

*Smyrna tibi natale solum, potusque verendo
Fonte Meles.*

Herodotus, lib. de vita Homeri, pag. 559. Melesigenem inde eum appellatum tradit. Ut Sabinæ porro cuso numismate, sic Hadriano, cuius uxor Sabina, inscriptione posita grati animi pignus dedere Smyrnæi: Hanc Sponius affert, in Itiner. Athen.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ.

ΑΔΡΙΑΝΩΣ

ΟΛΥΜΠΙΩΝ ΣΩΤΗΡΙ

ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗ.

ΑΝΤΙΝΟΟΣ. ΗΡΩΣ. ΠΟΛΕΜΩΝ. ΑΝΕΘΗΚΕ.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙC. *Antinous Heros. Polemon posuit Smyrnæis.* E Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 209.

Polemon Sophista, de quo jam obiter diximus in nummis ΑΒΟΛΛΑΙΩΝ, Laodicenus fuit, a Smyrnensibus deinde civitate donatus, Hadriano Imp. adeo acceptus, ut in ejus gratiam is ingentem pecuniae vim Smyrnæis impenderit ad opera publica. Auctor Philostratus, lib. 1. de vitis Sophist. pag. 530. quem confule: neque enim hic vacat exscribere. Ejus orationes duas edidit non ita pridem P. Possinus e Societate nostra. Polemon ipse statuam ac nummum Antinoo posuit, quem sciret Hadriano Principi carum.

ΣΜΥΡ. ΕΠΕΓ. ΕΦΕΣΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Nummus Antonini Pii. Σμυρναῖων, Περγαμωνῶν, Ἐφεσῶν, δύονοια. Diana Ephesia inter Æsculapium Pergamenorum Deum, & Smyrnæ Amazonem, a qua urbi nomen. In Cimelio Reginæ Christinæ.

ΣΜΥΡ. ΕΠΙ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΑΠΡΟΝΙΑΝΟΥ.
Smyrnæorum, sub Proconsule Aproniano. Nummus Antonini Pii, cum Cybeles sedentis effigie, e Cimelio Regio.

ΜΕΙΑΗΣΙΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio, quo utriusque civitatis, Miletii Smyrnæque, concordia significatur: non, ut Tristanus putat,

putat, pag. 302. profectos Smyrnæos a Milesiis. Vide nummum ΚΩΝ, ΜΙΛΗΣΙΩΝ. In isto Apollo Milesiorum, Smyrnæorum Æsculapius Deus insculptus. Smyrnæ fanum Æsculapii fuisse, testis est Aristides, orat. de concordia ad civitates Asiat. tom. 11. pag. 307. Pagina nummi altera, ΑΥ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καζσαρ Τίμος Αἰλιός Αδριανός Αὐτοκράτορ.

ΑΤΤΑΛΟC. ΣΟΦΙC. ΤΑΙC. ΠΑΤΡΙC. ΣΜΥΡP. ΛΑO. "Αθαλός Σοφίης ταις πατέροις, Σμύρη, Λαοδίκεια, subintellige ἀνέθηκεν. Attalus Sophisti patriis suis Smyrnæ & Laodiceæ dedicavit. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Vide supra, ΚΑΛΚΑΔΩΝΙΩΝ. Viros qualibet arte insignes in civium numerum urbes sæpenumero plurimæ cooptabant: sic ut multarum civitatum civis vir unus diceretur. Ut ceteris argumentis supersedeam, testis inscriptio vetus apud Grutenum, pag. 314. qua Asclepiades quidam appellatur ΑΛΕΞΑΝΔΡΕYC, ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗC, ΠΟΤΙΟΛΑΝΟC, ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΗC, ΚΑΙ. ΗΛΕΙΟC, ΚΑΙ. ΛΘΗΝΑΙΟC. ΒΟΥΛΕΥΤΗC. ΚΑΙ. ΑΛΛΩΝ. ΠΟΛΕΩΝ. ΠΟΛΛΩΝ. ΠΟΛΕΙΤΗC, ΚΑΙ. ΒΟΥΛΕΥΤΗC. In eo nummo Juppiter Laodiceam signat, a quo ea, ut diximus suo loco, Diopolis est appellata: Smyrnam Cybele turrita sedens, lœva innixa cantharo, leone ad pedes adsidente. Cybelen Smyrnæorum Deam Præsidem esse, alii quoque Nummi significant: Cantharus, vini in eo tractu ubertatem declarat. Utrumque Plinius egregie confirmat, lib. xvi. sect. l. *M. Varro auctor est. vitem fuisse Smyrnæ apud Matroum biferam.* Matroum Matris Deum Cybeles fanum est. In Plinianis libris hactenus editis, Varronisque ipsius, ex quo hæc emanarunt, legitur, *Smyrnæ apud mare.* Sed utrobique mendum existare haud leve, ex MSS. Plinii exemplaribus feliciter deprehendimus. Nam in Regiæ Bibliothecæ codicibus duobus, Colbertinæ tribus, & Thuanæo, quem Colbertina Bibliotheca servat, Chiffletiano, quem Dalecampius, &

Toletano, quem Pintianus vedit, *Smyrnæ apud Matream* scribitur: cum legi haud dubie par sit, *apud Matroum*. Et Μητρὸν certe *Smyrnæ* fuisse, Matris Deūm Cybeles fanum, Strabo lib. xiv. pag. 646. locupletissimus est auctor. Plinius ipse quoque lib. xiv. sect. vi. ubi de vino Pramnio: *Nascitur Smyrnæ regione, juxta delabrum Matris Deūm*. Hinc hymnos Cybeles ματρός vocarunt, quos primus tibia cecinit Sirites, teste Athenæo, lib. xiv. pag. 618. & Julio Polluce, lib. iv. cap. x. Σειελτης κατηνύλησε τῷ Ματρός ὥρωτος: Dalecampio τῷ Ματρός apud Athenæum Cereales hymnos nequicquam reddente. Fuit autem ipsa Deūm Mater & Isis ibi etiam, ut & alibi, appellata: unde *sacerdotem Iidis Smyrnæ* fuisse monet Aristides, tom. i. Serm. sacr. pag. 490.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ. NEIKOM. OMONOIA. In M. Aurelii nummo, figuræ turritæ duæ dextræ jungunt.

СТРА. М. СЕЛАЛЮТ. (forte **СҮИЛАЛЮТ.**) **ОМО.**

СМУР. NEIKOM. Ceres stat, sedente Cybele, in M. Aurelii nummo, e Gaza Regia. *Prætore M. Suillio, Concordia Smyrnæorum, & Nicomediensium.*

СМУРНАΙΩΝ. Г. НЕΩΚΟΡΩΝ. ЕПІ. ΔΙΟΓΕΝΟΥС. Juliae Mæfæ, e Cimelio Regio, *sub Diogene Prætore*. Amazon templum sustinet.

СМУРНАΙΩΝ. СТР. ПО. АИД. АРИЗНАЛОУ.

Στρατηρὸς Πο..... Αἰδίου Αειζήλου. Commodi nummus, in quo Cybele curru leonum vehitur, e Cimelio Regio.

СМУРНАΙΩΝ. ПРОΤΩΝ. АСИАС. Ex parte altera, E P. M. АҮР. ТЕРТИОУ. АСИАРХОУ.

Sub M. Aurelio Tertio Asiarcha. Apud Spanhem. pag. 693. e Cimelio Reginæ Christinæ.

ЕПІ. СТРА. КЛ. РОУФИНОУ. СОФИСТОУ. СМУРН. Commodi nummus e Cimelio Regio. Cybele cum leone.

СМУРНАΙΩΝ. Г. НЕΩКО. ΘΕΑС. РΩΜΗС. Roma sedens. *Smyrnæis tertium Neocoris Deæ Romæ. Juliæ Domnæ nummus, e Cimelio Regio. Tertium jam*

se esse Neocoros, ex quo nempe Severus, cuius Julia conjux fuit, principatum obtinebat, Smyrnæ gloriantur: quos historici referunt principes omnium extitisse, qui templum urbi Romæ statuerent. Tacitus, lib. iv. Annal. *Smyrnæ dixerunt se primos templum urbis Romæ statuisse*, M. Porcio Catone Consule, magnis quidem jam Romani populi rebus, nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Punica urbe, & validis per Asiam regibus.

C M Y P N A I Ω N. Serapidis effigies. Ex parte aversa pro-
ra navis, iterumque **C M Y P N A I Ω N.**

C T P A. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΟΜΟ. **C M Y P.** ΑΑΚΕ-
ΔΑΙ. Commodi nummus, e Gaza Regia, in quo
Mars cum Cybele, illo Lacedæmoniorum Deo, ista
Smyrnæorum Dea Custode ac Præside. Σπειρατης Ηρα-
κλεῖδου. Ομόνοια Σμυρναίων. Λεχεδαιμονίων. Prætore He-
raclide. Concordia Smyrnærum & Lacedæmoniorum.

Ε Π Ι. **C T P A.** ΚΛ. CTPATONEIKOT. **C M Y P N A I Ω N.**
Sub Prætore Stratonico. Cybeles sedentis effigies in
Severi nummo, e Gaza Regia.

P R Ω T A K O I N A A C I A C C M Y P N A I Ω N. **Ε Π Ι.**
C T P A. ΚΛ ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙ. Severi & hic
nummus est e Gaza Regia, apud Tristanum, tom. II.
pag. 96. *Prima Certamina Communia Asiae apud Smyr-
næos, sub Prætore Claudio Rufino Sophista.* Delectam a
Communi Asiae urbem hanc nummus significat, quo
conventus totius Provinciae fieret, ludique solennes,
& in templo ejus oppidi sacra communia, tum pri-
mum, Severi nempe principatu, celebrata. Sic enim
in Titi nummo legimus, **C O N G I A R.** PRIM. P. R.
DAT. & **C O N G I A R.** TER. non quod ante nullum
populo Rom. congiarium datum sit: datum enim
a Julio Cæsare & aliis scimus: sed quod antea a Tito
nullum. Est & Gallieni similis alter apud Tristanum,
tom. III. pag. 93. **Ε Π Ι** **C T P.** M. ΑΥΡ. Ο ΡΕC-
ΤΟΥ. **C M Y P N A I Ω N.** **Ν Ε Ω Κ Ο Ρ Ω N.** in num-
mi ambitu: dñnde in corona, medium aream verba hæc
obtinent, **P R Ω T A K O I N A A C I A C C M Y P N.**

CMYRΝΑΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ACIAC. B. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummi Juliæ Domnæ, Caracallæ, Juliæ Mæſæ, & Alexandri Severi, in Cimelio Regio: quibus nummis civitatis ejus prærogativa significatur, quod ceteræ eo conventum agerent, disceptarentque ibi finitima civitates. Neque enim usitatæ illæ in nummis formulæ, CMYRΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ACIAC: & in Augusti numismatibus, Caracallæ, Getæ, Macrini, Alexandri Severi, Gordiani, Tranquillinæ, & Valeriani, ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ACIAC. Caracallæ, Herennii Etrusci, & Valeriani, ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ. Non, inquam, hæ formulæ contentiones tantum inter se se urbium significant, de prærogativæ dignitate, ut visum alias eruditis viris: sed vel ludos primum a Communi Asia in ea urbe editos, sub eo Augusto, cuius effigies in nummo est, vel in finitimas civitates jurisdictionem, quod eo deferre causas hæ cogerentur, ut eo foro disceptarent, propterea que principatum inter ceteras sui quæque tractus obtinerent. Plinius, loc. cit. *Smyrnæum conventum magna pars Aëoliæ frequentat &c.* Vide quæ diximus in nummis AMACEIAC.

CMYRΝΑΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΤΩΝ. CEBACTΩΝ. Neocori Augustorum dicuntur, nempe Getæ & Caracallæ: (est enim hujus Principis effigie cusus iste Regiæ Gazæ nummus:) quod in eorum gratiam ludos, certaminaque ederent, & sacra tum tertium facerent. Sunt & Juliæ Domnæ inscripti, ΕΠ.

/ CT. ΡΟΥΦΙΝΟΥ, ἦπι, φρατηρος Ρ'ουφίου. ΕΠ. CT. ΚΛ. ΑΡΙСΤΟΦΑΝΟΥ, κλωδίου Αευφάνους.

ΕΠ. CTP. M. ΑΥΡ. ΓΕΜΙΝΟΥ. CMYRΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. OMONOIA. Caracallæ, e Ga-za Regia. Isis, Nemesis, Aesculapius, stantes.

ΑΤ. K. M. ANTΩΝΕΙΝΟC. Caracallæ, apud Oc-conem, pag. 383. & in Cimelio Regio. In superficie aversa: CMYRΝ. ΠΡΩΤΩΝ ΤΩΝ CEBACTΩΝ ΚΑΛΛΕΙ. ΚΑΙ. ΜΕΓΕΘΕΙ. ΕΠΙ. CTPATH. TIB. KRHTAPIΟΥ. Legit Sponius, in Itin. Athen.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΑΣΙΑΣ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΤΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. ΚΑΛΛΕΙ. ΚΑΙ. ΜΕΓΕΘΕΙ. ΕΠΙ. ΣΤΡΑΤΗ. ΤΙΒΕΡΙΟΥ. ΚΑΙ. ΚΡΗΤΑΡΙΟΥ. *Smyrnæorum Primorum certaminum Augustalium, pulcritudine & magnitudine. Sub Prætore Tiberio Cretario. Et Cretarii mentio apud Gruterum, pag. 1077. Horum Augustalium a Smyrnæis editorum mentio iterum in Marmore Oxoniensi, pag. 47.* Ἀγαθὴ Τύχη. Καθὰ ἐψήσατο ἡ κρατίη Βουλὴ δὲ ΠΡΩΤΗΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ, καὶ λαμπεῖται καὶ μητροπόλεως δὲ Ἀσίας, καὶ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ, καὶ τὸ δόματα δὲ ερωτάτης ΣΥΝΚΑΗΤΟΥ καὶ κόσμου δὲ Ἰωνίας ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ πόλεως. *Cum Bona Fortuna. Ex decreto Incliti Senatus PRIMÆ PER ASIAM PVLCRITVDINE ET MAGNITVDINE, & splendidissimæ, & Metropoleos Asie, & TER EDITVÆ AVGVSTALIVM, ex decreto sanctissimi Senatus & ornamenti Ioniae SMYRNÆ ORVM civitatis. Cum Prima per Asiam civitas pulcritudine & magnitudine Smyrna vocatur, palam est quam recte Plinius, loc. cit. Smyrnam, uti & Ephesum, alterum Asie lumen appeleret.*

ΕΠΙ. Σ. ΙΠΠΟΛΕΙΤΟΥ. (pro ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ.)
ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΑΣΙΑΣ. Γ. ΤΩΝ.
ΝΕΩΚΟΡ. ΤΩΝ. ΣΕΒ. *Sub Prætore Hippolyto, Smyrnæorum qui primi ex Asia tertium Neocori Augustorum fuere. Alexandri Severi scilicet, & Juliæ Mamææ matris quorum ille sub Solis effigie, ista sub Lunæ iconе adumbratur, in nummo Gazæ Regiæ.*

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. *Sub Prætore Antiocho. Juliæ Mæsæ, apud Tristanum, tom. II. pag. 372. Pallas sedet, hastam læva, dextra victoriolam gerit.*

ΕΠΙ. ΤΕΡΤΙΟΥ. ΑΣΙΑΡΧΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.
Γ. ΝΕΩΚ. Isis stat & Nemesis, in Gordiani junioris nummo, e Gaza Regia. *Sub Tertio Asiarcha, Smyrnæis tertium Neocoris.*

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.
 ΣΟΦΙ. Σμυρναῖς τοῖς Νεωκόροις. Ρουφίνοι Σοφίται. *Smyrnæcorum ter Neocororum. Rufino Sophista Prætore. Amazon Smyrne dextra ædiculam, Iæva bipennim gerit. Tranquillinæ nummus, apud Sponium in Itiner. Athen. Quod ad Prætorem spectat, qui superius in nummo Severi, appellatus est ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΣ. ΣΟΦΙται exstat inscriptio perhonorifica de eo, allata a Sonio, in Itiner. Athen.*

ΟΙ ΘΕΙΟΤΑΤΟΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ ΣΕΟΥΗΡΟΣ ΚΑΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΚΑΙ ΚΑΡΕΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙC. ΕΙ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΡΟΥΦΙΝΟΣ Ο ΠΟΛΕΙΤΗΣ ΥΜΩΝ Ο ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΑΙΡΕΨΙΝ Η ΣΥΝΕΞΤΙΝ ΕΠΙ ΠΑΙΔΕΙΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΝ ΛΟΓΟΙC ΣΥΝΕΧΗ ΒΙΟΝ, ΤΗΝ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΑΝ ΤΟΙC ΣΟΦΙΣΤΑΙC ΚΑΤΑ ΤΑC ΘΕΙΑC ΤΩΝ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΗΜΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΙC ΑΤΕΑΕΙΑΝ ΤΩΝ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΩΝ ΚΑΡΠΟΥΜΕΝΟΣ ΥΜΩΝ ΑΥΤΟΝ ΕΚΟΥCΙΩ ΑΝΑΓΚΗ ΠΡΟΚΑΛΟΥΜΕΝΩΝ ΥΦΕΣΤΗ ΤΗΝ ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ΦΙΛΤΡΟΝ ΤΗΝ ΓΟΥΝ ΕΙC ΤΑ ΆΛΛΑ ΜΕΝΕΙΝ ΑΠΡΑΓΜΟΣ ΥΝΗΝ ΑΚΕΙΝΗΤΟΝ ΑΥΤΩ ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΟΝ ECTIN ΟΥ ΦΑΡ ΑΞΙΟΝ ΤΩ ΑΝΔΡΙ ΤΗΝ ΕΙC ΥΜΑC ΦΙΑΟΤΙΜΙΑΝ ΓΕΝΕCΘΑΙ ΖΗΜΙΑΝ ΚΑΙ ΜΑΛΙСΤΑ ΤΑΥΤΗΝ ΥΜΩΝ ΑΙΤΟΥΝΤΩΝ ΥΠΕΡ ΑΥΤΟΥ ΤΗΝ ΧΑΡΙΝ ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ. ΕΠΡΕΣΒΕΤΕΝ ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΚΑΙ ΑΙΔΙΟΣ ΣΠΗΡΑΤΟΣ.

Divinissimi Imp. Severus & Antoninus Cæsares, Smyrnæis. Si Claudius Rufinus civis vestier, qui ob professionem studiorum, & assidue in eloquentia vitam, propositum Sophistis secundum divina majorum nostrorum editæ, vacationem munerum meretur, vobis ipsum ex necessitate postulantibus, Præturam ineat ex caritate patriæ; eum idcirco ab aliis munib[us] vacationem habere integrum æquum est. Nefas est enim illius erga vos benevolentiam sibi dimno esse: ubi vos ipsi præsertim hoc ei dari beneficium rogastis. Bene valete. Legati fuere Anselmus Antoninus, & Aelius Speratus.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ.

OMONOIA. Otaciliæ Severæ nummus, in quo urnæ binæ cum palmis. Apud Sponium, in Itiner. Athen.

ΕΠ. Σ. ΦΙΛΗΤΟΥ. ΙΠΠΙΚΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ: Tria templa in Valerianis nummo, e Gaza Regia: Valeriano nempe Augusto, & liberis, dicata a Smyrnæis, qui se ter Neocoros Augustorum vocant. Sub Prætore Philota Hippico. Ionice, ut alibi monuimus, Φιλάτης, pro Φιλάτας dicitur. Vide supra, CÆSAREA Bithynia.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠ. ΚΕΣΤΟΥ. Sub Sexto Prætore. Gallieni nummus, e Cimelio Regio.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΥΤΑΝΕΙC. Apud Seguinum, pag. 27. nunc Cimelii Regii: qua voce Smyrnensium Magistratus indicatur: ut ii essent apud Smyrnæos Πρυτάνεις, qui Consules apud Romanos, apud Pœnos Suffetes: ut uberior explicuimus, verbo ΡΟΔΙΩΝ.

ΣΜΥΡ. Γ. ΝΕ. ΕΠ. ΠΟΛΛΑΙ. ΑΝΘΥ. Σμυρναῖων τη̄ς γεωκόρων ὅπι Πολλίων Θ' Αιγυπτίου. Sub Pollione Proconsule. E Cimelio Regio. Patinus pag. 5. Praefectum Pollianum insulse reddit, quod EPI ΠΟΛΛΙΑΝΟΥ legit, pro EPI. ΠΟΛΛΑ. ΑΝΘΥ. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟC, sacer Senatus. Isis & Nemesis, in eo nummo stant. Isidis Sacerdotem Smyrnæ fuisse auctor est Aristides, tom. I. serm. sacr. I. pag. 483. Πολλίων Θ' ἀρχοντος Ασίας meminit idem, serm. 4. pag. 611. Nemesis in Smyrnæorum numino altero, sub Commodo.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Ex parte altera, ΖΕΥC. ΑΚΡΑΙΟC. Juppiter *Acreus*, quæ vox Jovem plerumque sonat, qui præst arcibus: ut apud Pausaniam, in Atticis, pag. I. Ακραια Αφεδίτη. In Corinth. pag. 66. Η'εξ Ακραιζ. Nunc vero qui a Smyrnæis colitur Ζεύς Ακραιος, is est, cuius in promontorio Smyrnæorum fanum fuit: quod promontorium hodieque nautis & mercatoribus, Italico idiomate, a S. Joannis æde, S. Giovanni d'Acri vocatur.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΖΕΝΩΝΔΗΣ. E Museo nostro. Ionice scilicet, pro Ζενώνδας. Ut a Charon fit Charon-

NUMMI ANTIQUI

das, ab Ἐπαμεινῶν Ἐπαμεινώδας, per syllabæ unius, epenthesis, sic a Ζένω fit Ζενώδας. Et est id summi Magistratus in eo nummo nomen.

ZΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Vide ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

СМУРНА. Apud Seguinum, pag. 25. Smyrne Amazon, quæ urbem condidit, bipennem gestat humero. Plinius lib. v. sect. xxxi. *Ab Amazone condita, restituta ab Alexandro Smyrne.* In parte altera, leo : epigraphē СМУРНАИΩΝ.

СМУРНАΙΩΝ ОМО... ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Vide ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ.

СОАОНТИНΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. i i i. sect. x i v. in Sicilia, *Solūs*. Nunc *Solunto*. Nummi alii Nettunum cum tridente exhibent, Jovem alii : alii denique Herculem, quod is Soluntem interemit, a quo Solentini nomen cepere. Auctor Stephanus : Σολοῦς, πόλις Κιλικίας, (lege Σικελίας) ὡς Εὐρωπή. Εκλύθησαν τὸ Σολοῦντον κακοῖσθέντου, διὰ δύναλει Ηγειρῆς. ὁ πολίτης Σολούντιος, καὶ Σολούντιος. *Solūs*, urbs Siciliæ, ut auctor est Hecataeus in Europa. Sic autem sunt appellati a Solunte, quem, cum esset in hospites acerbior, Hercules interemit. Gentile nomen, *Solantius*, & *Solantinus*. Sunt quibus & papilio insculptus, & Punici charactres: quod Phœnices & Carthaginenses cum Siciliam omnem olim, tum Soluntem in primis tenuere, auctore Thucydide libro sexto.

ΣΠΑΛΕΘΡΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Caii Cæsaris nummus e Thesauro Goltzii, pag. 233. Plinio, lib. iv. sect. xvi. *Spulathra*. Stephano : Σπαλέθη, πόλις Θεωταλίας... τὸ θησαυρὸν, Σπαλεθῆς.

ΣΠΑΡΤΩΛΙΩΝ. ΣΩΤΗΡΟΣ. *Servatoris Spartolio-*rum. Aesculapii, ut opinor. Stephanus : Σπαρτωλὸς, πόλις Μακεδονίας. τὸ θησαυρὸν, Σπαρτωλίθος.

СТА. In suprema parte nummi. In media bos. In ima, epigraphē B O V. Getæ ex Cimelio Regio nummus, quo geminum Campaniæ oppidum signari credimus, Stabias, & Bovillas. De priore Plinius, lib. i i i. sect. ix. *In Campano autem agro Stabiae oppidum fuere, usque ad*

ad Cn. Pompeium, & L. Catonem. Nunc loco etiam inter ostia Sarni amnis, & Surrentum, nomen est *Castel a mar di Stabia*. De Stabiano lacte, Galenus lib. v. Meth. med. Symmachus, lib. vi. ep. xvii. *Stabias ire desiderant, ut reliquias longæ ægritudinis armentali latte depellant.* De posteriore, in mediterraneis Campaniæ oppidis, *Bovillæ*. Affertur hic nummus a Patino, pag. 317. nec in explanando eo satisfacit.

ΣΤΑΣΙΩΝ. Vidisse se nummum hunc, cum Solis effigie, & mali Punici flore, vulgatis Rhodiorum insignibus, Spanhemius asseverat, lib. de usu Numism. pag. 286. nec quo spectet ille, expedire se posse fatetur. Nos, dum melius aliquid succurrat, legi **ΣΤΑΔΙΩΝ** posse auguramur, Rhodique vicum aliquem intelligi, quod & eam Stadiam esse appellatam olim, ex Strabone didicimus, lib. xi. v. pag. 653.

ΔΗΜΟC. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ΣΤΑCΙΟC. Elagabali nummus, allatus ab eodem Spanhemio, loc. cit. ex Ligorii collectaneis: quo quidem in nummo ille oppidi adhuc ignoti, nos viri, Magistratus scilicet, qui **Στάθη** vel **Στάθη** Latino more nuncupatus sit, latere nomen iuspicamur: id quod in plurimis Græciæ nummis usu venire nemo in hoc genere non omnino rudis ignorat. Hæ vero tantum conjecturæ sunt: non κυρίας δέξια. Sed & **ΣΤΑΣΕΟΥ ΙΕΡΕΩΣ** ex vetusta inscriptione Sponius meminit, cui forte hic locus debetur.

ΣΤΕΚΤΟΦΗΝΩΝ. ΕΠΙ. ΠΑΥΛΟΥ. Sub *Paulo*. Nummus Faustinæ Aurelii in Cimelio Regio, qui cervum insculptum præfert. In Notitia Eccles. pag. 39. Provinciæ Phrygiæ Salutaris **Στεκτόειον** quarto loco censeatur: pag. 4. **Στεκτόειον** septimo decimo. Et apud Leunclavium, pag. 94. ὁ **Στεκτόειον**. Et in Conc. C.P. V. pag. 5. **Παῦλος τὸ Στεκτόειον ἐπίκοπος**. Sed ex nummo certissima ejus loci appellatio repetenda, **Στεκτόειον**. Unde in hoc Pausaniæ loco, e Phocicis, pag. 344. vers. 4. Εὐρεῖσθαι Φυγῶν ἐς Τεκτοφήνων, addita ex præcedente vocabulo litterula, leges, ἐς Στεκτόφηνών.

O O o.

Et apud Ptolemæum , lib. v. cap. ii. in majoris Phrygiæ oppidis , ubi Ἰρδειον vel Ἐρδειον perperam scribitur , Στοβένειο tu repone.

STOBENSIVM.

MVNICIPI. STOBENSIVM. Severi nummus apud Platinum in Indice , pag. 18. & alter Caracallæ, apud Tristanum , tom. i i . pag. 175. itemque Getæ, apud Mediobarbum , pag. 305. & Elagabali ibidem , pag. 314. victoriam cum palma & corona exhibit. Vespasiani , & Titi , templum quatuor columnarum , apud Mediobarbum , pag. 118. & 127. Juliae Domnæ, apud Platinum in Indice , pag. 19. & Mediobarbum , pag. 283. victoriam , aliudve Numen , quod dextra hastam , læva Copiæ cornu gerit , pedibus draconem implicitis. Plinio , lib. v. sect. xvi i . in Macedonia, *Oppidum Stobi civium Romanorum*. Ulpianus , libro l. Dig. tit. xv. de Censibus : *Stobenses juris Italici sunt*. Apud Occonem , pag. 194. Trajani nummus , SIDOBENSIVM , aut SIOBENSIVM , inquit : cum utrovis modo legas , error sit minime obscurus , pro STOBENSIVM. In eo nummo templum , in quo hastata Pallas.

CTPATONIKEΩN. Getæ nummus in Cimelio Regio , & apud Platinum , pag. 319. Ceres ibi cum gemina face , biga draconum vehitur. Alter quem vidimus , alatam Victoriam exhibit : ex antica parte , Numinis ignoti , Dei forte Luni effigiem. Plinio , lib. v. sect. xxix . in Caria , *Stratonicea libera*. Decreto , ut quidem videtur , Cæsaris Dictatoris , cuius Tacitus libro i i i . Annal. meminit. Strabo , lib. xiv . pag. 660. in agro Straroniceno fana fuisse duo admonet , Jovis , & Hecatæ : de Cerere filet. Stephano : Στρατωνίκεια Καλας... δ πολίτης , Στρατωνίκειος. Hos nummos Tristanus , tom. i i . pag. 272. & alii , alio frustra ablegant.

ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ. Græciæ veteris nummi , apud Goltzium , Tab. xi . In his Hercules cum leonis exuviis clavam attollit : addita vocula ΣΩ. qua Σωτήρ Servator Hercules appellatur. Tamen ille volucres , quibus

ab eo oppido nomen fuit, non clava, sed sagittis interfecit. Hyginus, fab. xxx. *Aves Stymphalides* *que emissis pennis suis jaculabantur, sagittis Hercules interfecit.* Lucretius libro v.

Vncisque timendæ

Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

Strabo, lib. viii. Λίμνη Στυμφαλὶς, ἐν τῇ τὰς ὄρη μαθελούσῃ τὰς Ἀστέρας τὸν Ηρακλέους τοξόμασι καὶ τυμπάνοις ἔξελαθείσας, καὶ αὐτὰς καλοῦσι Στυμφαλίδας. *Stymphalides volucres, quas Hercules sagittis & tympanis expulerit.* Ex parte altera Junonis caput: quam educatam Stymphali Deam, triaque ibi fana habere Pausanias admonet, in Arcadicis, pag. 253. Plinio, lib. iv. sect. x. *Stymphalum.* Stephano: Στύμφαλος, πόλις Ἀρκαδίας.... τὸ ἔθνος, Στυμφαλῖος.

S V E S S A N O. Nummus e Museo nostro, in quo gallinacei effigies, ut in Caleni Teanique nummis: & Palladis caput. Plinio, lib. 111. sect. ix. *Coloniae: Sessa, Venafrum, &c.* Apud Gruterum, pag. 1093. COLOGNIA. IVLIA. FELIX. CLASSICA. SVESSA. Nunc *Sessa* dicitur, in Latio.

S V E S A N O. Herculis leonem suffocantis, Mercurii que petasati effigiem hi nummi præbent. Apollinem alii, & Minotaurum, qualis in Neapolitanorum nummis occurrit. Apud Goltzium, in Magna Græcia, Tab. xviii.

S Y B A P I T Ω N.

S Y B A. Nummus e Magna Græcia Goltzii, tab. xxxvii. Plinio, lib. 111. sect. xv. *Sybaris.* Stephano: Σύβαρις, πόλις Ἰταλίας.... ὁ πολίτης Σύβαριτης. Nunc jacet: in Tabulis signatur ruderibus nomen, *Sibari röuinata.*

C Y T E Δ P E Ω N. M. Aurelii, & Maximi nummi, in Cimelio Regio, cum Jovis effigie. Urbs est Isauriæ, neglecta Plinio, Stephano memorata: Συέδρα πόλις Ἰσαυρίας.... ὁ πολίτης, Συέδρως. In Notitia Eccles. pag. xv. inter Episcopos Prov. Pamphyliæ, ὁ Συέδρων. Et pag. 31. Συέδρα. Apud Goltzium in Thesauro, pag. 231.

C E Y Δ P E Ω N., litteris præpostere permutatis, pro-

ΣΥΕΔΡΕΩΝ. Errorem Goltzii & Occo haasit,
pag. 273.

ΣΥΜΑΙΩΝ Nummi e vetere Græcia Goltzii, Tab. xxiii.

Plinio, lib. v. sect. xxxvi. *Inter Rhodum Gnidumque Syme.* Stephano: Σύμη, ὑπόστος Καρεκῆ . . . τὸ ἔθνος, Συμῆος. In hisce nummis insculpta Ceres cum spicis fumenti in eo agro ubertatem innuunt.

ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ.

ZETC. ΠΑΝΔΗΜΟC. ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ Domitiani nummus, apud Patin. pag. 166. quo Synnadenis conventus præses Juppiter appellatur. Plinius, lib. v. sect. xxix. *Alter conventus a Synnada accipit nomen.* Stephanus: Σύνναδα, πόλις Φρυγίας . . . ὁ πολίτης, Συννάδεως. Similis alter Nervæ apud eundem, pag. 172. & in Cimelio Regio, ΔΙΑ ΠΑΝΔΗΜΟΥ, ΣΥΝΝΑΔΕΙΣ, cum Jovis sedentis effigie, *Iovem totius conventus præsidem* vocat. Sic Ἀφεδήτῳ Πάνδημοι Venerem totius populi Præsidem ab Atheniensibus coli Theseus voluit, cum in unam civitatem ex agris Atheniensem populum compulisset. Auctor Pausanias in Atticis, pag. 20. Ἀφεδήτῳ ἡ τὴν Πάνδημον, ἐπει τε Ἀθηναῖος Θησεὺς ἐσμέναι ἤγαγε πρὸ τῷ δίκαιῳ πόλιν, αὐτῷ σέβεται κατέγνω.

ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. Caput Herculis, in nummo vetere Cimelii Regii: cuius ex parte aversa templi effigies est, cum oleæ ramis utrique posti affixis, & epigraphè ΔΩΡΙΕΩΝ. ΙΩΝΩΝ. Quibus verbis significatur communia utriusque gentis sacra, Doridis scilicet & Ioniæ, in eo Synnadeni fano, communiaque certamina, in ea civitate edita. Tristanum hæc aliter accipientem, tom. 11. pag. 202. nihil moramur, adstipulante nobis Herodoto, ut dicturi sumus in nummis ΦΡΥΓΙΩΝ.

ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. Ex parte altera, ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. Apud Patinum, pag. 3.

ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. ΜΕΑΙΤΩ. ΑΘΗΝΑΙΟΥ. Matum granatum, spica, pileique Castorum. *Synnadenium, sub Melitone Athenæi F.* Ex parte altera, Jovis caput: e Cimelio Regio.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, & ΣΥΡΑ. In nummis Musei nostri

passim, & apud Parutam: cum effigie Jovis & epigrapha, ΖΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ Iuppiter Liberato^r. Notum Sicut & oppidum Syracusæ, Syracusæ.

S Y P A K O S I Ω N, cum Dianæ venatricis effigie & epitheto ΣΩ, hoc est, Σωπίης, Servatrix, apud Parutam, num. 28. &c. Cicero in Verrem, orat. i v. ubi de urbe Syracusis. *In ea sunt ædes sacrae complures: sed duæ, quæ longe ceteris antecellunt: Dianæ una: & altera, quæ fuit ante istius (Verris) adventum ornatissima, Minervæ.* Accedit huc fabula quam Pindari Schol. refert, in Nem. ode i. captum amore Dianæ Alpheum, ipsam in Siciliam secutum: ibique fontem Arethusam exstitisse: dictumque hinc Dianam Alpheam. Vide & Diodorum Sicul. lib. v. Bibl. Captæ sunt a Marcello Syracusæ, cum festum Dianæ agerent, teste Plutarcho in Marcello.

S Y P A K O S I Ω N, cum Apollinis pharetrati iconē: quem Apollinem esse Temeniten puto, qui Syracusis colebatur, teste Tullio, in Verrem orat. i v. *Vrbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium, sæpe audistis..... Et tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur..... Præterea duo templi sunt egregia: Cereris alterum, alterum Liberæ: signumque Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum & maximum.* Vide & Thucydidem lib. v i. Est autem Τέμενος Græcis, quod fanum seu templum Latinis. De aliis Syracusanorum fanis, Aesculapio sacris, aut Libero, aliisque, Tullius, loc. cit.

S Y P A K. Cum Palladis galeatae effigie, apud Parutam, num. 21. cuius Deæ ædem ex Tullio ibi fuisse proxime vidimus. Sunt & quibus insculpta noctua, Palladis symbolum, num. 54.

S Y P A K O S I Ω N. Numini plurimi, cum quadrigis, bigisve, certaminum ac victoriarum indicibus. Pindarus, in Pyth. Ode 11. Μεγαλοπόλιες ἡ Συράκουσαι, Εὐδρματος Ἱέρων ἐν κρατέω &c. Magna urbs, ἡ Syracusa, in qua Hieron curru felix, vittoria potitus, &c. Olim autem quadrigæ, ut id obiter animadverta-

mus, junctos ἐν τῷ λόγῳ equos habebant quatuor, uti ex hisce nummis quadrigatisque denariis liquet: non ut in nostris duo præeunt, totidem sequuntur.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Pallas armata, belli Dea præses: & ex parte aversa Pegasus, apud Parutam num. 67. 68. 69. &c. Cusi fortassis ii nummi a Carthaginensibus, dum rerum in Sicilia potirentur, quod Medusa, cuius ex sanguine Pegasus natus singitur, Afra fuit, Phorcynos Cyrenæi filia, ut ait Palæphatus in fabulis. Silius certe lib. x i v. inter signa navium Punicarum Sicularumque Pegasum enumerat:

*At vinclis trahitur cognata in litora Anapus,
Gorgoneasque ferens ad sidera Pegasus alas.*

At Pegasm nos idcirco potius insculptum hic remur, ut in Corinthiorum nummis, quod *Corinthus*, teste Velleio, lib. 11. *Syracusarum genitale solum* fuit, sive μητέρα πεπλού, quo sensu accipi hanc vocem oportere ex Themistio diximus, verbo *A M A Σ E I A Σ.*

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, cum Cereris effigie, cuius in capite spicæ, qui & illius Deæ ornatus solennis est, quare *Spicifera Ceres* a Manilio dicitur: & idem ubertatis Siculæ argumentum. Apud Parutam, num. 95. De Cereris æde, quæ Syracusis fuit, ex Tullio diximus. Sunt & in eo nummo faces accensæ, quibus usæ Ceres fertur in fabulis, cum Proserpinam quereret.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Caput Jovis Olympii, cum fulmine: ex parte altera Pegasus: apud Parutam, in nummis Syracusiorum, num. 1. Fuit juxta Syracusanum portum oppidulum Ὀλυμπίειον appellatum, cum Jovis Olympii templo: uti prodidere Thucydides lib. v 1. Diodorus lib. x 111. & xx. Plutarchus in Nicia. Quibus omissis, Livii unius verba afferemus, e libro xxiiii. *Hæc nunciata cum essent Romanis, ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas Et jam non modo pacis, sed ne belli quidem jura relitta erant, cum Romanus exercitus ad Olympium (Iovis id templum est) mille quingentis passibus ab urbe castra Appius posuit.*

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Hercules leonem suffocat, apud

Parutam, num. 26. Clava Herculis alibi solum insculpta, num. cxi. De fano Herculis prope Syracusas, vide Plutarchum in Nicia. Ejus fani ruderibus superstruetam aīunt adem Magdalena sacram.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. In corona e spicis. Paruta, num. 97.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Leo, apud Parutam, num. 99. & 100. Fuisse vicum, locumve, prope Syracusas, cui Λέοντος nomen foret, Thucydides auctor est libro vi. & Livius lib. xxxiii.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Caput Apollinis laureatum. Ex altera nummi parte, Diana, soror Apollinis, cuius iterum ibi quoque cithara insculpta. Epigraphe, ΣΩΤΕΙΠΑ, Servatrix. Apud Parutam, num. 3.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Tripus. Ex parte antica, caput Apollinis laureatum: pone, equi caput, Carthaginensium typus. Apud Parutam, num. 8.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Aquila fulmini infidet. Ex parte altera, Jovis caput forma & habitu juvenili, cum laurea corona, simul & spicea. Apud Parutam, num. 8. Epigraphe, ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ, Dorice pro Ἐλληνίου, Iovis Graeci, sive Græcanici. Sic Ἐλλήνιον τέλεος, fanum Græcum in Aegypto, teste Herodoto in Euterpe, fuit.

SYRIA.

KOINON ΣΥΡΙΑΣ. Commune Syriae. Trajani numerus apud Tristianum, tom. i. pag. 417. & in Museo nostro, in quo Cybeles turritæ effigies. Vide **KPHTΩΝ KOINΩΝ**, &c. Est & Juliae Domnae, apud eundem tom. ii. pag. 138. qui nummus ipsius Augustæ in templo effigiem præfert. Quantum Severo Principi, cuius Julia conjux fuit, totique domui Augustæ Syria debuerit, declarat inscriptio vetus, allata a Sponio, libro inscripto Gallice, *Recherches d'Antiquité*, pag. 193. reperta altera a Sidone Phœnices lapide, via quæ Tyrum dicit:

IMPERATORES CAESARES

L. SEPTIMIUS. SEVERVS. PIUS. PERTINAX.

AVG. ARABICVS. ADIABENIC. PARTHICVS. MAXIMVS.

TRIBVNICIA POTEST. VI. IMP. XI. COS. II. PROCOS. P. P.

ET. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. FILIVS. EIUS.

VIAS. ET. MILIARIA. PER. Q. VENIDIVM. RVFVM.
LEG. AVG. PR. PR. PRAESIDEM. PROVINC. SYRIAEC.
PHOENIC. RENOVAVERVNT.

Iterumque alterius fragmentum, pag. 194.

ET VIAS. E T. IMPERIVM
PROVINCIAE SYRIAEC.
RENOVAVIT.

ADVENTVI. AVG. SYRIAEC. Hadriani, apud
Occonem, pag. 230.

EXERCITVS. SYRIACVS. Hadriani, e Cimelio Regio. Sedet in equo Imperator, & ante eum stant signiferi quatuor, cum scutis, Labaro, & signis militaribus. Spartanus, in Hadriano, pag. 2. *Quinto Iduum Augusti die, legatus Syriae litteras adoptionis a Trajano accepit: quando & natalem adoptionis celebrari jussit. Tertio Iduum earumdem, quando & natalem imperii instituit celebrandum, excessus ei Trajani nunciatus est.* Hoc ei scilicet exercitus Syriacus, cui tum præferat, gratulatur. Quamobrem ipse vicissim, ut ait idem Spartanus, pag. 3. *Militibus ob auspicia imperii duplicem largitionem dedit.* Erat autem exercitus Syriacus olim vel ipsis Cæsaribus metuendus: *Quare, ut narrat Ælius Spartanus in Didio Juliano, pag. 62. Julianus quidem neque Britannicos exercitus, neque Illyricos timebat: Nigrum vero, Pescennium scilicet, qui a Juliano desceiverat, occidi præceperat, timens præcipue Syriacos exercitus.* Et in Severo, pag. 66. *Pescennius Niger imperium contra Didium Julianum susceperebat, auctoribus Syriacis exercitibus.* Ejusdem porro Hadriani nummi sunt alii, quos supra retulimus, EXERC. D A C I C V S. EXERC. R A E T I C V S. EXERC. BRITAN- NICVS. EXERC. M A V R E T A N I C V S &c. Habuit enim plures in procinetu exercitus, in iisque legiones plurimas: quo loco succurrit illud animo Favorini dictum sane lepidum, quod Spartanus refert in Hadriano, pag. 7. *Favorinus quidem, cum verbum ejus quoddam ab Hadriano reprehensum esset, atque ille cef- fisset, arguentibus amicis quod male cederet Hadriano,*

de verbo quod idonei auctores usurpassent, risum jucundissimum movit. Ait enim: Non recte suadetis, familiares, qui non patimini me illum doctiorem omnibus credere, qui habet triginta legiones.

S Y R I A. Nummus Antonini Pii, e Thesauro Goltzii, pag. 233. & apud Mediobarbum, pag. 193.

S Y P I Ω N. M. Aurelii nummus, cum palmæ icone. Plinio, lib. i v. sect. xxii. *Syros* insula, in Cycladibus insulis. Suidas verbo Φερεκύδης. Ή Σύρος, νῆσος μία τοῦ Κυκλαδῶν, πλησίον Δήλου. Fuit enim Syrius Pherecydes. Stephanus: Σύρος, νῆσος Ἰωνικῇ... τὸ ἔθνος, Σύρος. A Syria autem regione, Σύροι Græcis dicuntur. Nunc Siraea insula appellatur.

S Φ H K E I Ω N. Nervæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 233. Stephano: Σφήκαια, πόλις Εὐζοίας. τὸ ἔθνος, Σφήκαις. Addi oportuit, & Σφήκαιος.

T

T A L A B R I G A M V N. Galbae, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio, lib. i v. sect. xxxv. *Oppidum Talabrica*, in Lusitania. E Talabricæ ruderibus Alveorum oppidum est excitatum, Aveiro.

T A M A Σ I T Ω N. Nummi duo apud Goltzium in Græcia vetere, Tab. xxvii. Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Taramasca*. Stephano: Ταμάστης, πόλις Κύπρου... τὸ ἔθνος, Ταμασίτης, καὶ Ταμάστης. In eo nummo turritum caput, templumque Veneris Paphiæ, cum ejus Deus simulacro, metæ effigie. Vide K Y P R I Ω N.

T A N A Γ P A I Ω N.

T A. In Græcia Goltzii, Tab. xvii. cum effigie dimidiati equi, cuius collo corona ex olea circumdata, relatæ in curuli certamine victoriae symbolum: ex parte altera clypeus est, commune, ut diximus, Boeotorum insigne. Plinio, lib. i v. sect. xii. *Tanagra*, liber populus. Stephano: Τάναγρα, πόλις Βοιωτίας.... ὁ πολίτης, Ταναγρεὺς.

T A N A. Nummus Germanici, e Gaza Regia. Puer nū
P P p

dus, arcum læva, dextra ramum tenet.

TANITΩΝ.

TANI. L. IA. *Tanitōr. Αυγέσσωτος* id. hoc est, *anno undecimo* Hadriani Imp. cuius principatu nummus ille cūsus est, quem in Regia Gaza vidimus. Patinus, pag. 197. KANI. perperam legit, quæ vox nihil est. Stephano: *Táris, πόλις μεγάλη Αἰγύπτου· ὁ πολίτης, Tanites.* Plinio, lib. v. sect. ix. *Tanites nomos;* & sect. xi. *Taniticum* ostium Nili. In Notitia Eccles. pag. 55. *Táris* Provinciæ Aegypti Augustamnicæ adscribitur. Dissitam a Damiata unius fere diei itinere Tanis aīunt scriptores belli sacri, Vincentius, Antoninus, & alii. Nec Damiata Tanis itaque est, nec Pelusium, ut suo loco monuimus: sed oppidum utroque recentius, ab Aelio Hadriano, vel ab Aelio Cæsare conditum, & cognominatum: nam *Aeliopolos* nomen olim habuit, ut Spondanus animadvertisit, ad annum Christi MCCCXVIII. num. i. Fallitur porro Holstenius, in Annot. ad Geograph. sacram, pag. 176. & qui ei prævit, Carolus a S. Paulo, cum *Tarwāth* Stephani, cui præfuere Elpidius & Bassus Episcopi, Damiatam esse arbitrantur. Damiatam enim esse constat intra Delta, in Provincia Augustamnica, cuius metropolis Pelusium fuit: *Tarwāth* vero, sive *Tarwāth* procul inde, plurium dierum intervallo, ultra Memphis, ipsumque Delta, in Arcadia Aegypti Provincia locum habuit, cuius metropolis Oxyrynchus fuit, Hierocle teste, seu quisquis ille est, cuius opera ac studio concinnata exstat antiqua Notitia, pag. 55. Arcadia vero dicta ea provincia est, vel ab Arcade rege, ut volt Eustathius: vel, uti verius arbitror, quod ut Achaiæ umbilicus Arcadia est, mediterraneaque tota regio, sic tractus ille medium obtinet in Aegypto situm, ceteris undique cinctus nomis, sive prefectoris.

TAOTIANΩΝ. Severi nummus.

CE. TPO. TAOTIANΩΝ. Nummus Juliæ Domnæ ex Gaza Regia: quem interpretari liceat, Σεπτιμίας *Tερψικούς* *Tασιδών.* Ut id ei nomen a Septimio Severo

inditum intelligas, cui conjux Julia Domna fuit. Figura muliebris in rupe sedet, amne pro pedibus cmergente, quo typo oppidi situs indicatur.

METPO. TAOYIANΩN. Caracallæ. *Metropolis Tavianorum*. Vel divisim, ME. TPO. TAOYIANΩN. *Metropolis Trocmorum Tavianorum*. Plinius, lib. v. sect. XLII. *Oppidum Trocmorum Tavium*, in Galatia. In Conc. CP. V. collat. i. pag. 416. subscribit *Anastasius Episcopus Tabiae*, vicem agens *Dorothei Episcopi Ancyrae*. In Notitia Hieroclis, pag. x i. Επαρχία Γαλατίας. ὁ Ἀγρύφων. ὁ Ταβίας, &c. Et pag. 33. Ταβίας. Vide notas in Plinium.

TAPANTINΩN.

TAPAΣ, Tarenti conditor. Nummus ex argento, quo Taras ipse delphino vehitur, in Museo nostro. Plinius, lib. III. sect. XVI. *Tarentum, oppidum Laconum &c.* Stephanus: Τάρειος, πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμὸς ὄμανυμος ... ὁ πολίτης Ταρειός. Nanc quoque Tarente. Julius Polliux, lib. I x. cap. vi. Ἀειρέαντις ἐν τῇ Ταρειτίᾳ πολιτίᾳ εποιήσας, καλεῖται νέμουσι πάρ αὐτοῖς νομίμουν, ἐφ' οὗ ἐπιτυπωθεῖ Ταρειτα τον Π σε δῶνθ, δελφῖνι ἐποχούμενον. Aristeles in *Tarentinorum Republica* ait, *numisma ab ipsis rummum vocari, eique insculptum esse Tarantem Neptuni F. delphino vectum.* Apud Goltzum in Magna Græcia Tab. XXXII. alteram nummi aream obtinent victores e ludo aut certamine, in equis sedentes, coronamque dextra præferentes, adscriptis nominibus, ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ, ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ, &c. Sunt & in quibus eques insculptus, quem Phalantum esse arbitramur, quo duce coloniam Lacones Tarentum duxere, teste Pausania in Phocicis, seu lib. x. pag. 326. Huic enim divinos honores decretos a popularibus suis auctor est Justinus, lib. III. cap. iv. Gerit is læva clypeum, cui delphin insculptus: quo vectum ad litus ipsum ferunt, navi in Crissæo mari fracta, ut idem Pausanias refert, pag. 329.

TAPAΣ. Apud Goltzum, in Magna Græcia, Tab. XXXI. Hercules leonem clava conficit. Tarentini cum Jove
PPij

Herculem coluere , cuius simulacrum Romam Fabius Tarento transtulit. Plinius , lib. xxxiv . sect. xviii . *Fabius Verrucosus , cum Herculem , qui est in Capitolio , inde transferret , &c.*

TARRACO.

C. V. T. In Museo nostro , Tiberii nummus. *Colonia Vi-
etrix Tarraco.* Similes sunt & Augusti nummi , tum in Cimelio Regio , tum in Museo nostro , & apud Patin. pag. 61.

C. L. CAES. AVG. F. C. V. T. *Caius , Lucius , Cæ-
sares , Augusti Filii.* *Colonia Viætrix Tarraco.* In Ci-
melio Regio , & apud Patinum , in Indice , pag. 4.

C. V. T. T. In Cimelio Regio. Has singulares litteras Ant. Augustinus , Dialog. ii. de antiq. veterum numism. sic interpretatur : *Colonia Vetus Togata Tarraco.* Nos *Viætrix* , quam *Vetus* malumus : nam *colonia vetus* , aut *colonia nova* , nusquam quidem , quod sciam , in nummis exstat. *Inscriptiones Gruteri* duæ , pag. 429.

C O L. I. V. T. T A R R A C. *Colonia Iulia Viætrix Togata Tarragonensis.* De Togatæ cognomine , quod magis arridet , quam *Tyrrhenicæ* , vide Anton. August. Dialog. vii. Antiquitatum in nummis veterum , pag. 105. Sic Lampridius certe in Commodo vita , Carthaginem coloniam auctor est ab eo cognominatam , Alexandriam Comodianam Togatam. Plinius , lib. iii. sect. i v. *Colonia Tarraco , Scipionum opus* , quo quidem loco non coloniam ait Tarragonem a Scipionibus esse deducetam : sed oppidum ædificiis instauratum. Nam prima colonia deducta Carthaginem est , Velleio teste , post Scipiones. Hodie *Tarragona* , in ora Catalauniae. *Inscriptio* apud Gruter. pag. 382. C O L. TARRAC. In eo porro Augusti nummo , quem hic repræsentamus , nummi aream ara obtinet , ex qua palma enascitur : quo symbolo quid indicetur , M. Fabius Quintilianus docet , ut ante nos vidit Ant. August. Dial. ii. Antiq. pag. 13. Is enim auctor est , in dictis Cæsaris Augusti , lib. vi. cap. i v. Inst. Orat. enata palma in ara ipsi consecrata , misisse Tarragonenses legatos , gra-

tulatum Romam, quod victoriae omen, atque aeternitatis symbolum palma in ejus ara extitisset. Apparet, respondit ille, *quam s̄pē accendatis*. Intellexit nimirum Augustus nasci herbam aut arboris ramos in ara sacrificiis atque ignibus minime frequentata.

ΤΑΡΣΟΥ.

ΑΔΡΙΑΝ ΤΑΡΣΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ. ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΚΥΔΑΝΟΣ. Nummus Hadriani, cum figura fluvii decumbentis. Et alter Sabinæ, apud Medio-barbum, pag. 187. Plinio, lib. v. sect. XXII. Cydnus amnis *Tarsum liberam urbem procul a mari secans*. In altero viri nummo e Gaza Regia additur, ΟΜΟΝΟΙΑ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Concordia Auguſtorum, stantque Imp. duo in ei nummi superficie.

ΑΔΡΙΑΝΗΣ. ΤΑΡΣΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Antinoi in Cimelio Regio, cum epigraphe altera, ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΩΟΣ. Item L. Veri, Commodi, & Crispinæ. Ex quibus Hadriani nummum pæne exesum, quem Patinus affert, pag. 203. ΑΔΡΙΑΝ..... ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, refertque ad necio quam Hadriano-polim, vel Hadrianeam, sic explendum, sarcendumque intelligas : ΑΔΡΙΑΝΗ. ΤΑΡΣΟΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ.

ΚΟΜΟΔΕΙΟΣ. ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΣ. ΤΑΡΣΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΔΙΣ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Commodianus ἀγῶν Oecumenicus, *Tarsi metropoleos, bis Neocororum*. Commodi nummus e Gaza Regia. Sic supra ΙΕΡΟΣ ΑΓΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ.

ΑΔΡ. ΣΕΥΗΡΙΑΝΗΣ. ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ. Severi, ex Gaza Regia.

ΤΑΡΣΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΚΙΛΙΚΙΑΣ. Antonini Pii e Gaza Regia. Mulier turrita spicas porrigit : amnumque Cydnum pede proterit.

ΚΟΑ.ΙΟΝ. ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡΣ. Caracallæ nummus, cum signo Libertatis, apud Patinum, pag. 310. Sed legendum haud dubie, ΚΟΛ ΑΝΤΩΝ. vel ΑΝΤΩΝ ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡΣ. Κολωνίας Αντωνινίων ἐλεγέτες Τάρσου. Coloniae Antoninianæ liberæ Tarsi. Plinio,

lib. v. sect. xxii. in Cilicia, *Tarsos*. Stephano: Ταρ-
σος... δι πολίτης, Ταρσεύς.

A N T Ω N E I N I A N H C . C E Y H R A C . T A P C O Y .
ΜΗΤΡΟΠ. Γ. Β. Hoc est, Λυκόβαρτος β'. anno secun-
do: est enim Latina forma, ut solet, inversa littera L.
Caracallæ nummus, in quo Prætoria navis insculpta,
Tarsenium, uti hodie Parisiensium, insigne. Ex parte
nummi altera, A Y T. K. M. A Y P. C E Y H R O C
A N T Ω N E I N O C . Π. Π. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μέγας
**'Αυρήλιος Σένης' Αιτωλεὺς, Πτολεμαῖος, ut qui-
dem Tristanus interpretatur, tom. ii. pag. 215. Nos
simplicius veriusque, Πατὴρ Πατρίδος, Pater Patriæ.**

A N T Ω N E I N I A N H C . C E B H . A Δ P. T A P C O Y .
Caracallæ nummus e Cimelio Regio. Αἰτωλεὺς Σε-
νησιαῖς Ἀδριανῆς Ταρσου.

T A P C O Y . M A K P I N I A N H C . M H T P . Macrini
 nummus e Cimelio Regio: ut & alter qui sequitur:

C E Y . M A K P E I N I A N H C . T A P C . Cum signo Li-
 bertatis.

A Δ P. C E O Y H . A Δ E Z A N . M H T P. T A P C . Ale-
 xandri Severi, ex eadem Gaza. Ἀδριανῆς Σενησιαῖς
 'Αλεξανδρείας Μητροπόλεως Ταρσου.

T A P C O Y M H T R O P O L E Ω C . A M K. B. Γ. P u-
 pieni nummus, in quo inversæ postremæ litteræ duxæ,
 pro L. B. hoc est, λυκόβαρτος β', anno secundo, princi-
 patus scilicet Pupieni. Tristanus tom. ii. pag. 497.
 hic suam iterum Amanœdicam Ciliciam, quam nemo
 novit, inculcat & obtrudit. Vide nummos **A N A Z A P -**
B E Ω N . In eo nummo Triton insculptus, qui concham
 inspirat: supra delphinus volitat.

M H T R O P O L E Ω C . A N . T A P C O Y . Gordiani ju-
 nioris, ex eodem Cimelio Regio.

T A P S E Ω N . Apud Ill. Harlæum. Ex parte aversa,
 M H T P O .

T Y X H . T A P C O Y . *Fortuna Tarſi.* Vide **Κ Α Λ Χ Α -**
Δ Ο Ν Ι Ω N .

H. T A. A Δ E Λ Φ Ω N Δ H M Ω N , cum nota Præfecti
 monetae in parte ima nummi. Ex parte altera, Jovis

caput. Quem numimum sic interpretor: Ηεραλείας, Τάρσου, Αδελφῶν Δημόσιον. *Heracleæ, Tarsi, Fratrum populorum.* Fraternitatis, ac necessitudinis, ut inter fratres, sic inter civitates, vincula intercessisse, nec magis ex cognatione, quam ex amicitia, tum hic nummus docet, tum Aristides etiam, his verbis: Νέῳ χεὶ πόσαις τὰς πόλεις ἀδελφᾶς ἀλλήλας ὑπολαμβάνειν. Et Dio Prusaeus, orat. xxxviii. pag. 481. vocat, εἰς τὴν πόλεσιν ἀδελφότητα. Iterumque, pag. 482. "Οφελον ἐξεῖ καὶ τὸν Ἐφεσίων ΔΗΜΟΝ ποιήσαθεν ΑΔΕΛΦΟΝ ὑμέν. Quæ sit autem ea Heraclea, haud proclive est augurari: Thraciæ, an Pontica, an Carica, Æolicâve: de quibus nos suis locis egimus, tum in hoc opusculo, tum in Commentariis Plinianis. In ejus porro nummi parte suprema litteræ eæ adjectæ ΔΞΡ, annum designant C L X I V. ex quo vel civitatis vel libertatis jus oppido ei concessum, vel metropoleos prærogativa: vel denique, quod verius arbitror, a civitatis statu in melioram formam revocato per Athenodorum, Augusti principatu, ut Strabo refert, lib. xiv. pag. 674.

TAPCOT. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Caput turritum. Ex parte aversa, KOINON KIAKIA. *Commune Ciliciae*, e Cimelio Regio, & apud Tristananum, tom. 11. pag. 217. Templi effigies, cum aquila: quo sacra communia totius Provinciæ Tarsi habita pro salute Romani Principis, cuius insigne Aquila, significatur.

TAVRINVM.

COL. IVL. AVG. TAVRINOR. *Colonia Iulia Augusta Taurinorum.* Nummus Neronis in Thesauro Goltzii, pag. 240. Plinius, lib. 111. sect. xxii. *Colonia Augusta Taurinorum, &c.* Hodie *Turin.*

TAΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ. E Museo nostro Parisiensi. In parte antica, caput Apollinis, cum epigraphe, ΑΡΧΑΓΕΤΑ. Appianus, lib. v. bell. Civil. p. 734. Οὗτος Ἀρχαγέτης Ἀπόλλωνος ἀγαλματίον ἔστιν, ὃ τελετον ἐφίσταντο Ναξιωνοῖς εἰς Σικελίας ἀποφυσμένοι. Archegetes est Apollinis parva statua, quam primum dedicarunt Naxii coloni missi in Siciliam, Tauromenitani deinde appellati. Thucydides sub ini-

tium libri sexti , pag. 412. ubi de priscis Siciliæ incolis : Νάξον ὄχησαν , inquit , γένεται Απόλλων οὐ προγένετος βαμβάνης τοι εἶχεν τὸ πόλεως θέτην , ιδρύσαντο . Naxum condiderunt , & aram Apollinis Ductoris , quæ nunc extra urbem visitatur , exstruxerunt . Dorica dialesto Αρχαγέτας dicitur . Pindarus , Pyth. Ode v.

O δέ Αρχαγέτας δῶνει Απόλλων , &c.

Ubi Scholiaates : οὐ δέ ποικίλας δέχηται Απόλλων , coloniae ductor Apollo .

COL. AVG. TAV ROMEN. Tiberii nummus in Thes. Goltzii , pag. 238. Plinius , lib. 111. sect. xiv . Colonia Tauromenium , quæ antea Naxos . Stephano : Ταυρομένιον . . . ο πολίτης , Ταυρομένιτης , γένεται Ταυρομένιος . Quare in nummo sequenti ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ . Dorice , pro ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΩΝ . Nunc Taormina . Plura vide in Plinianis notis .

ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ. Caput Apollinis , apud Parutam . In parte aversa , uva vini feracitatis in eo tractu ac bonitatis index . Plinius , lib. xiv . sect. viii . Est in eadem Sicilia & Tauromenitanis vinis honoris , lagenis pro Martino plerumque subditis .

ΤΑΥΡ. Caput Apollinis . Ex parte altera , ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ . Tripus . Apud Parutam , num. 10. Sunt & cum tauri , sunt & cum Minotauri effigie , num. 12. 13. &c.

ΤΑΥΡΩΝVM. Miles Romanus inter equum & taurum . Busbequius visos a se hos nummos ait , epist. 1. Plinio , lib. 111. sect. xxviii . Taurunum , ubi Danubio miscetur Saus . Hodie Belgrade , in Hungaria .

ΤΕΑΝVM Italiae oppidum.

TIANO. Nummi Musei nostri , in quibus gallinacei sculpta effigies , ut in Sueßæ , & Caleni nummis : ex parte aversa , Palladis caput , ut in Sueßanis . Plinio , lib. 111. sect. ix . Colonia Teanum Sidicinum cognomine , in prima Italæ regione , in qua Latium & Campania continetur . Nunc Tiano , ad fontes fluvii Savonis .

TIANΩ. In magna Græcia Goltzii , tab. xxii . cum Lunæ falcatæ effigie ex superficie una : ex altera , radiati Apollinis .

ΤΕΓΕΑΤΑΝ .

ΤΕΓΕΑΤΑΝ. Dorico more, pro Τεγέατω. Nummus Cimelii Regii, Jovis capite ex parte altera insignitus: Palladis, ac Martis, ex priore. Cur Mars in eo nummo & Alea Minerva sint insculpti; ex Pausania disces, in Arcadicis, seu lib. viii. pag. 274. Plinio, lib. i v. sect. x. in Arcadia, *Tegea*. Stephano: Τέγεα, πόλις Ἀρκεδίας... ὁ πολίτης, Τεγέατης.

ΤΕΝΕΑΤΩΝ. In agro Corinthiaco Tenea pagus, seu oppidum fuit, ibique Apollinis Teneatæ fanum, teste Strabone, lib. viii. pag. 380. Καὶ ἡ Τενέα δὲ ὡσπερ κάμη
ἢ Κοενθίας, τὸν τοῦ Τενέατου Ἀπόλλωνος ιερὸν λέγεται.
Vide & Pausaniam, in Corinth. seu lib. ii. pag. 84.
Huc pertinere credimus nummum eum, quem superius KENEATΩΝ mendose inscriptum monuimus.

ΤΕΝΕΔΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 233. & ex Tab. xiv. insularum Græciæ. In hisce nummis bipennis insculpta cum muribus, ex parte aversa vultus, seu Jani, biceps. Stephanus. Τένεδος, νῆσος τῆς Σποράδων... ὁ πολίτης, Τενέδιος..... "Ἐπι τῷ ἐπέρει παρειμίᾳ, Τενέδιος πέλεκυς, ὃπερ τῆς ἡποι πικρός, ἢ τῷ μᾶλλον συντόμως ἀποκοπόντον τὰ ζητήματα, ἢ τὰ ἄλλα ωράγματα. Καὶ φησιν Ἀειστέλλεις ὃ δὲ τοῖς τοῦ Τενέδων Ἀπόλλωνα πέλεκυν κρατεῖν Διὸς τὰ συμβάντα ποῖς τοῖς θεῖς Τενέλιοι. "Η μᾶλλον, ὡς φησιν Ἀειστέλλεις σὺ τῷ Τενέδων πολιτικά, ὅπις βασιλεὺς της σὺ Τενέδων νόμοιον ἔθηκε, τὸν καταλαμβάνοντα μοιχὺν, ἀνερρέει πελέκει ἀμφοτέρεις. "Ἐπειδὴ δὲ συνέβη τὸν ϕόνον αὐτῷ καταληφθεῖν αὐτὸν, σκύρωσε τοῖς τοῦ ιδίου παιδῶν τηρηθεῖν τὸν νόμον. Καὶ αὐτοριζέντος, εἰς παρειμίαν ἐλθεῖν τὸ ωράγμα, ὃπερ τῆς ὠμῶς ωραῖον μόδιον. Διὰ τοῦτο φησι ὃ ὃπερ τοῦ νομίσματος τῆς Τενέδων κεχαράχθαι, σὺ μὲν τῷ ἐπέρει πέλεκυν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπέρει δύο κεραλάς, εἰς τὸ οὐρανοῦ τοῦ θεοῦ τὸν παῖδα παθήματος. *Tenedus*, insula Sporadum.... *Civis*, *Tenedius*..... Est & altera paræmia, *Tenedia* securis: de iis, qui vel acerbius, vel etiam nimis concise quæstiones, aut alias res præcidunt. Autemque Aristides & Tenedii alii, datam Apollini securim (Smintheo scilicet, de quo mox diceimus) propter ea quæ *Tennæ* acciderunt. Vel potius, ut ait Aristoteles, in *Tenediorum*

republica, quod rex quidam in Tenedo legem tulit, ut deprehensi adulteri securi ambo ferirentur. Quoniam vero accidit, ut ipsius filius eo crimine teneretur, jussit etiam a filio pœnas exigi. Eoque occiso res in paræmiam vertit, de iis quæ crudeliter aguntur. Quamobrem, inquit, & in nummis Tenediorum ab una parte securis insculpta, ab altera capita duo, ad ejus rei memoriam quæ filio contingit. Mures autem ad Apollinem Smintheum spectant, cuius ibi fanum fuit, Strabone teste, lib. xiiii. pag. 604. Τένεδος... πόλιν ἔχει Αἰολίδα, καὶ ἵερὴν τὸ Σμυρνίων Ἀπόλλωνος, καθέτερην δὲ τὸν ποιητὸν μαρτυρεῖ.

Tenedio τε ἵρι αὐτῶσι Σμυρνής.

Smintheus, qui Tenedum regis.

Nomen autem ei Deo factum a muribus ex eo loco fugatis: sunt enim σμύρναι Cretensium lingua mures. Plinio, lib. v. sect. xxxix. *Tenedus*. Nunc quoque *Tenedo*, notissima fama insula, ut Maro cecinit, 2. Æneid.

TENEΔΟΣ Securis, seu bipennis. Ex parte altera, Apollo cum mure: quo habitu a Strabone, loc. cit. describitur. Τὸ τὸ Σμυρνίων Ἀπόλλωνός έστιν ἱερὴν, γὰρ τὸ σύμβολον τὸ τὸ εἴτε μότητα τὸ σύρματος σῶζον, δικαῖος τὸν ποδὸν τὸ Σμύρνην. *Templum Apollinis Sminthei*, ac symbolum nominis veritatem rationemque conservans, mus sub pede simulacri est.

TEPEBINTINΩΝ. Vel **TEPEBINΘΙΝΩΝ** potius fortassis. Vide **KΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ**. Adde & ea quæ diximus postrema nota in librum quintum Geographicum Plinii, pag. 630.

TEPINAIΩΝ. Victoriae sedentis effigies, in Cimelio Regio, & in Magna Græcia Goltzii, Tab. xxiii. Plinio, lib. iii. sect. x. *Crotoniensium Terina*, sinusque ingens *Terinæus*. Stephano: Τεινα, πόλις Ἰταλιας..... διπλίτης, Τειναῖος. In Calabria, hodie *Nocera*. Sinui *Terinæo* nomen, *Golfo di S. Eufemia*.

TEPMHΣΣΕΩΝ. In Cimelio Regio, & apud Spanhem. lib. de usu numism. pag. 477. Urbs est Pisidica memorata Straboni, lib. xiiii. pag. 631. Η δὲ Τεφμησός

εἴτε Πισίδικη πόλις... ὑπέρκειμόν ἐστι Κιλίας; supra Cibyram posita. Ex parte altera, vir seminudus cum clava sedens, addita epigraphe ΣΟΛΥΜΟΣ, quem illum heroëm esse credimus, a quo Solymi appellati Pisidæ, ut Plinius ait, lib. v. sect. xxiv.

T E P M I C E I Ω N. E Cimelio Regio nummus, in quo Martis caput galeatum: quidam EPMICEΙΩΝ perperam legere. Ex parte aversa, ut in priore nummo, ΣΟΛΥΜΟC. Stephanus: Τερμιστὸς πόλις Πισίδια... τὸ εθνικὸν, Τερμισθέος. Strabo, lib. xiiii. pag. 630. Τῆς γυναικὸς Τερμιστεως ἀγρας ὁ ὑπέρκειμόν λόφος καλεῖται Σόλυμος. Εἰς αὐτοὶ δὲ οἱ Τερμιστεῖς Σόλυμοι καλοῦνται.

T H I Ω N. Augusti nummus, e Cimelio Regio. In parte aversa, Augusti effigies, & epigraphe, ΣΕΒΑΣΤΟΣ. **K T I S T H Σ.** Augustus conditor. Plinius, lib. v. sect. xxxviii. Teos cum oppido. Stephano: Τέως, πόλις Λαριας.... τὸ εθνικὸν, Τήιος, &c.

T H I Ω N. Neronis, Domitiani, cum Bacchi stantis effigie, Domitiæ, Sabinæ, Faustinæ Aurelii. Et Severi etiam cum Prætoris nomine, sed obscuro, tum in Gaza Regia, tum apud Patinum in Thesauro, pag. ii6. **E P I .** ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΛΕΟΝΤΟΣ. THIΩN. Forte, **E P I .** ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΛΕΟΝΤΟΣ. Επὶ Στρατηγῷ Σερβίου Στρατηγού Λέοντος. Τηνῶν. Sub Prætore Servio Sallustio Leone. Teiorum. Bacchus ibi in sculptus cum tigride.

C T P A. ΛΟΥ... ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. **T H I Ω N.** Commodi nummus e Gaza Regia, cum AEsculapii effigie. *Prætore Lucio... Antonino.*

E P . C T P R . ΕΠΙΚΡΑΤΟΥC. **T H I Ω N.** Sub Prætore Epicrate. Teiorum. Valeriani nummus e Gaza Regia. Bacchi stantis effigiem exhibet, cantharum dextra, læva thyrsum gerentis: jacente ante pedes panthera. Hæc agri sunt vini feracis symbola.

M H T R O P O Λ I C T H I Ω N. Lyra, & Gryphus. E Cimelio Regio.

T H M E N O Θ Y P E Y C I . Valeriani, ac Salonini nummi, ex Cimelio Regio. In hoc postremo Prætoris signatur

NUMMI ANTIQUI

nomen, Herculisque stantis effigies: ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ: THMENOΘΥΡΕΥCIN. Τημένου θύραι Temeni Portæ, quarum Pausanias meminit, in Atticis, pag. 34. Λυδίας δὲ ἀνω πόλις έστιν οὐ μεγάλη Τημένου θύραι. In Lydia superiore oppidum haud magnum Temeni portæ. In Notitia Eccles. pag. 20. Τημένου θύραι Phrygiæ Capatianæ adscribuntur. Et pag. 49. ὁ Τημένου θύραι, pro Τημένη θύραι. Apud Ptolemæum, lib. v. cap. 11. ΤΡΙΜΕΝΟΘΥΡΙΤΑΙ, pro THMENOΘΥRITAI.

THMENOΘYRPEYCI. AΩΛ. ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ. APX.
A. TO B. Pallas sedet, in nummo Gordiani junioris, e Gaza Regia. Λόλλιος Ξενόφιλος Αρχιερεὺς ἀρχῶν τοῦ β. Lollius Xenophilus Pontifex primus iterum.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ. APX..... THMENOΘYRPEYCIN.
Ceres cum facibus, curru equorum quadrijugo vehitur, in nummo Gallieni ex eadem Gaza. In altero, cui eadem epigraphe est, Valerianus & Gallienus sacra peragunt ad aram: stans in medio Victoria utrumque coronat.

THMENOΘYRPEΩΝ. Diana multimammia. Ex parte aversa, ΕΠΙ. M. ΤΥΛΛΙ. Sub M. Tullio. Prætore urbis scilicet. Cereris caput cum spicis. Est Cimelii Regii.

ΕΑ. ΡΩΜΗ. Ex parte aversa, NEIKOMAXOC. APXIEP. A. TO. B. THMENOΘYRPEYCIN. Nicomachus Pontifex primus iterum Temenothyrenibus. E Cimelio Regio.

NIKOMAXOC. APXIEP. A. TO. B. THMENOΘYRPEYCI. Ex parte altera, KTICTHC. Conditor. Herculis caput, quem conditorem urbis suæ ii appellant. Herculem certe in eo træctu aliquando fuisse, auctor est Pausanias, loc. cit.

THMNOC. Caput turritum. Ex parte aversa, THMNEITΩΝ. Fortuna, cum temone & Copiæ cornu. Apud Sponium, in Itiner. Athen.

ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΦΛ..... THMNEITΩΝ. Sub Prætore Flavio.....Juliae Domnae, apud Trifstanum, pag. 137. cum Herculis in rupe jacentis effigie, ut mox dicemus.

THMNEITΩΝ. Nummi Philippi Patris, apud Partinum, pag. 386. cum Hermi fluvii jacentis effigie. Nunc Cimelii Regii : in quo sunt & Alexandri Severi, & Gordiani junioris cum signo Libertatis, & cum Herculis stantis effigie nummi. Juliæ Domnæ nummus Herculem exhibet in rupe sedentem, id quod oppidi fortassis in colle situm significat. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Temnos.* Stephano : Τῆμνος, πόλις ἡ Αἰολίδος ο πολίτης, Τημνίτης.

ΕΠΙ. СТР. I. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. THMNEITΩΝ. Nummus Otaciliæ e Cimelio Regio, cum Aesculapii effigie. *Sub Prætore Julio Antonino.*

THMNEITΩΝ. ЕPMOC. Otaciliæ Severæ, e Cimelio Regio : quo nummo cultum a Temnitis Hermum amnum patet, qui & in eo insculptus cernitur, & agrum Smyrnensem alluit : atque adeo utriusque populi societas indicatur. Vide ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ *Phrygiæ.* Quin & illud oppidum amnum eum alluisse conjicimus ex Pausania in Eliac. prior. pag. 160.

СТР. АΥР. ЕPMЕI.OУ. THMNEITΩΝ. Juliæ Mæsæ, e Cimelio eodem, & apud Tristanum, tom. II. pag. 400. Σπεστηρὸς Αύρηλιον &c. *Prætore Aurelio Hermia Temnitarum.* Idem Prætor supra in nummo ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ occurrit. In isto Pallas stat, dextra victoriolam, læva hastam gerit.

ΕП. СТРА. ΗΡΩΔΟΥ. THMNEITΩΝ. Juliæ Mæsæ, ex eodem Cimelio, cum Palladis simili iconе. *Sub Prætore Herode.* Cave hic Herodem Atticum intelligas, de quo Philostr. lib. 2. de vitis Soph. cum is Hadriano principe vixerit.

СТ. АУ. NEIKOCTPATOУ В. THMNEITΩΝ. Gordiani, ex eodem Cimelio. *Prætore Aurelio Nicostrato iterum.* Pallas stans victoriolam tenet. In altero ejusdem Gordiani, stat Aesculapius.

ЕП. СТ. АУ. СТРATONEIKIANOУ ТО. В. THMNEITΩΝ. *Sub Prætore Aurelio Stratoniciano iterum.* Temnitarum. Gordiani, cum Aesculapii stantis effigie. Tristanus, tom. 11. pag. 523. pro THMNEI.

ΤΩΝ, ΒΑHNNEITAN legit, insigni errore.

E. CT. СТРATONEIKIANOT. THMNEITΩΝ.
 Ἐπὶ στρατηγὸς Στρατονεικίανος, Τημενεῖτων. Patinus pag. 5.
 THMEITΩΝ, perperam legit. Ex parte aversa,
 IEPA' CΥΝΚΛΗΤΟC. In Apamensium Phrygiæ
 nummo hic rursum Stratonicianus Prætor occurrit.

THNIΩΝ. Alexandri Severi nummus in Cimelio Regio,
 & apud Tristananum, tom. 11. pag. 411. Nummi aream
 Neptuni tridens obtinet, quod eum in primis Tenii colerent, uti ex Philochoro Clemens Alex. refert in
 Protrept. pag. 18. Φιλόχορος ἡ ἐν Τίνῳ Ποσειδῶνα φυσι π-
 μᾶθαι ιατρόν. Philochorus in Tenos coli Neptunum Me-
 dicum ait. Et Strabo, lib. x. pag. 487. Τίνῳ ἡ πόλις
 μὲν οὐ μεγάλη εἶχε. Τοῦ δὲ ιεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος μέρα εἰ-
 ἀλσεῖ, δὲ πόλεως εἴξω, θέας δὲ ξεινού, &c. Tenos urbem habet
 non magnam: sed extra urbem in luco est fanum Neptu-
 ni, dignum quod spectetur: ubi & Neptunia celebrantur.
 Serpente tridens involvitur, quod serpentibus angui-
 busque insula ea scatet: unde & alterum ei nomen
 Ὀριοδάρα, teste Plinio, loco cit. & Stephano: Aristoteles etiam Hydrussam vocavit: non tam idcirco for-
 tassis quod irrigetur aquis, Αἵρη τὸ κατέρρυπτον εἶδος, uti
 Stephanus interpretatur, quam quod hydrius abundet.
 Aristoph. Scholia in Pluto: Εἴ τῇ Τίνῳ μία τὰ Κυ-
 κλαδῶν νήσων ὅφεις καὶ σκορπίοι δεῖναι ἐγίνοντο. Quin & vox
 ipsa Τίνια Hesychio εἴχεται est, hoc est, vipera: ut
 eodem spectare nomina hæc omnia videantur. Vel for-
 te Nepruno vim medicam serpens ille inesse significat,
 quam Aesculapio symbolum idem alias in nummis af-
 signat. Sunt & in Græcia Goltzii. Plinio, lib. i v. sect.
 xxii. Tenos insula cum oppido. Stephano: Τίνος, νη-
 σος Κυκλαδῶν... ὁ πολίτης, Τίνιος. Nunc Tenos.

THNIΩΝ. Neptuni tridens, cum delphinis. Ex parte
 altera, Neptuni caput. Apud Goltzium, in insulis Græ-
 ciæ, Tab. xvi.

TH cum uva, vini copiæ in agro eo indice. Ex parte
 aversa, Jovis Hammonis caput.

THRACIA.

ADVENTVI. AVG. THRACIAE. Hadriani,
e Cimelio Regio.

KOINON. ΘΡΑΚΩΝ. *Commune Thracum, Caracallæ nummi.*

TIANΩΝ. Antinoi, Antonini Pii, L. Veri, & Gordiani junioris, ex Cimelio Regio nummi. Plinio, lib. vi.
sect. i. *Oppidum Tium*, in Bithyniæ, Paphlagoniæque
confinio. Stephano : *Tios*, πόλις Παφλαγονίας τὸς Πόντου, ἀπὸ Τίου ιερέως, τὸ γένος Μιλησίου, ὡς Φίλων. Δημο-
φένες δ' ἐν Βιθυνιαῖς φησι, κληρὸν τὸ πόλεως γένεθλη Πά-
ταχη, ἐλόντα Παφλαγονίαν. καὶ ἐκ τὸς πιμανὸς τὸν Δία, Τίον
πατερομορφῶσαι.... τὸ ἔθνος, ἀπὸ τὸν Τίον Τιανὸς, ὡς ἀπὸ
τὸν Κιον Κιαρός. *Tios*, urbs Paphlagoniae Ponti, a Tio sa-
cerdote, genere Milesio; ut Philon prodidit. *Demophthe-
nes* vero in Bithyniacis ait, conditorem oppidi fuisse Pa-
tarum, capta Paphlagonia : *Et a cultu Iovis*, ἐκ τὸς
πιμανὸς τὸν Δία, *Tium* appellasse *Gentile nomen a Tio
Tianos*, ut a Cio Cianos. A Phlegonte, lib. de longæ-
vis, inter eos quos centum annos vixisse Censuum
Commentarii prodidere, hi recensentur : 'Αλέξανδρος
Δημητρίου, *Tianos* ἀπὸ Πόντου καὶ Βιθυνίας. Γάζα Τίμωνος,
Tianη, ἀπὸ Πόντου καὶ Βιθυνίας. Χρηστὸς Αὐτιπάτρου, *Tianη*.
Χρυσίου Θεοφίλου, *Tianη*. Ιέρων Ιέρωνος, *Tianos*. E Bi-
thynia fuisse Antinoum constat, cuius in nummo e
Gaza Regia, **TIANOI** pariter legimus. In Notitia
Eccles. pag. 33. Provinciæ Honoriadis, quæ pars Bi-
thyniæ fuit, adscribitur *Tios*. Et in Conc. Constanti-
nop. V. pag. 168. subſcribit 'Ανδρέας ἐπίσκοπος τὸν Τιάνων,
τὸν Οὐαρεατῶν ἐπαρχίας. In nummo Antonini Pii primum
allato, (nam id fere exciderat) fax erecta cernitur,
quæ nempe in sacris Jovis Tiani accendi soleret. Ne-
que enim hic quisquam existimet certamen hic signari
Lampadum, quo in certamine victor discedebat, λαμ-
παδηφόρος dictus, qui cursum perfecisset inextincta fa-
ce. Nam & id certaminis genus Athenis modo in Cera-
mico edi solebat, & tergeminō tantum festo solenni,
Quinquatribus, Vulcanalibus, Prometheis. Scholiaſtes
Aristophanis in Ranis, pag. 263. 'Επονοματος τοῦ γυμ-

NUMMI ANTIQUI

γέσιον, οὐ φέλαμπαδηφόρων οἱ γυμνάζοντες. Οὐ δὲ λαμπάδος ἡ ἀγῶν πείτον Ἀθηνῶν ἔγετο. Περιῆγεια, Ήφαίστεια, Παναθηναϊκα. Promethea quidem in memoriam ignis inventi: Vulcano & Minervæ artium magistris, quæ sine igne nullæ sunt. Vide & Pausaniam in Atticis, pag. 30. Sed non sunt, inquam, hæc eo loci certamina intelligenda, quæ fuere Atheniensium propria. De faculis itaque in cultu Deorum accendi solitis hanc in nummis facem accipimus. Sic in nummo Antoniæ, ejus quæ Drusi fuit & Caligulæ avia, duæ faces erēctæ stant, symbolum sacerdotii Augusti, quod Antonia gessit. Laetantius, lib. vi. cap. i. *Maestant opimas & pingues hastas Deo esurienti..... accendunt lumina tanquam in tenebris agenti.* Conc. Arelat. ii. can. xxi. *Si in alicujus presbyterio infideles aut faculam accenderint, &c.* Æsculapio in primis, cuius Numini in primis devotos fuisse Tianos nummi subsequentes docent, faces accendi solitas, ex Aristide discimus, orat. de concordia ad civitates Asiaticas, tom. ii. pag. 304. Hallucinati sunt omnes ad hunc diem antiquarii, qui a Tyanensibus Cappadociæ cūsos hos nummos putarunt, vel in Italæ oppido Tiano, sive Apulo, sive Sidicino, ut Patinus, pag. 226. Sunt & aliæ quidem in Asia Proconsulari *Tianos*, in Notitia Eccles. pag. 27. sed quæ huc minime spectent, cum ex ipsis fingi **TIANAIΩΝ** ars plane poscat.

ZΕΥC ΕΡΓΑCTH.C. TIA. Antonini Pii, & **ZΕΥC ΕΡΓΑCTH C TIANΩN**, M. Aurelii nummi e Cimelio Regio, cum Jovis togati ac stantis effigie, brachio dextro nudo exertoque: lævo, hastam gerit. *Iuppiter Opifex, Tianorum.* De cultu Jovis apud Tianos, dictum est proxime ex Demosthene. Sic in nummis Laodicensium **ZΕΥC ΦΙΛΑΔΗΘΗC**, in aliis **ZΕΥC ΜΕΙΑΙΧΙΟΣ**, **ZΕΥC ΑΓΟΡΑΙΟC**, &c. In vetusta inscriptione, apud Sponium, **ΟΡΟΣ ΔΙΟΣ ΜΗΛΩΣΙΟΥ**, *m̄ns Iovis pecoralis.* Et apud scriptores Græcos, **Zεύς Σεράπιος**, *Iuppiter Militaris: Zεύς Αράτιος, Iuppiter Aratrius*, ab invento aratro, nomen

men invenit. Sic sane Ἐργάτης, quod sit operum Praeses, nunc is appelletur. Existat ea vox in inscriptione vetusta, apud Sponium, Itiner. Athen. pag. 151.

ΦΛΑΟΤΙΟΣ. ΖΕΥΞΙΣ. ΕΡΓΑΣΤΗΣ.

ΠΛΕΥΣΑΣ ΥΠΕΡ. ΜΑΛΕΑΝ. ΕΙΣ.

ΙΤΑΛΙΑΝ ΠΛΟΑΣ. ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ. ΔΥΟ.

Hoc est, *Flavius Zeuxis Opifex, Maleam prætervectus bis & septuagies versus Italianam*. Quanquam hæc Spōnius aliter, sed perperam, accipit. Sunt qui legant, ΖΕΥC ΣΥΡΙΑC ΤΗC ΤΙΑΝΩN: iidemque in Bithynia Syriam querunt. Alii ΣΥΡΓΑC ΤΗC, nullo sensu. Similitudo litterarum C & E in nummis, utroque in fraudem impulit.

ΤΙΑΝΩN. Ex eodem Cimelio, cum face erecta: alter, cum serpente Aesculapii aræ imposito; uterque Antonini Pii: cum effigie stantis Aequitatis, & Mercurii cum crumena, M. Aurelii. Quid quod serpentem illum Glyconem esse haud temere suspicari licet, quo de serpente egimus prolixius, verbo ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩN? Suadent id sane Luciani verba e Pseudomanti, pag. 191.
 Ἐθέλω δέ τοι καὶ διάλογον διηγήσασθαι τὸν Γλύκωνος, καὶ τὸν Σακέρδωτος, Τιανος πνῷ αὐτῷ που... Ἀκέγων δὲ αὐτὸν χρυσοῖς γεζίμασι γεζαψμένον σὺ Τίω, σὺ τὴν Σακέρδωτον οἰκιά. Εἰπέ γάρ μοι, ἔφη, ὁ δέσποτα Γλύκων, πισθεῖς; ἐγὼ, οἶδα ὅς, Ἀσκληπιὸς νέος. Αλλος παρ' οὐεῖνον τὸν φρεγότερον; πῶς λέγεις; Οὐ θέμις ἀκοῦσαι σε τεθτό γε. &c. *Lubet etiam dialogum tibi referre Glyconis & Sacerdotis, qui Tianus vir fuit..... Hanc equidem legi pridem aureis descriptum litteris Tii, in ipsis Sacerdotis ædibus. Dic, inquit, mihi, Domine Glycon, quisnam es? Sum ille, inquit, minor Aesculapius. Num alias ab illo priore? quid aīs?* Hand fas est ut istud audias, &c.

ΚΕΡΑΚΟΥΝ. ΤΙΑΝΕΩN. Κερακούντιαν, Τιανέων. M. Aurelii nummus apud Spanhemium, in Juliani Cæsares, pag. 50. cum Satyri effigie, facem dextra gerentis. Sed. cave credas ad Tyana Cappadociae hunc nummum spectare, quod vir eruditus credit: neque enim permutari litteras in nummis, atque F pro Y habet.

irrepsisse, facile mihi persuaserim: cum & Cerasuntiorum æque cum Tianis, de quibus nunc agimus, atque cum Tyanensibus Cappadociæ incolis, concordia iniri potuerit: atque ejus oppidi Tii, in quo sumus, cives non Tianos modo, sed & Tianenses appellari Stephanus admoneat: Καὶ τὸ ἔθνος, οὐδὲ τὸ Τίου Τιανῶν, ὡς οὐδὲ τὸ Κιου Κιανῶν. Λέγεται γὰρ Τιανός.

ΑΣΚΛΗΠΙΟC ΤΙΑΝΩΝ, & NEMECIC ΤΙΑΝΩΝ.

Æsculapius & Nemesis Tianorum Dii. Eorundem Cæsarum nummi ex Gaza Regia. Et ad Tianos quoque referendus fortassis Antonini Pii nummus, e Gaza eadem, in quo sine ulla epigraphe *Æsculapius & Nemesis stant.*

ΤΙΑΝΩΝ. Ex parte altera, M. ΑΥΡΗΛΙ. KAICAP. E Cimelio Regio. *Æquitatem* hic nummus stantem exhibet, qua pingi forma solet: bilancem dextra, læva virgam vel scipionem gerit: quod æqua omnibus & perticâ metiri loca solet. Hinc & Latini *Æquare* dixerunt. Et in Codice Legum, & apud Gruterum, ΠΕΡΑΕΩΝ ΒΑΤΩΡΕΣ, de quibus egimus verbo ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ.

ΚΤΡΑ. ΛΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. ΤΙΩΝ. Commodi nummus, cum *Æsculapii* iconè, ut supra in nummo ΑΣΚΛΗΠΙΟC ΤΙΑΝΩΝ. Sed malim hic ΤΗΙΩΝ legi, de quibus supra.

ΤΙΒΕΡΙΑΣ. Tiberii nummus, quem ad Tiberiadem Palæstinae referre placet. Nam Stephanus: Τιβερίας, inquit, πόλις τὸ Ιουδαῖας.... ὁ πολίτης, Τιβερίδης. Plinius lib. v. sect. xv. *Lacus*, quem plures Genesaram vocant, amoenis circumscriptus oppidis.... ab occidente, Tiberiade, aquis calidis salubri. In gratiam Tiberii Imp. ab Herode tetrarcha id nomen accepit. Hieronym. in Chronico, Olymp. ccii. anno tertio, qui Urbis fuit δCCCXXIX. Tiberii XIV. Herodes Tiberiadem condidit. Quare annus π. hoc est, LXXXI. qui in Trajani nummo signatur, ejus principatus annum undecimum indicat, Urbis δCCCXLX.

ΤΙΒΕΡΙΩΝ. ΕΠΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΕΤ. ΑΠ. Sub

Claudio Prætore Trajani nummus apud Patinum , pag. 185. & similis fere Hadriani , si annum æræ excepéris , pag. 205. Nunc Cimelii Regij.

TIBERIONEAE ITΩΝ. Caracallæ nummus. Meminit hujus oppidi Ptolemæus. Notitia Eccles. Phrygiæ Capatianæ , pag. 29. & 49. *Tιβερίωνας.*

TIBERIS. Antonini Pii , apud Occonem , pag. 254. & apud Anton. August. tab. XL I. Septem montibus insidet , quibus nempe Roma imposita. In nummo M. Aurelii cum scapha , urna , & arundine , amnis idem signatur , non appellato tamen nomine. Signandi causa hæc , quam Capitolinus affert: *Interpellavit felicitatem securitatemque Imperatoris , Tiberis inundatio , quæ sub illo gravissima fuit: quæ res & multa Urbis ædificia vexavit , & plurimum animalium interemit , & famem gravissimam peperit. Quæ omnia mala Marcus & Verus sua cura & præsentia temperarunt.*

TIGRIS. Trajani nummus , apud Occonem , pag. 205. Lustravit vicitque Assyriam , quam Tigris alluit , Trajanus. De Tigris amne prolixe Plinius , lib. VI. sect. XXXI.

VIRTVS. AVGVSTI. TIGRIS. S. C. Ibidem.

TIΦΟΥΛΕΩΝ. Nummus antiquus , quem post Goltzium , & Occonem , Tristanus retulit , pag. 95. At cum expedire minime posset quo referri eum oportet , legi **T I Φ O Y Λ E Ω N** jussit , ablegavitque in Daciam , ubi Ptolemæo auctore *Tελφουλας* oppidum fuit : hoc est , adulterinum finxit nummum pro genuino. Tristanum Patinus sequitur in Indice , pag. 4. Nos ad urbem Sardiniae pertinere arbitramur , Ptolemæo memoratam , lib. III. cap. III. *Tιβουλα πόλις.* Antonino item , **A T I B V L I S C A R A L I M.** *Tιβουλα* enim & *Tιφουλα* idem esse , ex usitata litterarum earum permutatione , minime obscurum est : sic enim *Βρύγις* & *Φρύγις* , *Βερείκη* & *Φερείκη* , dici promiscue tralatitium est.

TMΩΛΑΕΙΤΩΝ. Ex parte aversa , **TMΩΛΑΟC** , cum senili capite ac barbato , ejus nempe viri , quem conditorem urbis suæ , & auctorem nominis , **Tmolitæ agnosc-**

NUMMI ANTIQUI

cerent. In Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. x x x. Tmolus in Lydia mons est, quem qui medium incole-rent, Tmolitæ, vel, ut ipse appellat, Mesotmolitæ vocarentur. Quin & ipsum quoque oppidum Tacitus Timolum vocat, lib. i i. Annal. pag. 55. In Notitia Eccles. Hieroclis pag. 13. inter Antistites Lydiæ, δέ Μεσοτυμώλου, pro Μεσοπιμόλου, vel Μεσοπιμώλου. Nam & Timolum pro Tmolo dixisse veteres Plinius loc. cit. admonet. Et vetus inscriptio, apud Sponium, in Itin. Athen. pag. 148. ΦΙΛΗ ΤΙΜΩΛΙΣ, hoc est, ΤΜΩΛΙΣ, ε τμολο. Apud Leunclavium, pag. 91. δέ Μεσοπιμώλου. Hinc emendare obiter Appiani locum in Mithridaticis, operæ pretium fuerit: sic enim libri editi a Carolo Steph. typis Regiis habent, pag. 131. Ων πυνθανόμενοι Τεγαλλιανοί καὶ Υπαιπηνοί, καὶ Μεσοπολῖται. Ubi Tristanus tom. i i. pag. 541. legi putat oportere, Μητροπολῖται. Falso. Sunt enim Metropolitæ in Ionia: Tralles & Hypæpæ in Lydia, in qua & Μεσοτυμωλῖται, quos hic reponendos esse arbitramur. Est & flumen Tmolus, apud Plinium, lib. x x x i i i. sect. x l i i i.

ΤΜΩΛΙΤΩΝ. Faustinæ, cum Dianæ venaticis effigie. Apud Sponium, in Itin. Athen.

TOLETVM.

P. CARISIVS. LEG. PRO. PR. COL. TOLET.

P. Carisius. Legatus Proprætore. Colonia Toletana, non, ut Oiselius reddit, Tab. xxxi. 8. *Coloniae Toletanae*. Sic in altero Emeritæ in eadem Hispania nummo, P. CARISIVS. LEG. PRO. PR. EMERITA. Nempe Hispaniæ Tarragonensi, in qua Toletum fuit, & Lusitaniæ, in qua Emerita, Cæsaris vice qui præ-cesset, Proprætore Legatus Augusti dicebatur. Divisis enim, ut in nummis D A CI Æ monuimus, orbis Ro-mani provinciis, quarum pars altera Senatui populo-que permissa, Augusto altera attributa: qui Populi ac Senatus vice præcessent provinciis, Proconsules appellati: qui Augusti, Proprætores & Praefecti. Plinio, lib. i i i. sect. i v. *Toletani*, in Carpetania Hispaniæ parte. Nunc quoque *Tolede*.

ILLUSTRATI.

50

TOLOSA. COL. Galbae nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Plinio, lib. i v. seet. v. *Tolosani*, in Gallia Narbonensi, *Toulouse*.

TOMEITΩΝ, & TOMITΩΝ.

TOMEITΩΝ. Ex parte aversa, ΚΤΙΣΤΗΣ ΤΟΜΟΣ. *Tomus conditor*, capite diademato. In Museo S. Genovefæ. Plinio, lib. i v. seet. xviii. *Tomi*, in Pontico litore Thraciae. Stephano: Τομεὺς, πόλις ἡγέτης τῆς Οδησσῶς..... ὁ πολίτης Τομέτης, χρὶ Τομείτης Διοφθόρης. Urbs Ovidii exsilio nobilis.

TOMITΩΝ. In Græcia Goltzii, Tab. xxviii. Equites duo galeati cum hastis decurrunt. Ex parte aversa laureatus Apollo cum lyra.

TOMITΩΝ. Trajani nummus, e Cimelio Regio. Serpens ibi pluribus spiris involvitur. Vide **MAPKIANΟΠΟΛΙΤΩΝ**.

MΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩC. Fluvii duo decumbentes, in nummo Pertinacis, e Cimelio Regio. **ΑΥΤ. Κ. ΕΛΒ. ΠΕΡΤΙΝΑΞ.** Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Ελβίος Περτίναξ. *Imp. Caesar P. Helvius Pertinax.*

MΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩC. Μητροπόλεως Πόντου Τόμεως. Caracallæ e Cimelio Regio. Hercules in eo nummo taurum domat. Oram Euxini Ponti quæ circa Danubii ostia est, Pontum Latini scriptores vocant, Nasoque in primis: Plutarchus, Scythiam Ponticam. Hujus regionis metropolis Tomi fuere. Est & alter Commodi nummus apud Occonem, pag. 332. fœde vitiatus: sic enim legit: **ΑΥΤ. Κ. Λ. ΑΙΔ. ΑΥΡ. ΚΟΜΟΔΟC.** Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἰλιός Αὐρηλιός Κόμοδος. Ex superficie altera, **ΜΗΤΡΟΠΠΟΝΤ. ΝΕΩ. ΟΥΤ. ΘΗΕΩC.** Quis Oedipus hæc solvat? Atqui voculam istam **ΝΕΩ**, (hoc est, **ΝΕΩΚΟΡΩΝ**) quæ in ima parte nummi fuit, non una cum ceteris, quæ sunt in orbem scriptæ, legi oportuit, sed ab iis divelli, ac separatim loco postremo appellari, ad hunc modum: **ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΩΜΕΩC. ΝΕΩ.** In Severi nummo e Gaza Regia, Juppiter sedet.

ΤΟΠΙΡΟΥ.

ΟΥΛΑΠΙΑΣ. ΤΟΠΙΡΟΥ. Juliæ Domnæ in Cimelio Regio numismata, Caracallæ quoque, & Getæ. Plinio, lib. i v. sect. xviii. *Topiris*, in Thracia.

ΟΥΑΠΙΑΣ. ΤΟΠΕΙΡΟΥ. Getæ nummus, ibidem. Ab Ulpio Trajano indita hæc ei appellatio est.

ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ, in nummis veteris Græciæ apud Goltzium, Tab. xxiv. Plinio, lib. i v. sect. xvii. *Torone*. Vide supra, ΟΛΥΝΘΙΩΝ. Stephano: Τορώνη, πόλις Θρακῶν... ὁ πλίθης, Τορωνᾶς. Præfert hic nummus navim cum Pharo, quo portus Toronici opportunitas designatur.

ΤΡΑΔΥΚΤΑ. Vide IVLIA TRADVCTA.

ΤΡΑΙΑΝΗΣ ΑΥΓΟΥСΤΗΣ. Vide VLPIA TRAIANA.

ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. M. Aurelii nummus, e Gaza Regia. Est hæc, uti remur, Thraciæ Trajanopolis, de qua Ptolemæus, lib. i i i. cap. xi. In Notitia Hieroclis, pag. 7. Provinciae Rhodopes Metropolis appellatur: Ἐπαρχία Ροδόπης, Σερραὶ Ἡγεμόνα, ὁ Τεγέαρου πόλεως. *Provincia Rhodopes, sub Præside, Trajanopolcos Antistes*. In eo nummo mulieres tergeminæ stant; in altero, Fortuna ipsa.

ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Cupido alatus tedaæ inversæ innititur, in nummo Caracallæ, e Gaza Regia. Alter ejusdem Principis Harpocratem exhibit: dignum is ori admovet, læva Copiæ cornu gerit.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ.

ΠΥΘΙΟC. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Domitiani nummus, apud Patinum, pag. 164. cum Apollinis Pythii effigie, citharam læva, laurum dextra gerentis. Certamina fuere solennia Trallibus in honorem Pythii Apollinis, uti ex marmore Arundelliano liquet, in quo hæc inter cetera certaminum genera recensentur: Ἔπιδαυρεῖα Ἀπολλύπεια, Ἀθηνᾶς Ἀδριάνεια, Σάρδεις Χρυσάνθειον, Τερέλλεις Πύθια, &c. Vidimus in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Trallis*, &c. Stephano: Τερέλλης, πόλις Λυδίας τῆς Μαιζύνθρω ποταμῷ.... τὸ θύμην, Τερέλλιασ. Cariæ Plinius & Ptolemæus adjudicant. Vide in eum Plinius.

nii locum animadversiones. Admonitione autem Cariæ, juvat obiter & alterum illustrare nummum e Gaza Regia, inscriptum ΙΔΡΙΕΩC, cum figura viri togati barbatique, humeris bipennem gestantis: Cerere, ex parte aversa. Fuit Ἰσπιδός Cariæ rex, Mausoli frater, & regni heres, de quo multa Strabo, lib. x i v. pag. 656.

ΕΠΙ. ΑΠΕΛΛΟΥ. ΓΡΑΜ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Ἐπὶ¹
 Ἀπέλλου Γραμματέωντος Τραλλιάδει. Sub Apella Scriba
Trallianorum. Hadriani nummus ex eodem Cimelio,
 cum Jovis ac Dianæ effigie: quo gemino Numine con-
 cordia duarum civitatum signatur, Ephesi, Trallium-
 que.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Antonini Pii, apud Occonem, pag.
 271. cum Jovis sedentis effigie, dextra fulmen, hastam
 læva tenentis. Demereri sibi Antoninum hæc civitas
 studuit, eidemque suavissimam excitare recordationem
 de accepto apud se olim omne imperii: Quippe, ut
 refert Capitolinus, pag. 18. *in Proconsulatu imperii
 omen accepit: Nam cum sacerdos femina Trallis ex more
 Proconsules semper hoc nomine salutaret, non dixit, Ave
 Proconsul, sed Ave Imperator.*

ΕΠΙ. ΕΥΑΡΕΣΤΟΥ. ΓΡΑΜ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ.
 M. Aurelii.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ.
 Caracallæ numminus, maximi moduli, e Cimelio Re-
 gio. *Trallianorum Neocororum Augustorum, Geta scilicet,*
 & Caracallæ, fratrum Augustorum: vel potius lu-
 dorum in Augusti Caracallæ gratiā editorum. Sic
 enim in Byzantiorum nummo, qui fuit Alexandro Se-
 vero principe cusus, e Gaza Regia, legimus: M. ΑΥΡ.
 ΣΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. ΑΥΓ: Μέρης Ἀυρηλίῳ
 Στίγμῃς Ἀλέξανδρος. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑ. ΣΕΒΑΣΤΑ.
 ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Antoniniana Augusta Byzantiorum.
 Augusta sive Augustea certamina dicta fuere, in ho-
 norem Principis edita, quorum & Byzantii & Tra-
 lliani, Neocoros se, hoc est, auctores curatoresque
 nummo cuso profiterentur. Antoniniana, ab Elagibalo
 Antonino, qui Severum patruelē suum

adoptarat, simulque Cæsarem appellaverat. Quare nunc iidem in gratiam Alexandri instaurantur.

ΕΠΙ. ΕΡΜΟΚΑ. ΠΑΓΚΡΑΤΙΔΟΥ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΤΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Caracallæ nummus, e Gaza Regia: in quo templo duo insculpta, in quibus Caracalla & Geta Augusti, quorum se Neocoros Tralliani profitentur, *Sub Hermocle Pancratidæ F. Prætore*, vel Pontifice.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΕΦΕΣΙΩΝ. Vide ΕΦΕΣΙΩΝ.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΕΠ. ΓΡ. ΓΕΝ. ΖΟΣΙΜΟΥ. ΤΗΛ: 'Ἐπὶ Γεγματίως Γεντιαρὸς Ζωσίμου..... *Traillianorum, sub Scriba Gentiano Zosimo.* Valeriani nummus e Cimelio Regio, in quo Victoriae gradientis effigies.

ΤΡΑΠΕΖΟΝΤΙΩΝ. Nummi ex Asia vetere apud Goltzium, Tab. 1. Plinio, lib. vi. sect. i v. *Trapezus liberum.* Stephano: Τρεπέζοδς.... ὁ πολίτης, Τρεπέζουόθ. Nunc Trebizonde, in Cappadocia. Præferunt hi nummi Apollinem capite radiato.

ΤΡΑΠΕΖΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus, e Cimelio Regio. Ptolemæo, lib. v. cap. 11. in oppidis Cariæ, haud procul Antiochia ad Maeandrum, & Laodicea, Τρεπέζοπολις collocatur. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Trapezopolitæ.* In Notitia Episcopatum, Τρεπέζοπολις Phrygiæ Pacatianæ adscribitur. Et in Conc. Quinisexto, pag. 1100. ΕὐθύιΘ επίκοπος πόλεως Τρεπέζαν Πακαπαῖς.

ΔΗΜΟΣ ΤΡΑΠΕΖΟΠΟΛΙΤΩΝ Caput invenile: Ex parte aversa, ΔΙΑ. ΤΙ. ΦΛΑ. ΜΑΤΛΥΣΙΟΥ. Διά Τιβεείου Φλαγίου Μαυλυσίου, nisi mendum sit. E Cimelio Regio.

ΤΡΕΜΙΘΟΠΟΛΙΤΩΝ. Nummus antiquus e Græcia vetere Goltzii. Stephano, Τρεμιθός κάμη Κύπρου. Cives, Τρεμιθόπολῖται. Ptolemæo, Τεμιθός. In eo numero Neptuni tridens, cui delphin implicitus: atque ipsam ex aversa parte Neptunus.

ΤΡΕΒΙΡΙ.

C O L. A V G. P A T. T R E V I R O R. In Thesauro Goltzii, pag. 237. Vespasiani nummus. *Colonia Augusta Paterna*

Paterna Trevirorum. Similes apud Gruterum inscriptio-
nes, pag. cxi. & ccxxv. Plinio, lib. v. sect. xxxi.
Treveri, & lib. xviii. sect. xl ix. *Trevericus ager*,
in Gallia Belgica, *Treves*.

M O S T R. In ima parte nummorum Constantini, Con-
stantis, aliorumque: *Moneta Signata Treviris.* Sic
P. TR. & P. T. & S. T. *Percussa Treviris, Signata Tre-
viris.* Apud Gruterum, pag. ccccxciiii. 3. legas,
IIIIVIR. MONE TAE. TRIVERICAE.

ΤΡΙΑΚΑΛΑ, in Parutæ nummis. Plinio, lib. iii. sect.
xiv. *Triocalini*, in Sicilia. Stephano: Τείχαλον, πόλις
Σικελίας.. τὸ ἔθνικὸν, Τείχαλην. Nunc Troccoli.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ad *Mæandrum*.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΜΑΙΑΝΔΡ. Apud Spanhemium,
pag. 888. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Tripolitani Mæan-
dro alluuntur.* In Notitia Eccles. Provinciæ Lydiæ hæc
Tripolis adjudicatur: a Ptolemæo, Stephanoque, Cariæ.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΜΑΙΑΝΔΡΟC. Juliæ Mamææ,
& Q. Herennii Etrusci nummi, in Gaza Regia, cum
fluvii decumbentis effigie.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Philippi F. nummus, ex eodem Ci-
melio Regio, cum simili fluvii effigie.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΛΗΤΩΕΙΑ. ΠΥΘΙΑ. In coro-
na. Ex parte aversa, ΔΗΜΟC. In Cenchrio amne
hujus fere tractus abluuisse se Latonam a partu poëtæ
fabulantur: inde *Latonia* certamina, eademque *Py-
thia* ibi instituta. Est in Cimelio Regio.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΛΗΤΩ. ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗ-
ΤΟC. *Tripolitarum Latona. Sacer Senatus.* Est apud
Tristanum, pag. 226. Patinum in Indice, pag. 7. & in
Cimelio Regio.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ *Syriæ, seu Phœnicia.*

ΑΝΤΩΝΙΟΥ. ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΚΛΕΩΠΑΤΡΗΣ. ΒΑ-
ΣΙΑΙΣΣΗΣ. Αὐτοκράτορες, καὶ Κλεωπάτραις
Βασιλίσσαι. Antonii Imp. & Cleopatrae Regine. Ex parte
aversa, ΚΟΙΝΟΝ. ΠΡΩΤΗΣ. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ.
Prora navis cum victoria: e Cimelio Regio: *Commune
prima Tripolitarum regionis.* Cum Tripolim ex æquo.

Tyrii, Sidoniique, & Aradii obtinerent, ab iis cufus hic nummus est, quibus obtigit prærogativa primatus. Antonium porro in Syria summo cum imperio fuisse notius est, quam ut moneri debeat Lector eruditus. Plinio, lib. v. sect. xvii. *Tripolis, quam Tyrii, & Sidonii, & Aradii obtinent.*

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Augusti, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 44. cum Apollinis ac citharæ effigie.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Neronis: & alter M. Aurelii, apud Patin. pag. 244. in quibus Castor & Pollux insculpti, ut in Ascalonitarum nummis.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ Trajani nummus apud Patinum, pag. 187: cu n eadem Castorum effigie. Ex parte aversa, **ΑΡΑΔΙΩΝ.** Quo nummo foedus utriusque gentis intelligitur.

ΤΡΑΙΑΝΟC. ΑΥΓΚΑΙC. Apud eundem, pag. cit. *Τεγιαρὸς Αὐτοκράτωρ Καισαρ.* Ex parte aversa, **ΤΡΙΠΟΛ.** cum galeato capite, ut in nummis **ΓΑΔΑΡΕΩΝ,** pag. 229. eodem tractū.

ΤΥΧΗ. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hadriani nummus, e Gaza Regia, in quo bina Castoris & Pollucis capita: alter in quo mulier turrita stat. Sic in nummo tractus ejusdem, **ΤΥΧΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ Κοίλης Συέιας** legimus, & **ΤΥΧΗ ΑΔΡΑΜΑΙΩΝ.**

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummus, apud Tristan. tom. i i. pag. 100. cum palmæ icone, quod Phœnices symbolum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Elagabali nummus, tum e Cimelio Regio, tum e Museo nostro: Cujus in ima parte, litteræ ternæ insculptæ **ΑΛΦ.** quas quidem litteras inversas putat vir pereruditus, lib. de usu numism. pag. 69. pro **ΦΛΑΑ.** hoc est, **Φλαγιέων:** unde huic civitati Flaviæ prænomenum adjunctum intelligi vult, quemadmodum & aliis hujuscce tractus oppidis, Cæsareæ Palæstinæ, Neapolí Samariæ, Samotatis, Chalcidi. Sed frustra: annum enim eæ litteræ æræ Seleucidarum indicant, **δχχι.** Elagabali tertium, ut in nummis Ara-

diorum diximus. Alioqui enim quid fiet nummo alteri ejusdem Elagabali, e Cimelio Regio, quem sic inscriptum vidimus, ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΖΚΦ, nisi annum hæ litteræ D X X V I I. significant? Quid alteri rursum Juliæ Soëmiadis, Elagabali matris, fiet, ex eodem Cimelio, in quo ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΒΛΦ. apertissime legimus, hoc est, annum D X X X I I. Quid tertio Hadriani Augusti, e Museo nostro, & apud Patinum in Indice, pag. 12. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΗΚΥ. hoc est, anno CCCCXXVIII. æræ Seleucidarum, Urbis Romæ D C C C L X X. Hadriani secundo? Quid & quinto, apud eundem Patinum in Indice, pag. 15. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΘΝΥ. hoc est, CCCCLIX. Urbis Romæ D C C C I. Antonini Pii undecimo? Sed & Patini errorem obiter intelliges, qui M. Aurelio Pii successori postremum hunc nummum adjudicet, cum sit ipsius Pii.
ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΒΛΦ. Juliæ Soëmiadis nummus e Gaza Regia: in quo nummo terna templo insculpta: primum Elagabalo, Soëmiadi ejusdem Augusti matri alterum, tertium Aquiliæ Severæ uxori dicatum.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΤΗC. IEPAC. KAI. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Castoris & Pollucis capita, in nummo Regiæ Gazæ, sed recens cuso, ut appetat.

ΤΡΙΧΩΝΙΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Thesauro Goltzii, pag. 234. Stephano: Τειχώνιος, πόλις Αἰτωλίας. ὁ πολίτης Τειχώνιος, &c.

TROAS.

COL. TROAS. ANTIGONIA. ALEXANDR.
LEG. XXI. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 241.

COL. ALEX. AVG. Antonini Pii. Plinio, lib. v. sect. XXXIII. *Troas, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana.* Αλεξανδρεια Τρωας Ptolemæo, lib. v. cap. 11. & aliis. Ab Antigono Asiae rege, Αντιγόνεα, Αλεξανδρεια appellata est ab Alexandro Magno. Deinde & Romanos eo colonos deductos esse jam ævo suo Strabo testatur, lib. xiiii. pag. 593. Augusto nimis Principe, ut numimi declarant.

COL. AVG TROAD. Antonini, apud Patinum,
pag. 221. & Commodo, pag. 262.

TPOAΔEΩN. CMYPNAΙΩN. OMONOIA.
M. Aurelii nummus.

COL. ALEX. AVG. TRO. Juliæ Domnæ apud
Patinum, pag. 289. Elagabali : & Alexandri Severi,
pag. 349. nunc Cimelii Regii.

COL. AVG. TROAS. *Colonia Augusta Troas.* Ca-
racallæ, & Valeriani nummi, e Museo nostro. In num-
mo M. Aurelii e Cimelio Regio, rusticus humeris sac-
culum gestat, ut in Neapoleos Samariæ nummo.

COL. ALEX. TROAS. Caracallæ nummi duo apud
Tristanum, alter tom. 11. pag. 179. in quo templi ef-
figies, cum tripode & dracone, quod Aesculapii est,
ut diximus sæpius, in nummis vulgare symbolum : al-
ter, pag. 180. in quo pascentis equi imago cernitur:
esse autem curam equorum ipsi quoque Aesculapio jam
ante monuimus, ex Hierocle, in præf. *ιωπαντειῶς.*
Quod Tristanus non vidit. Huic posteriori plane simi-
lis est alter Alexandri Severi, apud eundem Trista-
num, pag. 398.

COL. AVR. ANTONINIANA. ALEX. *Co-*
lonia Aurelia Antoniniana Alexandrina. Nummus al-
latus a Spanhemio, pag. 776. Traxit hæc cognomina
colonia Troas, vel a Caracalla, vel ab Elagabalo : qui-
bus M. Aurelii Antonini prænomen ex æquo fuit.

COL. ALEXAND. AVG. Aquiliæ Severæ, apud
Tristanum, tom. 11. pag. 360. & Patinum, pag. 339.
Nunc est Cimelii Regii.

TPOIZHN. ΣΔΕΥΣ. ΕΑΕΥΘΕΠΙΟΣ. *Iuppiter Li-*
berator. In vetere Græcia Goltzii, Tab. x. Plinio, lib.
1 v. sect. 1 x. *Trazen.* Stephano : Τρεζίω, πόλις Πελο-
ποννήσου τὸ ἐθνεῖον, Τρεζίων. In superficie nummi
altera, Neptuni tridens, cui Deo sacra civitas ea fuit.
Strabo, lib. viii. pag. 373. Τρεζίων ἡ ιερὰ θεῖη Ποσει-
δῶν, ἀφ' οὗ η Ποσειδῶνια ποτὲ ἐλέγετο. *Trazen* Neptu-
no sacra est : unde & Posidonia, hoc est, Neptunia, olim
dicta fuit. Διὸς Ἐλασσεῖον βαμὸς, Iovis Liberoris ara,

etiam Delphis fuit, teste Aristide, tom. 2. pag. 320.
ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ. Et ex aversa parte ΠΟΛΙΑΣ, hoc
 est, *Vrbana Minerva*, seu Urbis Prae^{ter}es, & custos.
 Ibidem. Pausanias in Corinth. pag. 73. de Trœzeniis:
 Τῆς δὲ Ἐπιδαυείας ἐχοται Τερψίλεωι.... Καὶ Διὸς πόλεω
 Ἀθηνῶν πεσέουσι Πολιάδα, &c. Vetus inscriptio, Athe-
 nis reperta, apud Gruterum, pag. cv. 9 ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ
 ΑΘΗΝΑΣ ΠΟΛΙΑΔΟΣ ΜΕΓΙΣΤΗΣ ΑΣΚΛΗ-
 ΠΙΑΔΟΥ ΑΛΑΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ. Sub Sa-
 cerdote Minervæ Poliadis Megiste, Asclepiadæ Alæen-
 sis filia. Alia, pag. d. v. ΑΘΑΝΑΙΑΝ. ΠΟΛΙΑΔΑ.
 Rursumque:

ΑΘΑΝΑΙΑΙ. ΠΟΛΙΑΔΙ.

ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ.

ΤΠΕΡ. ΤΗ. ΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝΟΣ.

ΣΩΤΗΡΙΑC.

Minervæ Poliadi, pro salute Patronis, grati animi mo-
numentum. Apud eundem Gruterum, pag. MLXVII. 7.
 Sic Juppiter ipse Ζεύς Πολιός appellatur ab eodem
 Pausania in Atticis, pag. 27. ab Aristotele, lib. de
 mundo, aliisque: quod sit custos & Praeses urbium.
 Fuit & in foro Trœzeniorum Diana Sispitæ templum,
 eodem teste, ναὸς Ἀρτέμιδος Σωπίερος. Porro Æoles in
 multis vocibus loco litteræ, σδ ponebant: ut pro
 μελίζειν, μελίσδειν. Et hic pro Ζεύς, ΣΔΕΥΣ, quod &
 alibi legimus.

TVC CI.

COL. AVGUSTA. GEMELLA. LEG. XXV.

Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 237. Pli-
 nius, lib. 111. sect. 111. *Colonia immunis Tucci, qua*
cognominatur Augusta Gemella. Gruteri inscriptio, pag.
 332. **COLONIAE. AVG. GEMELLÆ. TVC-**
CITANAE. Τοδινο^τ Ptolemaeus, lib. 11. cap. 14. Γε-
 μελλα vocat Appianus, in Iber. pag. 293. Gemellæ no-
 men ea colonia habuit, a colonis eo deductis militibus
 ex aliqua earum legionum, quibus Geminæ aut Ge-
 mellæ cognomen fuit: quales erant vii. x. xiiii. &
 xiv. quod ex duabus factæ singulæ erant, quæ justum

legionum numerum non explerent. Hodie Martos in Baetica, inter Cordubam & Giennum.

TVRIASO.

MV. TVR. & MVN. TVR. Augusti ac Tiberii nummi, apud Patinum, pag. 66. Nunc in Cimelio Regio. *Municipium Turiaso*. Plinio, lib. III. sect. IV. *Turiasonenses*. Nunc *Tarraçona* trans Iberum, in Aragoniae confinio.

MVN. TVRIASO. In Thesauro Goltzii.

TYANA *Cappadociae*.

TYANEΩΝ.... ΠΡ. Τ. ΙΕΡ. ΑΣΤ. ΑΤ. ΕΤ. ΚΑ.

Tyanēων Κατων. Πρ. (hoc est, Κατωπαδονῶν ἀρώτης,) διεργῆς, δούλου, αὐτονόμου, ἐπει καί. *Tyanensium civitatis, Cappadocum primae, inviolatae, suis utentis legibus*: anno XXI. sive postremo Hadriani Imp. cuius effigiem nummus hic præfert, e Cimelio Regio. Plinio, libro VI. sect. III. *Tyana*. Stephano: *Tύανα, πόλις μέσον Κιλικίας καὶ Κατωπαδονίας..... οἱ πολῖται, Tyanēis*. Eadem Christopolis postea appellata. In Notitia Ecclesiast. pag. 47. *Ἐπαρχία Κατωπαδονίας* ī *Tyanēōn*, ἦποι Χειρουπόλεως. Ut nempe Antiochiam post terræ motum ausplicato nomine Theopolim, Θεούπολιν, Justinianus appellavit, sic Tyana Christopolim Valens, cum prærogativa metropolitici juris Urbem eam donavit. Haud procul portis Ciliciis fuit, unde in Syriam transitus, juxta montem Taurum: quare & ea regio, Εὐσέβεια ἡ τοῦ Ταύρου dicta Straboni, lib. XI. pag. 537. In eo porro nummo turrita mulier monti insidet, emergente ante pedes ex aquis homine, qua effigie situs oppidi in monte, cuius radices amnis alluat, indicatur: spicis, & papavere, quæ dextra tenet, circumjacentis agri fertilitas. Strabo, loc. cit. *Η μὲν Τυανῆς οἰκοστεπλωῆτα τῷ Ταύρῳ τῷ κατὰ τὰς Κιλικίας πύλας..... καλεῖται δὲ Εὐσέβεια ἡ τοῦ Ταύρου ἀγαθὴ διὰ τοῦ πεδίας ἡ πλεύση. Τὰ δὲ Τύανα ἐπίκειται χώμαπι Σεμεράδιος πετυχομένῳ καλώς. Tyanitis substrata Taurum est ad portas Cilicias.... Vocatur autem Eusebia ad Taurum: fertilis, & maxima sui parte plana. Tyana imposita sunt*

*Semiramidis probe muris substructo. Hæc de oppidi situ, & ubertate agri: de amne præterlabente, idem Strabo, lib. xiiii. pag. 587. ubi amnem eum ait, qui Solos Ciliciæ rigat, ex Tyanensi agro venire: ὁ εἰς Τυάρων εἰς Σόλοις διὰ τὸ Ταύρου. Id porro quod in nummo vel vetustate vel injuria hominum excidit, cum sint cetera plana ac perspicua, haud temere restitutum a nobis intelliget, qui & primam secundæ Cappadociæ civitatem Tyana fuisse meminerit: & hanc loquendi formam non esse in nummis infrequentem. Sic enim superius, CAPDIC ΠΡΩΤΗ ΜΑΙΟΝΩΝ, aliaque similia vidimus. Notitia vero Eccles. pag. 33. & 35. geminam Cappadociam agnoscit: alteram sub Consulari, sub Præside alteram: primæ caput Cæsarea fuit: Tyana, secundæ. Ἐπαρχία Καππαδοκίας, τὸ Κονσιλάειον, Καγούρεια. Ἐπαρχία Καππαδοκίας β', τὸ Ηγεμόνα, Τύαρα. At quoniam Valentis Ariani principatu pri-
mum divisam in duas provincias regiminis Ecclesiastici provincias Cappadociam legimus, apud Greg. Nazianz. & apud Baron. ad an. Christi CCCLXXI. ex odio scilicet Basili Cæsareæ Episcopi: non multum a vero forsitan abludet, qui in hoc nummo dixerit prima-
tum modo ac prærogativam fori urbi Tyanensi adscribi, supra oppida vicosque ejus præfecturæ, cuius ipsa caput exstitit: Straboni, lib. xii. pag. 534. Τυαρῖτης σπαθηγία.*

TYANΩΝ. Caput apri. E Museo nostro.

TYNΔAPITAN, apud Parutam. Plinius, lib. iiii. sect. xi v. *Tyndaris colonia*, in Sicilia. Rudera supersunt, nomenque *Tendaro*. In nummo priore apud Parutam Juno insculpta, quæ pavone vecta fertur: In aliis Ceres, cum spicis, ubertatis symbola: pilei Castoris ac Pollucis, qui Tyndarei filii, iidemque hujus oppidi conditores fuere: quanquam a Messeniis conditum scribit Diodorus Sicul. lib. xiv. Bibl. Sed fuit nimirum quondam Laconici juris & ipsa Messenia, auctore Strabone, lib. vi. pag. 279. Hinc illud Silii, lib. xiv. de Tyndaritanis:

Geminoque Lacone

NUMMI ANTIQUI

Tyndaris attollens se se.

Castorem & Pollucem intelligit, Tyndari Laconum regis filios.

TYNDAPIEΩΝ. E Goltzii Thesauro, pag. 235. & apud Parutam.

TYNDAPITAN. Caduceus, Mercurii symbolum: laurus, Apollinis: spica, ubertatis. Apud Parutam, num. 6. Tullius sub finem Verrinæ quintæ: *Téque, Mercuri, quem Verres in villa & in privata palestra posuit, P. Africanus in urbe socrorum, & in gymnasio Tyndaritanorum, juventutis illorum custodem & præsidem voluit esse, imploro atque obtestor.* Et actione quarta: *Audisti nuper dicere legatos Tyndaritanos, homines honestissimos, ac principes civitatis, Mercurium, qui sacris anniversariis apud eos, ac summa religione colcretur, quem P. Africanus, Carthagine capta, Tyndaritanis non solam suæ victoriae, sed etiam illorum fidei societatisque monumen- tum atque indicium dedisset, hujus vi, scelere, imperio- que esse sublatum.* Hujus Mercurii mentio, quem Tyndaritanorum Præsidem Deum Tullius appellat, alterius nummi recordationem excitat, Severo Imp. cusi, cuius in aversa parte legimus, IOVI. PRAE. ORBIS, hoc est, *Iovi Præidi Orbis*: non uti vir eruditus, in Juliani Cæsares censuit, *Iovi Præfecto Orbis*. Deos enim, quorum sub tutela forent oppida, regna, civitates, loca quævis, Præsides eorum locorum vocavit antiquitas. Tullius, pro domo sua. Ovidius, lib. x. Metam.

Caruerunt præside Delphi.

Seneca, in Hippolyto:

Præses terræ Dea.

Vetus inscriptio apud Reinesium, pag. xvii.

DILS DEABVSQVE. PRAESIDBVS. PROVINCIARVM. &c.

Jovem Præstitem in vetustis lapidibus legere me memini, apud Gruterum, pag. xxii. Præsides Deos, passim: Jovem Præfectum, nusquam. Quin & PRAESIDEM MVNDI Domitianum per assentationem Martialis appellat, lib. v. Epigr. iii. quem Jovem vocat, Epigr. vi.

TYPANΩΝ.

TYPANΩN. Nummus Antonini Pii. Item Severi ac Juliæ Domnæ, quos Patinus affert, pag. 286. & 290. Nunc Cimelii Regii. Plinius, lib. i v. sect. xxvi. *Amnis Tyra, oppido nomen imponens, &c* Stephanus: Τύρες, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῷ Εὐξένῳ Πόντῳ.... τὴν πολίτας, Τυράνος. Goltzius in Thesauro, pag. 236. **YPANΩN** perperam legit in Severi nummo, pro **TYPANΩN**. Quo in nummo e Gaza Regia Hercules stat: in altero Juliæ, mulier turrata, Cybele, ut opinor, sedet.

TYRVS.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΥΡΙΩΝ. L. HNP. *Anno CLVIII.* Demetrii Soteris nummus quem vidi-
mus. Est ejusdem Principis alter, L. ΘΝP. hoc est,
Λυχεῖαντος β,θ. *Anno CLIX.* in Museo nostro. Tertius
itidem Demetrii Nicatoris, **ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΥΡΙΩΝ.** L. HZP. *anno CLXVIII.* æræ
nempe Seleucidarum, de qua diximus in nummis
ΑΠΑΔΙΩΝ. Sed fuit alia præterea Tyriorum æra
peculiaris, cuius Eusebius meminit, in Chronicō, anno
Probi secundo: cœpitque ea ab anno Urbis Romæ
DCXXIX. ante Christum natum circiter cxv. Plinius,
lib. v. sect. xvii. *Tyrus, quondam insula &c.*

TYP. (litteris invicem implexis vox ea scribitur in num-
mo) **ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΑΣ. ΑΣ.** cum pal-
mæ iconē: turrito, ex parte altera, capite. In Museo
nostro. Τύρου Μητροπόλεως ἱερᾶς ἀσύλου. *Tyri Metropo-
leos sacræ, inviolate.*

ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Capite laureato: ex
aversa parte, **KOINON. ΦΟΙΝΙΚΗC. AKTI.**
*Aetia certamina. Commune Phœnices. Phœniciae Mari-
timæ Metropolis ea fuit. Notitia antiqua, pag. 61.*
Ἐπαρχία Φοινίκης Παραλίας. Τύρου Μητροπόλις.

ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΙΕΡΑC. *Tyri Metropoleos sa-
crae. Commodi nummus.*

SEP. TYRVS, vel **SEPT. TYRO. METROP.**
COLONIA. LEG. XII. In nummis Juliæ Dom-
næ & Macrini: quos nummos inepte quidam legunt,
SEPHYRS & SEPHYRO, secuti Patinum.

NUMMI ANTIQUI

SEPT. TYRVS. MET. COLONIA. *Septimia*
Tyrus Metropolis colonia, a Septimio Severo Augusto.
 Nummus est Getæ & Caracallæ, filiorum Severi.

MΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. I. C. TYP. Hæc vox postrema
 implexis mutuo litteris per notarum compendia in
 nummo scribitur. Μητροπόλεως ἱερᾶς Σεπτιμίας Τύρου.

TYRVS. METRO. COLO N I. Diadumeniani
 nummus, in quo insculptus Hercules. Strabo, lib.
 xvi. pag. 757. de Tyriis : Τιμᾶται δὲ καθ' οὐρανὸν
 'Ηερκαλῆς τοῦ' αὐτῷ. Colitur apud eos Hercules majorem
 in modum. Vide & Curtium, lib. iv. ceterosque scrip-
 tores rerum Alexandri. Spoliatum donariis Tyrium
 Herculem a Cæsare, ob receptam ab iis uxorem Pom-
 peii, Dio refert lib. XLII.

TYRO. COLO. Elagabali, apud Patinum, pag. 331.
 Vir e palma arbore, qui Syriae typus est, fructus legit:
 apposita deinde concha Tyria, ex qua succus purpu-
 reus tingendis vestibus eliciebatur olim, qui *Tyri præ-*
cipuus Asia, ut Plinius ait, lib. ix. sect. Lx. Strabo,
 lib. xvi. pag. 757. Πολὺ δὲ ἐξητασαι παῖσιν ή Τυρεῖα καλ-
 λίην πορφύρα, &c.

TYRIORVM. Nummus Elagabali, in Cimelio Regio.
 ΗΡΑΚΛΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ, certamina subintellige.
 Hunc nummum Patinus, pag. 334. quo spectaret, non
 intellexit.

MVNIC. SEP. TYR. Gordiani junioris.

COL. TYR. METR. AMBROSIE. PETRE.
 De Petris Ambrosiis, luculenter Tristanus, tom. i.
 pag. 492. Est ejusdem Gordiani nummus.

COL. TYRO. METRO. Treboniani Galli, apud
 Patinum, pag. 397. Taurus deductæ coloniae symbo-
 lum, Tyriæ conchæ inhiat. In labaro deinde epigra-
 phe, LEG. III. G A L. quod ex tertia legione
 Gallica deducti eo milites. In vetustis inscriptionibus
 apud Gruterum, LEG. III. G A L. passim occurrit.

V

VALENTIA in Calabria.
 VALENTIA. Nummus Cæsar's Dictatoris, apud

Occonem , pag. 15. cum gemino Copiæ cornu , ac fulmine. Hunc nummum Patinus & Mediobarbus ne quicquam urbi Romæ adscribunt , in nummis Julii Cæsar is: alii frustra quoque Valentia Hispаниæ : nos Italicæ , nempe Viboni Valentia , de qua Plinius lib. III. sect. x. *Hippo* , quod nunc Vibonem Valentiam vocant : cum Goltzio , in Magna Græcia , tab. xxxv. Calabriæ civitas ea est , olim Hippo nium appellata. Vide ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ. Duris apud Athen. lib. xii. pag. 542. a Gelone ait , prope Hippo nium oppidum , locum esse exædificatum , quem Cornu copiæ appellarit: Πλησίον Ἰωπωνίου πόλεως... τόπον πυρά οὐ καλώμενον Ἀμαλθίας νέργες , δύτον Γέλωνα κατασκύδοσαι. Id vero in præsenti nummo expressum. Alias Copiæ cornu in nummis felicitatem temporum designat. Dio Chrysost. Tὸ δὲ Ἀμαλθίας νέργες μνήμει τῷ διαχθεν δοσὶν ω̄ τῷ διδακτορίᾳ. Cornu copiæ felicitatem & bonorum largitionem indicat.

VALENTIA Citerioris Hispaniæ.

COL. IVL. VALENTIA. Nummus Augusti , quem vidimus : & alter ei par , M. Aurelii , apud Patin. pag. 234. nunc Cimelii Regii. Plinio , lib. III. sect. iv. *Valentia colonia* , nunc quoque in Hispania regni cognominis caput.

C. VIBIO. MARSO. PR. COS. III. M. M. I. V. Nummus M. Aurelii apud Patinum , pag. 234. cuius ille notas expedire se minime posse profitetur : nos sic interpretamur : *Caio Vibio Marso Proconsule tertium, Municipes Iuliae Valentiae.* Ut illas ejusdem paginæ notas in simili fere nummo , C. VIBIO. MARSO. DD. PP. *Decuriones posuere.*

C. I. V. Navis Prætoria. *Colonia Iulia Valentia.* Augusti nummus e Museo nostro. CAESAR. DIVI. F. IMP. DIVI. IVLI.

VIENNA Provinciæ Narbonensis.

COL. VIENNA. LEG. VII. CLAVDIANA. PIA. Neronis nummus , in Thesæu ro Goltzii , pag. 242. Plinius , lib. III. sect. v. *Colonia Vienna Allo-*

brogum. Nunc quoque, Vienne en Dauphiné.

VIMINACIVM.

P. M. S. COL. AN. IIII. In altero, AN. V. *Provincia Mæsæ Superioris, Colonia Viminacium.* Gordiani junioris nummus, e Cimelio Regio, Museoque nostro, ad Viminacium pertinet, quæ colonia est in Mœsiam deducta denuo Gordiano hoc ipso Principe. Denuo, inquam, nam & ante Gordiani tempora, Alexandri & Juliæ Mæsæ nummi exstant, inscripti, COL. VIM. A N. I. & A N. II. Renovatas autem esse interdum colonias sciunt qui vetustos scriptores rerum Romanarum terunt. Vide supra, CARTHAGO, & CASILINV M. Οὐρανίου Ptolemæo, lib. IIII. cap. IX. in superiori Mœsia. Βιμινάκη μητρόπολις Μυσίας, in Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 25. Notitia Imperii, sect. XXX. Praefeturæ Legionis septimæ Claudiæ, Viminacio. Praefeturæ Classis Histriæ Viminacio. Unde fuit olim cum suspicaremur legi in iis nummis posse, Praefeturæ Militum Superventorum Coloniae Viminacii: cuiusmodi milites superventores Axiupoli in Scythia fuisse eadem Notitia testatur, sect. XVIII. Sed prior interpretatio, quæ magis recepta, magis arridet. Occo, pag. 432. in Gordiano tertio, P. M. SCOLVM. ANT. pro P. M. S. COL. VIM. A N. I. De Gordiano juniore Capitolinus, pag. 162. *Fecit iter in Mœsiam, atque in ipso procinctu quidquid hostium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit, atque summovit.* Tuncque deducta simul ab eo Viminacium colonia est.

P. M. S. COL. VIM. A N. X. Otaciliæ Severæ.

P. M. S. COL. VIM. A N. XI. Decii, e Museo nostro.

P. M. S. COL. VIM. A N. XII. Herennii Etrusci, & Valentis Hostiliani, qui Decii filii.

P. M. S. COL. VIM. A N. XIII. Treboniani Galli, apud Patinum, pag. 397. qui quid eæ notæ valerent, non intellexit.

P. M. S. COL. VIM. A N. XIV. Etruscillæ: quæ Volusiani uxor, Decii filia.

P. M. S. COL. VIM. AN. XVI. Valeriani , apud
Mediobarbum , pag. 368.

P. M. S. COL. VIM. AN. III. AN. IIII. AN. V.
Nummi quatuor, Philippo Arabe Imp. cusi , apud Me-
diobarbum , pag. 347. quibus Colonia Viminacium ,
non iam æra sue , hoc est , a deducta apud se colonia
militum Romanorum , sed Philippi Augusti annos ,
suis nummis inscupsit : quod Moesia ille scilicet in pri-
mis faveret , cui provinciae Severianum generum suum ,
Zosimo teste , præfecit. Hæc adulandi Principi ratio &
causa fuit , quoad imperium tenuit : coepio enim anno
sesto obiit In nummis Otaciliæ , quæ Philippi conjux ,
servata coloniae æra est , deincepsque subsecutis Impe-
ratoribus recta annorum series per sexennium custodi-
ta , ut superius vidimus. Quod exstare aïunt Philippi
quoque ipsius nummum inscriptum , A N. VI I. erro-
rem esse legentium putamus : aut ad æram Coloniae ,
annumque Philippi tertium , revocari oportere.

VINDELICI. Vide RAE TIA , & AVG VSTA
VINDELICORVM.

VISONTIVM. MVN. Galbae , e Thesauro Goltzii ,
pag. 244.

MVN. VISONTIVM , in laurea. Augusti nummus ,
e Cimelio Regio. Ptolemæo , lib. I I . cap. vi I. Hispa-
niæ Tarraconensis oppidum est in Pelendonibus , Ovi-
σόντιον. Huc potius referri hos nummos remur oporten-
te , quam ad Sequanorum , Pannorumve , Visontium.

VLPIA TRAIANA.

COL. AVG. VLPIA TRAIANA. Trajani num-
mus , e Thesauro Goltzii , pag. 238. Fuit ea civitas in
Dacia antiqua trans Danubium , Ζαρμιγέθουσα βασί-
λειον , Regia Zarmigethusa , dicta Ptolemæo , lib. I I I .
cap. vi I I . Deinde Colonia Ulpia Trajana Augusta
Dacica Sarmizegetusa , a Trajano conditore. Vetus
inscriptio , apud Gruterum , pag. vi . 3.

I. O. M.

ROMVLO. PARENTI.
MARTI AVXILIATORI.

TTt iij

NUMMI ANTIQUI

FELICIEVS. AVSPICIIS.

CAESARIS. DIVI. NERVAE.

TRAIANI. AVGUSTI.

CONDITA. COLONIA. DACICA. SARMIZ.

PER. M. SCAVRIANVM. EIVS. PROPR.

Pag. CCLXXII. COLONIA. VLPIA. TRAI.
 AVG. DACIC. SARMIZ. METROP. Pag.
 CCLIV. 5. COL. SARM. Pag. CCCXXIX. 6. PRO-
 VINCIAE. DACIAE. COL. VLP. TRAIANA.
 DACIC. SARMIZEG. Pag. CCCCXXXVII. 1. CO-
 LON. VLPIA. TRAIANA. AVG. DAC. SAR-
 MIZGETVSA. Denique pag. CCLVII.

IMP. CAES. ANTONINO. PIO. AVG.

COLONIA. SARMIZAEGETHVS A.

Nunc *Varhel* dicitur, in Transylvania.

ΤΡΑΙΑΝΗΣ ΤΟΥΛΠΙΑΝΗΣ ΜΑΞΙΜΟΥ. THC. TPAIANHC.

M. Aurelii, ac L. Veri numimus, e Cimelio Regio: cui
 castellum insculptum. Ηγετός Τούλπιου Μαξίμου, *Præ-*
fide Tullio Maximo, cuius & in Pautaliatarum num-
 mis, ejusdem fere tractus, nomen occurrit.

ΤΡΑΙΑΝΗΣ ΑΥΓΟΥΣΤΗΣ. Faustinæ junioris
 nummi, cui & inscriptiones eæ dicatæ, quas in ruinis
Varhel oppidi repertas Gruterus affert, pag. CCLX. 12.

FAVSTINAE. AVG. DIVI. PI. FILIAE.

COL. SARMIZ.

Et num. 13. FAVSTINAE. AVG. M. AVRELII.
 ANTONINI. FILIAE.

COL. SARMIZ.

ΤΡΑΙΑΝΗΣ ΑΥΓΟΥΣΤΗΣ. Severi nummi, in
 quibus & Diana venatrixis, & Cybeles stantis effi-
 gies. Ad hanc Ulpianam Trajanam revocari hunc num-
 num oportere, testatur inscriptio vetus eidem dicata
 Principi, apud Gruterum, pag. CCLXVI. 2.

DIVO. SEVERO. PIO.

COLONIA. VLPIA. TRAIANA.

AVG. DACIC. SARMIZ.

Cave itaque Tristanium, tom. 11. pag. 99. Patinum-
 que, pag. 282. audias, qui hanc Trajanam esse ean-

dem cum Trajanopoli Phrygiæ volunt.

EΠΙ. СТР. ΑΝΝΙΟΥ. ΜΑΡΚΟΥ. ΑΥΓ. ΤΡΑΙΑ-
ΝΗΣ. Sub Prætore, vel Duumviro, *Annio Marco.*
Augustæ Trajanæ Elagabali, apud Patinum, pag. 333.
cum Cybeles stantis effigie. In vetusta inscriptione
apud Gruterum, pag. CCCLXXXVII. 4. II VIR.
COL. DACI. *Duumvir Coloniae Dacicæ*, quæ Tra-
jana Augusta. Iterumque, pag. CCCXLVIII. II VIRO.
POP. PLEPSQ. VLPIAE. TRAIA. SAR.
Duumviro, *Populus Plebsque Vlpiae Trajanæ Sarmi-*
zegethusæ.

ΤΡΑΙΑΝΗΝ ΑΥΓΟΥΣΤΑΝ. Valeriani, e Cimelio
Regio.

VOLCAE. In parte aversa, AR EC. *Volcae Arecomici.*
Nummus singularis e Museo nostro, ex ære, minimi
moduli. Plinio, lib. 111. sect. v. *Nemusum Arecomi-*
corum: Ptolemaeo, lib. 11. cap. x. Οὐδέλχει Ἀειθόμοι,
ἢν πόλεις μεσογεῖι, Νέμαυσος κολωνία, &c. Hodie *Nis-*
mes, in Languedocio, ut vocant, Galliæ provincia
olim Narbonensi dicta.

VRSO.

COL. GEMINA. VRBANOR. Neronis num-
mus e Thesauro Goltzii, pag. 239. Plinius, lib. 111.
sect. 111. *Colonia Vrso*, quæ *Genua Urbanorum*: ubi vel
libris invitis, *Gemina* monuimus legi oportere. Hodie
Ossuna, Ducatus titulo insignis. Mariana, lib. 111. hist.
Hisp. cap. 22.

VTICA.

MVN. IVL. VTICEN. DD. P. Tiberii nummi e
Gaza Regia. *Municipii Iulii Uticensis Decuriones po-*
suere. Plinius, lib. v. sect. 111. *Utica Catonis morte no-*
bilis. Nunc *Biserte* dicitur. Datum Uticensibus jus ci-
vitatis ab Octaviano Cæfare, anno V. C. DCCXVIII.
L. Gellio, Coccoeio Nerva Coss. auctor est Dio, lib.
XLIX. pag. 401.

IMMVNIS. VTICEN. D. D. *Immunis Uticensis*
civitas. *Decreto Decurionum*. Tiberii pariter numisma,
quod vidimus.

Y

ΥΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΛΑΣ, apud Parutam. Plinio, lib. iii. sect. xiv. in Sicilia. *Hyblenses*. Stephano, Υβλα μεγαλη, *Hybla major*. Nunc *Paderno*. In eo nummo Deæ Hyblææ signum exstat, urceolum dextra, læva hastam puram tenentis, blandiente ad pedes cane: quo ex argumento Dianam esse venatricem auguramur. Ex parte antica ejusdem Deæ caput, cum api, ob mellis in eo tractu copiam. De melle *Hyblæo* Plinius, lib. xi. sect. xiii. aliisque. De *Hyblæa* Dea Pausanias, in Eliac. prior. seu lib. v. pag. 172. ubi de *Hybla majore*: Καὶ επέρι οφίσιν Υβλαῖς ἔστι θεός, οὗτος Σικελιωτῶν ἐχον πυνθ. *Ibi* fanum est *Siculorum celebritate religiosum*, *Deæ*, quam *Hyblæam* vocant, dicatum.

ΤΔΙΝΑΙΩΝ. Ad Majorem Græciam spectare hic Nummus e Museo nostro videtur, cui similis est in Cimelio Regio: quod in eo Minotauri effigies, & Palladis caput exstat, quæ notæ in nummis illius tractus frequentes occurunt.

ΤΔΡΩΝΤΙΝΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. xxxvii. In eo nummo Neptunus, cum tridente ac delphinis. Plinio, lib. iii. sect. xvii. *Hydruntum*. Stephano: Υδροῦς.... τὸ ἔθνος, Υδρουάπος, & Υδρουαῖος, & ex nummo Υδρωπόπος. Nunc *Otranto*, in Italia.

ΤΕΛΗΤΩΝ, ex argento & ære, in Museo nostro.

ΤΕΛΗ. cum noctua Palladis symbolo, ibidem. Plinio, lib. iii. sect. x. *Oppidum Helia*, quæ nunc *Velia*. Nunc vicus est, *Castel a mare della Brucia*, in Principatu citeriore. Sunt apud Goltzium in Magna Græcia, Tab. xxii. & xxiii. in quibus leo insculptus, noctuaque Palladis, tridens delphinusve Neptuni, spica fertilitatis symbolum.

ΤΚΚΑΡΕΩΝ.

ΙΚΑΡ. apud Parutam. Stephano: Τυκαρεῖν, πόλις Σικελίας.... τὸ ἔθνος, Τυκαρέις. Antonino *Hiccaro*, a Panhormo, XVI. M. P. Nunc quoque *Carini*, & *Muro d' Iccarini*,

d'Iccarini, teste Fazello, decad. I. lib. v i i. cap. vi.

ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. Juliæ Domnæ nummus e Museo nostro, cum templo, in quo Juno pronuba. Adjectum Prætoris nomen, ΕΠΙ. СТР. М. АППИΩΝΟС. *Sub Prætore M. Apione. ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Julia Augst.i.* Legitur hoc nomen 'Απίων per geminum ππ, & in Bibl. Photii, cap. cxii. Et apud Clemensem lib. x. Recogn. ubi ait Appionem cum Anubione venisse ab Antiochia. In Lexico Suidæ, 'Απίων ὁ Πλειστίου. Sed ex litterarum serie scribi 'Απίων ibi oportere palam est. Videtur sane 'Απίων nomen Romanum esse, & in Græcam speciem detortum, ab recto *Appius*, ut *Marcus* a *Marcus*. Tamen Apion familiare Ægyptiis nomen fuit, deductum ab Api, quem colebant: ut a Serapi Serapion, Anubion ab Anubi. Quare Apion saltem ille Grammaticus, qui mundi cymbalum est appellatus, auctore Plinio in præfatione ad Titum, Apion dicendus potius videtur, quam Apion. Sunt Hypæpenorum porro nummi alii in Cimelio Regio, Faustinæ Aurelii, Severi, Getæ, Decii, Etruscillæ, & Valeriani. Et Getæ quidem cum Æsculapii stantis effigie. Plinio, lib. v. in fine sect. xxxi. *Hypæpeni*. Stephano: Υπαίπα, πόλις Αυδίας.... τὸ ἐθνικὸν, Υπαίπωνός. Plura vide in nostris ad Plinium notis.

ΕΠΙ. СТР. ПАП.....ΟΥ. ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. Juliæ Domnæ, cum Dianæ iconе. 'Επὶ φραγῆς Παπιέλου. Υπαίπων. Cum Æsculatio, alter Getæ, sine Prætoris nomine. Uterque e Gaza Regia.

ΕΠΙ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ: ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Sub Apollodoro.* Pharetra & clava, in Caracallæ nummo, e Cimelio Regio.

ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. СТ. АІЛ. АНТ. ТА. ЕТ. А. *Hy-
pæpenorum*, Prætore Ælio Antonino Tatiano, anno pri-
mo, Gordiani videlicet junioris, non Gordiani Pâtris, ut Patino visum, pag. 360. a quo & perperam sic num-
mus legitur, СТ. АІЛ. АНТ. ТАСТА. Ejus num-
ми aream obtinet ædes sacra, in qua Dianæ Ephesiae
simulacrum.

ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. CT. AΙΔ. ANT. TA. ET. Δ. Gor-
diani tertii, apud eundem Patinum, pag. 375. quo ex
nummo errorem suum in explanando priore depre-
hendi ab ipso, atque emendari oportuit.

ΕΡΕΝ. ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ. CEB. *Herennia Etruscilla*
Augusta. ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. ΕΠΙ. CT. Φ. Δ. ΕΡ-
ΜΟΛΑΟΥ. NEIKΩ. Ἐπὶ πρατηγῷ Φλασίου Ερμο-
λάου Νείκων. E Cimelio Regio.

ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. ΕΠΙ. CT. ΚΥΝΤΙΑΝΟΥ. *Sub*
Prætore Quintiano. Malim ΚΥΝΤΙΛΙΟΥ legi, *Quintilio*, vel *Quintillo*. E Cimelio Regio, nummus Vale-
riani.

ΤΠΑΙΠΗΝΩΝ. ΚΑΥΣΤΡΟC, Nummus quem vi-
dimus, cum fluvii decumbentis effigie. Ex parte aver-
sa, IEPA CYNKΛHTOC. *Sacer Senatus*. Vel haud
procul amne Caystro, qui & Ephesum alluit, positos
fuisse Hypæpenos, vel certe Caystrum Ephesiorum ab
Hypæpenis, quod ab aliis similiter factitatum animad-
vertimus, Numinis vice cultum, nummus iste indicat:
vel solam denique cum Ephesinis δύμονιαι & societatem.

ΤΠΑΤΕΩΝ. Stephano urbs ejus nominis gemina est, al-
tera in Ænianibus & Ætolis: prope Sangarium am-
nem altera in Asia: Τπάτη, πόλις Αἰνιάνων. Λέγεται ᾧ τῇ
Τπάτη. Εἳ τῇ χάρῃ πλησίον Σεγαρίου ποταμοῦ τὸ Εθνι-
κὸν, ΤπάταιΘ, καὶ Τπάτει. Meminit prioris, quæ in
Ætolis est, etiam Livius, lib. xxxvi. In nummo Ci-
melii Regii, lyra est, & Apollinis caput: epigraphe,
ΤΠΑΤΙΩΝ, vel potius ΤΠΑΤΕΩΝ.

ΤΠΕΡΗΣΙΕΩΝ. THΣ. IEPAΣ. KAI. ΑΥΤΟΝΟ-
ΜΟΥ. *Hypereisenium* civitatis *sacræ ac liberæ*. Vespa-
siani nummus e Goltzii Thesauro, pag. 236. Stephe-
no: Τφησία, πόλις ᾧ Αχαίας . . . τὸ Εθνικὸν, Τφησίδει.

ΤΡΚΑΝΩΝ. Nummi Philipporum, in quibus Bacchi stan-
tis effigies, apud Patinum, pag. 383. & 388. quos ille
ad Hyrcanos Caspii maris accolas refert: perinde quasi
aut illi unquam Græce didicerint, aut stipendiarii fue-
rint, foederative populi Romani. Patino Tristanus præ-
vit, ac propinavit errorem: quem & Carolus a S. Pau-

lo, in Geographia sacra hausit, pag. 320. cum Joannem Hyrcanorum civitatis Episcopum, cuius in Conc. Calchedonensi mentio, ad Hyrcaniam Caspii maris ablegat, ac metropolim totius regionis fuisse eo ibi nomine comminiscitur. At fuere Hyrcani isti in Lydia, teste Tacito, cuius verba retulimus⁹, in nummo CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS: & Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Macedones Hyrcani cognominati.* In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 44. inter Episcopos Provinciæ Lydiæ recensentur, ὁ Μουσίνης, & ὁ Ὀργανίδης. Lege, ὁ Μουσίνης, & ὁ Υρκανίδης. Certe Leunclavius, in Novella Leonis Imp. pag. 90. habet, ὁ Υρκανίδης. Strabo, lib. xiiii. pag. 629. & Stephanus, Hyrcanii campi ab eo oppido appellati, in Lydia, meminere. Εἰπά τὸ Υρκανίου πεδίον, inquit Strabo, Περσῶν ἐπομασάντων, καὶ ἐποίησος ἀγαθόντων σχέδιον. Sequitur *Hyrcanius campus*, quem sic Persæ nominaverunt, a colonis ex Hyrcania eo adductis. Stephanus: "Επι τῷ Υρκανίου πεδίον τὸν Αυδίας, ὡς Ἐργαθέντος εἰ πέμπτῳ Γαλακτῶν. Livius quoque in Latinis Icriptoribus, libro xxxvii. Consul circa Thyatira regem esse ratus, continuis itineribus, quinto die ad Hyrcanum campum descendit. Idem postea ob admixtos Macedonas, Hyrcani Macedones, uti ex Plinio, Tacitoque, vidimus, appellati.

ΤΡΚΑΝΙΙ. Caput turratum, apud Sponium, in Itiner. Athen. Lege ΤΡΚΑΝΗ, vel ΤΡΚΑΝΙΚ potius. Ex parte aversa, ΤΡΚΑΝΩΝ, cum Fortunæ vulgari effigie, dextra temonem, læva Copiæ cornu gerentis.

ΤΥΦΗΛΙΤΩΝ. Antonini Pii, e Thesauro Goltzii, pag. 236. Stephano: Τυφλῖς, καὶ μὲν Αἰγύπτου· Οἱ καρπῖται, Τυφλῖται. Horum enim potius nummum eum esse arbitramur, quam Hypsaltarum Thraciæ, de quibus Plinius, lib. iv. sect. xviii. quanquam & ipsi Græcis Τυφλῖται dicti.

Φ

ΦΑΙΣ & ΦΑΙΣΤΙΩΝ. Nummi Goltziani, in insulis Græciæ, Tab. viii. Plinio, lib. iv. sect. xx. *Phe-*
VVu ij

NUMMI ANTIQUI

Sum. Stephano: Φαρσός, πόλις Κρήτης ὁ πολίτης, Φαρσός. In his fere nummis Hercules hydram clava conficit: quod Herculem gentis suę Phæstii auctorem putarent: condita enim civitas a Phæsto, Rhopali filio, Herculis nepote. *'Επιθη*, inquit idem Stephanus, ὁ Φαρσός τοῦ Ροπάλου, Ήγειρέος πατέρος. Bos quoque adjectus, soli ubertatis index. Venerem quoque ii coluere, quam Σκοπός appellabant. Etymologici auctor, verbo Κυθέρεια. Τινὸς δὲ Κυθέρειαν νοοῖται πίνεις κρυφίποτος· διὸ καὶ Σκοπός. Αρχαδίτης δὲ Φαρσός εἰσὶν οἱ φασιν. Cytheream quidam dictam putant, quod amorem celet. Quare *Tenebrose Veneris Phæsti fanum esse aiunt*. Latonæ denique Phytiæ summa ibi religio fuit, teste Antonino Liberali, Metam. xvii.

Φ. in corona ederacea, apud Goltzium, loc. cit. Phæstios indicat.

ΦΑΛΑΙΣΙΕΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Φαλαστέων δὲ Νεωκόρων. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Stephanus: Φαλασία, πόλις Αρκαδίας.... τὸ ἔθυκόν, Φαλασίδες.

ΦΑΛΑΝΝΑΙΩΝ. In Cimelio Regio. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Phalanna*, in Magnesia. Stephano: Φαλαννα πόλις Περραΐας.... ὁ πολίτης, Φαλανναῖος.

ΦΑΛΩΡΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Neronis, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Stephanus: Φαλώρη, πόλις Θεσσαλίας τὸ ἔθυκόν, Φαλωρέως, καὶ Φαλωρίτης.

ΦΑΡΑΘΟΝΕΙΤΩΝ. Claudi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 225. Stephanus: Φαραθός, πόλις τῆς Γαλιλαίας.... τὸ ἔθυκόν, Φαραθονίτης.

ΦΑΡΒΑΙΘΙΤΩΝ. ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟC. Domitia ni nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. ubi mendose, ut remur, ΦΑΡΒΑΙΕΤΩΝ scribitur. Plinio, lib. v. sect. ix. *Pharbætites* nomos. Stephano: Φαρβαῖος, πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Φαρβαῖος.

ΦΑΡΣΑ. Nummus argenteus e Museo nostro: in altera parte Palladis caput, equi in altera. Plinius, lib. iv. sect. xv. *Pharsalici campi*, cum civitate libera.

ΦΑΣΗΛΙΤΩΝ. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii,

ILLUSTRATI.

525

pag. 225. Plinio, lib. v. sect. xxvi. *Phaselis*. Stephano: Φασηλίς, πόλις Παμφυλίας... ὁ πολίτης, Φασηλίτης.
ΦΕΡΑΙΩΝ. M. Aurelii nummus, e Thesauro Goltzii,
 pag. 225. Plinio, lib. iv. sect. xv. *Pheræ*. Stephano:
 Φέρει, πόλις Θεσαλίας... ὁ πολίτης Φερεῖθος.
ΦΘΕΝΟΤΩΝ. Vide ΠΡΟΣΩΠΙΤΩΝ.

ΦΘΙΩΤΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 226. In
 Græcia ejusdem, ΦΘΙΩΤΙΔΩΝ, cum Herculis
 stantis effigie, Tab. xxi. aut ejusdem clava, arcu,
 pharetra. Stephano: Φθία, πόλις ϗ μοῖρα Θεσαλίας ὁ
 πολίτης, Φθιώτης. Et Plinio, lib. iv. sect. xi. *Pthia*,
 oppidum: incolæ, *Pthiotæ*.

ΦΘΙΑΣ. Caput muliebre velatum, quo urbs a Stephano,
 Plinioque, proxime appellata, novo more, signa-
 tur: cum turrito capite indicari mos sit. Ex parte aversa
 ΠΥΡΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, cum fulmine. E Cimelio
 Regio, & apud Seguinum, pag. 51.

ΦΙΑΛΕΩΝ. Severi ac Getæ nummi, cum AEsculapii ico-
 ne, e Gaza Regia. Φιάλεια urbs Arcadiæ est, Ptole-
 mæo memorata, lib. iii. cap. xvi. In Nōtitia Ec-
 cles. Hieroclis, pag. 23. Provinciæ Helladis Achaïæ
 adscribitur, Φιάλαια pro Φιάλεια. Stephanum vide, ver-
 bo Φιγαλέα, πόλις Ἀργεδίας. Et Pausaniam in Arcadi-
 cis, seu lib. viii. pag. 269.

ΦΙΓΑΛΕΩΝ. Caii Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii,
 pag. 225. Stephanus: Φιγαλέα, πόλις Ἀργεδίας... πόλι-
 υκὸν, Φιγαλός, ϗ Φιγαλεῖτης. Vide Pausaniam in Eliac.
 prior. pag. 151.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ *Zydæ.*

ΖΕΥΣ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΑΙ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ.
 Nummus Augusti e Cimelio Regio, quo Philadelphen-
 norum cum Laodicensibus concordia indicatur. Supra
 in Laodicensibus Cariæ, ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΔΗΘΗΣ
 ΛΑΟΔ. Plinio, lib. v. sect. xxx. *Philadelpheni*.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Hadriani e Cimelio Regio, cum
 effigie Diana Ephesiae.

ΕΠΙ. ΕΥΓΕΝΕΤΟΥ. Α. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Ἔπι
 Εὐγένετου, ἀρδτα φιλαδελφίων. *Sub Eugenete, prima Phi-*
V V u iij

ladelphenorum certamina. Vel forsan, Ἐγένετον οὐδέτον, Sub Eugenete primum, Prætore scilicet. Vel Ἐγένετον denique, quod magis arridet. Commodi nummus ex eodem Cimelio, cum Dianæ venatricis iconē. Est & M. Aurelii similis, cum templi effigie, cujus in medio Apollo stat.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ certamina quæ fuerint olim appellata, cum ab hac civitate nomen haud illa traxerint, non est hujus loci disputare. Præstitum id a nobis abunde, verbo ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.

ΦΛΑΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. E Cimelio nostro, cum Dianæ venatricis effigie. Ex parte altera ΔΗΜΟC, habitu virili. Sunt qui hunc nummum Philadelphiæ Syriæ adjudicent, ob Flaviæ utique cognomen. Nos aliis ducti argumentis Lydiæ adscribimus. Vide ΙΟΥΛΙΕΩΝ.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΚΑΙ. ΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Vide ΙΟΥΛΙΕΩΝ

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ Syriæ.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΟΙΛΗΣ. ΣΥΡΙΑ. Φιλαδελφέων Κοίλης Συρίας. *Philadelphium Cæles Syriæ.* Hadriani numimus, apud Patinum, pag. 200. nunc Cimelii Regio. Plinio in Decapolitana Syriæ regione, lib. v. sect. xvii. *Philadelphia.*

ΤΥΧΗ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Κ. ΤΥΧΗ Φιλαδελφέων Κίλη Συρίας. Φορτuna. Philadelphium Cæles Syriæ. Hadriani, ex eadem Gaza, cum turrito capite: alter cum Bacchi capite, quod & alteri nummo insculptum, quem M. Aurelii principatu cufum, in Cimelio Regio vidimus.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ Κ. ΣΥΡ. M. Aurelii.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. L. ΓΜΡ. Λυχελάρτος ρυγ'. Anno CXLIII. ex quo nimurum Syria a Pompeio redacta in Provinciam est, anno Urbis Romæ DCCLXXX. quo Cicero gessit Consulatum, ut diximus in nummis Gazzensium. Quare hunc Domitiani nummum e Cimelio Regio, ex annorum nota, ad Philadelphiam Syriæ referri liquet oportere: signarique eo annum Domi-

tiani primum, Urbis Romæ D C C C X X X I I I.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ in Arabia.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. In Gaza Regia, nummus Philippi Patris. Hujus Philippopolis mentio in Conc. Calched. Conditam a Philippo Arabe Imp. Aurelius Victor testatur. Non eadem hæc porro est cum ea, quæ *Colonia Bostra* appellata est, ut suo loco monuimus, verbo BOSTRA: aliter frustra sentiente Mediobarbo, pag. 327. Caruit autem hæc Arabica Philippopolis Metropoleos prærogativa, qua insignita Thracica est, tum in nummis, tum in Notitiis antiquis.

ΘΕΩ. ΜΑΡΙΝΩ. Fuit is ab exercitu Illyriciano, videntibus Philippis, Imperator salutatus: mox ab iisdem militibus interemptus: a Philippo deinde Arabe relatus in Divos, ut cædis ejus a se invidiam amoliretur. Quos Latini *Divos & Divas*, hos Græci ΘΕΟΥC & ΘΕΑC vocant. Sic Augustus, apud Erizzo, ΘΕΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ, *Divus Divi F.* inscribitur. ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ, ΘΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ, &c. Ex parte altera: **ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΚΟΛΩΝΙΑC.** Errant qui ad Thraciæ Philippopolim pertinere hunc nummum putant: quem Philippi Imp. populares, ejus demerendi causa, in Arabia cudi jussérunt.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in Thracia.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Augusti nummus apud Occonem, pag. 71. quo in Cæsaris honorem edita a Philippopolitis certamina indicantur.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Antonini Pii, & Commodo nummi, e Museo nostro. Omnia Imperatorum numismata, usque ad Philippum Arabem, quibus inscriptum est **ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ**, ad hanc Philippopolim ea spectant.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. ΣΕΒ. Ἀντώνεινος Σεβαστός. Nummus Antonini Pii, apud Seguinum, pag. 150. nunc Cimelli Regii. Ex parte aversa, mulier monti insidet: quo situs urbis indicatur: in medio nummo, ρΟΔΟΠΗ.

In ambitu, ΗΓΕΜ. Μ. ΠΟΝΤ. ΣΑΒΕΙΝΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟ Ηγεμόνθι Μάργου Ποντίου Σαβείνου, φιλιπποπόλεως. Vel Πονταρδ, ut in Macrini nummo, e Cimelio Regio, ΥΠ. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus hic sub Rhodope monte fuisse id oppidum docet, quod & Plinius quoque admonuit, lib. i v. sect. xviii. *Oppidum sub Rhodope, Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis.*

ΗΓΕ. ΠΟΜ. ΟΥΟΠΕΙΣΚΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Praefide Pompeio Vopisco.* Et, ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΑΙ. ΑΝΤΙΚΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Praefide Gargilio Antico:* uterque nummus e Regia Gaza, Antonino Pio Imp. cusus, cum vulgari fluvii iconē: unde & amni appositum intelligas oppidum fuisse. Hic postremus ab Occone sic fœde exprimitur, pag. 267. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΗΓΙΑΓΓΙΑΙΑΝΤΙΚΟΥ. Pag. 269. ΗΓΓΕΙΑΡΙΤΑΙΑΝΤΙΚΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. Et pag. 270. ΗΓΕΙΑΡΓΙΑΙΑΝΤΙΚΟΥ &c. Gargilius Anticus & in nummis Pautaliotarum occurrit, hoc ipso terrarum tractu.

ΗΓΕΜ. ΑΙ. ΣΕΡΟΥ. ΡΥΑΛΙΑΝΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus in Cimelio Regio, in quo Victoria bijugo curru vehitur. Ηγεμόνθι Αἰλίου Σεργυΐλιου Ρύλλιανου. Φιλιπποπόλεων. *Praefide Aelio Servilio Rulliano. Philippopolitarum.* Nisi forte legi satius, ΣΕΡΟΥ ΕΙΛΙΑΝΟΥ, *Serviliano.* Fuit enim vir clarissimus Servilianus Gellii temporibus, ut ipse prodit lib. i. cap. ii. Gellius ipse, Trajani Hadrianique principatu. In nummis Ηγεμών etiam appellatur vir Consularis, qui provinciae præterat. Notitia antiqua, pag. 21. Ἐπαρχία Θράκης Κονσιλιαριον. Φιλιπποπόλις &c. *Provincia Thraciae sub Consulari: Philippopolis, &c.* Et in Syria Praeses, teste Luca, ηγεμὼν vocabatur: Ηγεμονέοντος δὲ Συρίας Κυρλίου, quod vulgatus interpres reddidit, *Praefide Syriae Cyrino.* Legatos Cæsaris qui in provincias mittebantur, civilia simul & militaria restringi, Græci fere ηγεμόνες vocant, inquit Strabo, sub finem

finem libri xvii. pag. 840. hoc est, Rectores, seu
Præsides. Vide & Dionem Chrysost. aliosque.

ΜΗΤΡ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΩΣ. & ΜΗΤΡΟΠ.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummi, e Cimelio Regio. In altero uva depicta, quæ vini in eo tractu ubertatis symbolum: in altero vir cum hasta & patera stat.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΩΣ. ΝΕΩ-

ΚΟΡΩΝ Et, **ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩ-**

ΚΟΡΩΝ. In Caracallæ & Elagabali nummis, ex eodem Cimelio.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ.

Et, **ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. ΦΙ** (hoc est, **Φλιππόπολις**) **ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ.** Rursum: **ΚΟΙΝΟΝ.**

ΘΡΑΚΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΕΝ. ΦΙΛΙΠ-

ΠΠΟΠΟΛΙ. qui numimi ludos ibi in gratiam Caracallæ, (nam is alter haberi Alexander voluit, dum Thraciam Macedoniamque lustraret, ut historici referunt,) a Communi Thraciæ exhibitos indicant: non urbem in Thracia, quæ fuerit Alexandria dicta, ut visum Ortelio.

Ad similitudinem fortassis ejus certaminis, quod a communi Ionum prope Clazomenas, in honorem **Alexandri M.** edebatur, dicebaturque Ἀλεξανδρεία, ita referente Strabone, lib. xiv. pag. 644.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. Spica cum papavere. Apud Goltzium in Græcia, Tab. xxv. In priore parte, caput Philippi Macedonum Regis.

ΦΙΛΟΜΗΛΕΩΝ. Nummus Alexandri Severi. Plinio, lib. v. test. xxv. *Philomelienes.* In Notitia antiqua Eccles. inter Episcopos Provinciæ Pisidiæ, pag. 19. censetur ὁ Φιλομηλίου. Et pag. 29. Φιλομηλίου. Et in Actis Concilii Calched. *Paulus Philomelienis* nominatur inter Episcopos Pisidiæ. Stephano: Φιλομηλίου, πόλις ἡ μεγάλης Φρυγίας... τὸ ἔθνος, Φιλομηλός. Vide **ΜΑΝ-**

ΔΡΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΦΙΛΟΜΗ. Ejusdem Alexandri, in Cimelio Lamoniano.

ΦΙΛΟΜΗΛΑ. Getæ.

ΦΙΑΩΤΕΡΙΩΝ. Nummus Hadriani, e Thesauro Gelt.

zii, pag. 226. Stephanus duas ejusdem nominis urbes agnoscit: alteram Aegyptiam, cuius meminit pariter Plinius, lib. vi. sect. xxixii. alteram in Coele Syria, cuius gentile nomen Φιλωπέτης fuerit, cum Aegyptiacæ Φιλωπεῖτης foret. Φιλωπέτης... καίλης Συέλας τὸ ἔθνικὸν, Φιλωπέτης. Tūs δὲ Αἰγυπτίας, Φιλωπεῖτης.

ΦΙΝΕΙΕΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 226.

Stephanus: Φίνειον, τόπος τοῦ Πόντου, κτίσμα Φίνεώς τοῦ ἔθνικον, Φινεύδης, ὡς Σίγειον Σιγειδής. Unde suspicamur in Asia fuisse hunc locum ad Bosphori fauces, contra Phinopolim, quæ in Europa, juxta Bosphorum, ut Plinius ait, lib. iv. sect. xviii.

ΦΙΝΤΙΑ, in nummis Parutæ. Quanquam id esse regis nomen Paruta censem, quoniam in nummis ΒΑΣΙΛΕΟΣ, in eadem nummi facie cum ΦΙΝΤΙΑ legitur: vix assentimur tamen: eum in Sicilia Φινπάδης oppidum Diodorus agnoscat, in Eclog. pag. 88o.

ΦΛΑΟΥΤΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. M. Aurelii, apud Patin. pag. 246. Commodi, & Pescenniae Plautianæ nummi. In hoc postremo Herculis effigies est, apud Tristanum, tom. ii. pag. 52.

ΚΡΗΤΙΕΩΝ. ΦΛΑΟΥΤΙ. Severi nummus e Museo nostro, in quo Ceres insculpta, bigis draconum inventa. A. K. A. CEP. CΕΥΗΡΟC. Imp. Cæsar Lucius Septimius Severus.

ΚΡΗΤΙΕΩΝ. ΦΛΑΟΥΤΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Iuliæ Domnæ nummi, Getæque. Flaviopolis Bithyniæ oppidum, & Κρήτεια Dorica dialecto, Ptolemæo teste, nuncupata est: ut in eodem tractu Καλχαδίοι, pro Χαλχιδίοι. Notitia Eccles. antiqua, inter Episcopos Provinciæ Honoriadis appellatae, pag. 15. δ Κρήτιας. Et in quibusdam nummis, ΚΡΑΤΙΕΩΝ vidimus. In Conc. Calched. act. i. pag. 85. Γενέθλιος ἐπίσκοπος Κρήτιας. Et in Sardicensi, pag. 711. Philotas Episcopus a Cratia. In Severi nummo, apud Tristanum, tom. ii. pag. 93. Ceres accensas faces gestat utraque manu, & draconum biga vehitur. Sed nummum ille ad Cretenses refert. In Caracallæ, e Gaza Regia Pallas armata stat.

ΚΡΗΤΙΑ. ΦΛΑΟΤΙΟΠΟΛΙΣ. Nummus Juliae Domnæ.

PHOENICE. Antonini Pii nummus e Gaza Regia, & Caracallæ, cum palmae icone. De Phœnice Syriæ parte, Plinius, lib. v. sect. xvii.

ΦΟΙΝΕΙΚΑΙΩΝ. Nummus Trajani, allatus a Patino, pag. 187. quem spectare nos arbitramur ad Epri oppidum Φοινίκην, de quo Polybius, Ptolemæus, Livius, & Notitia Eccles. pag. 25. Hanc Justinianus Augustus instauravit, teste Procopio, lib. i. v. de ædif. cap. i.

ΦΡΙΞΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Stephanus: Φειξός, πόλις Λυκίας... τὸ ἔθνος, Φειξίθ. Sunt & Phrixæ juxta Alpheum amnem in Pisæorum finibus: sed non hujus loci.

ΦΡΥΓΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. *Phrygiorum Commune.* Caii Cæfaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Plinio, lib. v. sect. XL I. *Phrygia.* Stephano: Φρυγία... τὸ ἔθνος, Φρύξ, καὶ Φρύγιθ. Communia sacra totius Provinciae, communesque ludos a Phrygiæ communi editos, hic nummus declarat: & sacra quidem in communi totius gentis fano. Commune autem fanum appello, quod vel communi sumptu ob id exstructum, vel gentis totius consensu deleatum. Sic enim in Synnadeni civitate, cuius superius numinum vidimus, cum epigraphè, ΔΩΡΙΕΩΝ, ΙΩΝΩΝ, hæc utraque gens fanum commune habuit: In Ægypto Græcæ civitates gentis tergeminæ, Ionum, Dorum, Æolumique, fanum habuere commune. Testis Herodotus, in Euterpe, seu lib. 11. pag. 159. Τὸ μὲν μέγιστον αἱ τέων τέμενος, καὶ οὐνομαζότατον εὸν καὶ χειρομάτατον, καλέσθιμον δὲ Ελλήνες, αἵδε πόλιες εἰσὶ αἱ ιδρυαὶ διάφερον, Ιάναι μὲν, Χίος, καὶ Τέας, καὶ Φώκαια, καὶ Κλαζόμεναι. Δαειτῶν δὲ, Ρόδος, καὶ Κύδος, καὶ Αλικαρνασσός, οὐ Φεοπόλις. Αιολέων δὲ, ή Μυτιληναῖων μοιόν. Τουτέων μέν δὲ τὸ τέμενος τοδέ. Et maximum quidem eorum fanum ac celeberrimum Græcum vocata: civitates autem quæ COMMVNTER illud exstruxerunt, sunt, Ionum quidem, Chius, Teos, Phocæa, Clazomenæ: Dorum autem, Rhodus, Cnidus, Hæ-

licarnassus, Phaselis: Aeolum vero, una Mytilene. Harum civitatum hoc fanum est. Aevo porro posteriore (ut id obiter dicamus) Phrygia bifariam disperita: alia Capatiana dicta est, alia Salutaris, utraque sub Consulari: alterius Synnada, Laodicea alterius caput, in Notitia Eccles. pag. 17. 27. & 29. Ἐπαρχία Φρυγίας Καπαπονῆς, Κωνσταντίου. Sunt qui Παχηπονῆς legi malint. Ἐπαρχία Φρυγίας Σελουταῖας, Κωνσταντίου. Et hoc quidem postremum nomen, cum Christianorum Principum ætate usurpari cœptum sit, haud assentiar ei sane, si quis exstiterit, qui id ei regioni nomen factum a cultu Cybeles Matris Detum velit, cuius Numen in eo tractu summa religione habitum fuisse olim tralatitium est: quod ea in nummo Faustinæ e Regia Gaza inscribitur, MATRI DEVVM SALVATARI, sedente ipsa Cybele inter geminos leones. Et apud Gruterum, pag. LXXXIII. 15. ISIDIS. SALVTARIS: alibique, IOVI SALVTARI. Sed nobis istud, inquam, commentum cum eo nomine haud placet, tum quod in Notitia Imperii id aliis quoque Provinciis nomen vidimus attributum, Macedoniae Salutari, Galatiæ Salutari, Syriæ Salutari, Palæstinæ Salutari.

KOINON ΦΡΥΓΙΑΣ. ΕΠΙ. ΜΑΡΙΟΥ. ΚΟΡΔΟΥ.

ΑΠΑΜΕΙΣ. Aquila. *Commune Phrygiæ. Sub Mario Cordo, sacrorum Ludorumque Præside. Apamenses.* E Phrygiæ videlicet oppido, quo de suo loco egimus: Neronis & Agrippinæ nummus, e Patino in Sueton. pag. 292. **ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.**

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

ADVENTVI. AVG. PHRYGIAE. & RESTITVTORI. PHRYGIAE. Hadriani, e Cimelio Regio. Phrygiam pileatam, ac Phrygio more vestitam, & ramum læva gerentem, supplicis ritu, Cæsar dextra sublevat.

ΦΩΚΑΕΩΝ. Sabinæ, & M. Aurelii nummi. Plinio, lib. v. sect. xxxi. *Finis Ioniæ Phocæa. Stephano: Φάκηα, πόλις Ἰωνίας.... ὁ πολίτης, Φωκεύς, καὶ Φωκύδης, τὸ Φωκύτης.* Nunc Foggia vecchia.

СТРА. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. АСКЛН. ТО. В. ΦΩΚΑΙ.

Commodi nummus, apud Patinum, pag. 263. nunc
Cimelii Regii. *Prætore Heracleide Asclepiadis F. iterum,*
Phocæensium. Ex quo alterum, quem Patinus vitiatum
affert, pag. 5. **СТРА. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. АСКЛН. ΦΩ.**
nunc pariter regie Gazæ, ubi conspectus a nobis
est, sic emendabis, **СТРА. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. АСКЛН. ΦΩ.**
In eo nummo Cybele cum leonibus insculpta, &
turrita muliere altera, quæ urbem ipsam designat.

ΦΩΚΑΙΕΩΝ Juliae Domnæ.

ЕΠΙ С. М. ΑΥΡ. ΘΕΟΔΟΣΙΑΝΟΥ. ТО. В. ΦΩΚΑΙΕΩΝ.
'Επὶ φρατηρὸς Μέρου' Αυρηλίου Θεοδοσίου
τὸ δίς, Φωκαγέων. *Sub Prætore M. Aurelio Theodosiano*
iterum, *Phocæensium.* Nummus Alexandri Severi e Ga-
za Regia: in quo lupus piscem vorat.

ЕПІ СТР. ΑΥΡ. ΕΥΤΥΧΟΥ. ТО. В. ΦΩΚΑΙΕΩΝ.
Sub Prætore Aurelio Eutyches iterum. Fluvii Hermi de-
cumbentis effigies. Apud Sponium, loc. cit. Occurrit
jam supra Aurelius Eutyches in nummis **ΑΙΓΑΕΩΝ**
Æolidis, sub Alexandro Severo. Fuit autem Phocæa,
ut dictum est, in Ioniæ **Æolidisque** confinio.

ЕПІ СТРА. ΑΥΡ. ΑΦΦΙΑΝΟΥ. ΦΩΚΑΙΕΩΝ.
Sub Prætore Aurelio Apphiano. Phocæensium. Maximini Thracis, apud Tristananum, tom. II. pag. 446. Vi-
dimus & Mamææ alterum, eodem Prætore. Meminit
Eusebius, lib. de Martyribus Palæstinæ, cap. I v. pag.
322. meminit 'Απφιανὸς Μάρτυρες, sub Maximino Ga-
lerio Cæsare. Et in sacris codicibus, ad Philem. I I.
'Απφία τῇ ἀγαπητῇ, ubi vulgatus interpres, *Appia so-*
rori carissimæ reddidit. Vide **ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ.**

**ΦΩΚΑ. ЕПІ СТР. СКРЕБОНIANOУ. Sub Præ-
tore Scriboniano.** Philippi Patris, apud Patinum, pag.
383. Caput turritum, cum Cybele Deum Matre.

ЕПІ СТ. КЛА. СКРЕБΩНИANOУ. ΦΩΚΑΙΕΩΝ.
Sub Prætore Claudio Scriboniano. Lupus piscem vorat,
in nummo Philippi patris. Quæ quidem pictura, ut vi-
detur, uberem in ora Ioniæ, ubi Phocæa fuit, captu-
ram piscium fuisse significat, quam cum lupis, cani.

busve, pescantes communicarent. Affine illud est quod Plinius afferit, lib. x. sect. x. *Simile quiddam lupi ad Maotin paludem faciunt. Nam nisi partem a pescantibus suam accepere, expansa eorum retia lacerant.* Quod ille quidem hausit ab Aristotele, lib. ix. hist. anim. pag. 1081. aliique pariter prodidere: ÄlianuS, lib. vii. hist. anim. cap. I x v. Stephanus, verbo Κούπη, &c. Sponius in Itin. Athen. discerpi vitulum marinum, quem Græci Φάριν vocant, a cane putat: indeque nomen effictum urbi. Sed tam est pescis in eo nummo insculptus vitulo marino, quam est ovis ovo, similis.

ΦΩΚΕΑ. Caput turitum. Ex superficie nummi altera, **ΦΩΚΑΙΕΩΝ**, cum navicula, ac pileolis duobus stellisque Castorum indicibus: qualis est Sabinæ nummus, in Gaza Regia: quibus argumentis deductæ maria Phocæensibus coloniæ forte indicantur, ut *Massilia Græcorum Phocæensem*, apud Plinium, lib. i i i. sect. v. Vedit priorem ex his nummum Sponius, in Itiner. Athen.

ΦΩΚ. & ΦΩΚΙΔ. apud Goltzium. Plinio, lib. iv. sect. i v. *Phocis.* In eo nummo tripus Apollinis, & laurus Phœbo sacra, & Jovi Aquila. Fuit nempe in Phocide oraculum Apollinis Delphicum.

X

ΧΑΔΙΣΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Chadisiorum civitatis sacre & liberae.* Titi nummus e Thesauro Goltzii. Plinio, lib. vi. sect. i i i. *Chadisia*, in Cappadocia. Stephano: Χαδίσια, πόλις Λευκοσύρων... εἰ πολῖται, Χαδίσιοι. Sunt autem Leucosyri Cappadociæ. Plinius, loc. cit. *Cappadox amnis*, a quo nomen traxere, antea *Leucosyri* dicti.

ΚΑΛΚΙΔΕΩΝ.

ΦΛΑΛΚΙΔΕΩΝ. in laurea corona. Nummi Trajanii apud Platinum, pag. 184. & Hadriani, pag. 202. nunc Cimelii Regii uterque: ut & aliis Faustiniæ junioris, *Φλαλκιδέων Χαλκιδέων.* Plinius, lib. iv. sect. xxii.

Chalcis. Stephanus: Χαλκίς, πόλις Εὐβοίας . . . ὁ πολίτης Χαλκιδεύς. Fallit nos Stephanus, nisi ad Euboicam Chalcidem hi nummi spectant: monet is enim hoc ipso loco a Chalcide Syriae gentile nomen derivari Χαλκιδηνός. Unde & regio Chalcidene Plinio, lib. v. sect. xix. Sed errorem Stephani subodorati jam antea sumus in nummis BEPOIAIΩΝ: augetque suspicionem vehementer cognomen Flaviae huic Chalcidenium civitati inditum, ut & aliis hoc terrarum situ, Samosatis, aliisque Asiae Africæque oppidis: idemque, ut in Samosatenorum nummo, aliisque hujuscet tractus, laurea corona circumdata.

EΠΙCΩΤΕΙΡΟΥ. ΦΛΑΒΙΑΣ. Trajani, e Cimelio Regio. Radiata figura stans palmam tenet. *Sub Sotiro*, vel *Sotere* Prætore.

ΧΑΛΚΙΣ. Apud Lazium, lib. ii. Rerum Græcar. pag. 101. ad Euboicam haud dubie Chalcidem spectat.

ΧΑΟΝΙΑΣ, &

ΧΑΟΝΙΤΩΝ, Goltziani in Græcia nummi, Tabula 111. Plinio, lib. i v. sect. i. *Chaones*, in Epiro primi, a quibus *Chaonia*. Stephano: Χαονία . . . Χαονίται. In hisce nummis aut clava Herculis insculpta, aut Hercules ipse ebrius, vinum ex urceo fundens, leoninis insidens exuvii, jacente humi edera. Macrobius, lib. v. Saturn. cap. xxii. *Herculem vero fictores veteres non sine causa cum poculo fecerunt, & interdum quassabundum & ebrium: non solum quod is heros bibax fuisse perhibetur: sed etiam quod antiqua historia est, Herculem poculo, tanquam navigio, ventis immensa maria transmisisse.*

ΧΕΛΙΔΟΝΕΑΙΩΝ. Goltzianus e vetere Græcia nummus, Tab. xxiv. in quo trophyum, & prora navis, victoriæ alicuius navalis argumentum. Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Chelidonæ insulæ, in Lycio mari.*

ΧΕΛΩΝΗ. Nummus e Gaza Regia, in quo testudo sculpta, quæ Græcis Χελώνη. Oppidi nomen id fuit, juxta promontorium, quod *Chelonates* a Plinio appellatur, lib. iv. sect. vi. nunc *Capo di Chiarenza*, in Peloponneso.

X E P P O. & **X E P P O N H Σ I Ω N**, in Goltzii nummis,
Tab. xxvi. Plinio, lib. v. sect. xviii. *Cherronesus*,
Thraciae videlicet. Stephano: Χερόνησος.... cives Χερόνησιοι. In iis nummis insculptæ leonis exuviae, vel caput exserta lingua, ingentique rictu ore hiante: ut is, credo, leo intelligatur, quem Lysimachus, cui Cherronesus Thracica paruit, interemit. Plinius, lib. viii.
sect. xxi. de leonibus: *Videlicet omnis vis constat in oculis: quo minus mirum sit, a Lysimacho Alexandri jussu simul inclusi strangulatum leonem.* Vide Plutarchum in Demetrio, Pausaniam in Atticis, pag. 15. Senecam, lib. 111. de ira, cap. xvii. & lib. i. de Clem. cap. xxv. Justinum; lib. xv. cap. 111. aliosque.

X I Ω N. E Museo nostro nummus, cuius in parte aversa Homerus sedens, librūmque lectitans, cum epigraphe ΟΜΗΡΟC. Julius Pollux, lib. ix. cap. vi. Χῖοι Οὐκέται τῷ νομίσματι ἐνεχθεῖστοι. Chii Homerum monetæ suæ insculperunt. Plinio, lib. v. sect. xxxviii. Chios libera &c. Notum illud Tullii, orat. pro Archia: *Homerum Colophonii esse dicunt suum: Chii suum vendicant,* &c. Nunc quoque l' Isle de Scio.

X I Ω N. ACCAPIA. ΤΡΙΑ. ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΠΡΑΣΙΝΟΥ. ΔΙC. Επὶ σχερέως Περσίου δισ. Sic enim legi malim, quam d'ρχυτος. Sic in nummo Antonini Pii, ΑΡΧΙΕ. ΓΙ. ΠΟΛΕΩΝ, verbo ΡΟΔΙΩΝ. Fuere enim civitates tredecim, quibus Ionum commune constabat, allatae a Strabone, sub initium libri xiv. pag. 633. Ephesus, Miletus, Myüs, Lebedos, Colophon, Priene, Teos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Samos, Simyrna, & Chios denique, cuius hic nummus est, in quo explanando sumus.

X I Ω N. HMICY. ACCAPION. *Chiorum dimidium assarium.* Quid porro Assarion sit, disce ex Du-Cangio, in dissert. de posterioris ævi Numism. pag. 61.

X I Ω N. ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΆΥΡ. ΧΡΥΣΟΓΟΝΟΥ. ΟΔΕΙΤΟΥ. **X I Ω N.** Sub Pontifice Aurelio Chrysogono Viatore Chiorum. Hercules stans, in Museo nostro. Viatorum officium quodnam fuerit, aut quæ dignitas, ex inscriptionibus

inscriptionibus Gruteri intelliges, quas consule.

X I Ω N. Sphinx amphoram diotam tenet: vel ipsa per se stat amphora: vel uva ante Sphingem pendet: apud Goltzium, in insulis Græciae, Tab. x v. & x vi. quæ sunt vini feracitatis ac bonitatis in eo agro symbola: cui vino hodieque summa commendatio est. Plinius, lib. x i v. sect. ix. *In summa gloria fuere Thasium Chiumque vinum: ex Chio quod Arvisium vocant.* Maro, Eclog. v.

Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.

Athenæus, lib. i. pag. 32. Χαεύτερος δ' ἔστιν ὁ Χῖος δίυος· καὶ τὸ Χίου ὁ καλούμενός Θεοῦ Αειωνίσθι. Sphingem autem idcirco putamus insculptam, ut ejus ænigmatis perplexitas designetur, quod Homero, quem Chii suum esse volebant, sub vitæ excessum a pueris piscatoribus propositum narrat Herodotus, libro de vita Homeri, pag. 572. Vide ΓΕΡΓΙΘΕΩΝ.

X I Ω N. Apollo radiatus, & Juppiter, Herculesve, aut Neptunus, vel Aesculapius potius cum baculo: ara inter utrumque Deum posita: id quod Deos esse illos præsides custodesque insulæ argumento est. Apud Goltzium, loc. cit. Fuisse certe ibi Ποσειδῶν, locum Neptuneum sacrum, fanumque Apollinis, & aquas calidas, ἐφ' Ἀπόλλωνθερμαὶ ὕδατα, auctor est Strabo, lib. x i i i. pag. 645.

X I Ω N. ΠΑΤ....ΟC. ΑΝΕΘΗΚΕ. Faustinæ junioris nummus e Cimelio Regio: *Chioram.* R..... (forte *Prasinus*, ut supra) posuit. Vulgo hunc nummum legunt imperite ΠΑΤΧΙΩΝΟC. ΑΝΕΘΗΚΕ, cum sit pars ejus vocabuli media, X I Ω N., a ceteris divellenda. In hoc porro nummo Gryphus rotam tenet. Gryphes autem, ut alibi diximus, Apollini dantur. Et sunt Hadriani, aliorumque Principum, nummi pluri-mi, in quibus Sphinges simili habitu insculpti: quos, quantumvis nullam ii loci notam præ se ferant, ad Chios referri oportere, haud temere vel hinc suspi-camur.

ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΚΟΘΥΑΠΡΕΙΜΟΥ. XIΩΝ. Sub Pon.
Y Y γ

tifice Kothyaprimo, (nisi error est) Chiorum. Ex parte altera, Sphinx. E Gaza Regia.

XΡΥΣΑΟΡΕΩΝ. ΙΕΡΑ. ΣΤΝΚΛΗΤΟΣ. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 212. & apud Occonem, pag. 95. Stephano: 'Ιδριας, πόλις της Καειας, η περιφερειας Χρυσωεις.

ΧΡΥΣΟΡΟΑΣ. Vide ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ *Phrygiae.*

ΧΥΑΙΝΑΙΩΝ. Apud Goltzium in Asio. Situs adhuc ignoti oppidum. Quid si ΑΛΙΝΔΕΩΝ legi ibi oporteat? Viderint ii quorum in manus nummus ille venerit.

ΧΩΛΟΤΕΙΧΙΤΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 212. Stephanus: Χωλὸν τεῖχος, πόλις Καειας τὸ θυνικὸν Χωλοτειχίτης. Malim legi Χωλῶν τεῖχος. *Claudorum Mænia.*

Ψ

ΥΑΜΜΑΘΟΝΤΙΩΝ. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 228. Plinio, lib. i v. sect. viii. Oppidum *Psammatithus.* Stephano: Ψαμμαθός, πόλις Λακανίχη... τὸ θυνικὸν, Ψαμμαθουνθ, καὶ Ψαμμαθουσθ.

ΨΩΦΙΤΩΝ. Antonini Pii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 228 Non a Psophide Arcadiæ, de qua Plinius, lib. i v. sect. x. Est enim hujus gentile nomen, Ψωφίθ: sed ab altera Libyæ. Stephanus: "Ἐπι τῷ ἐπέργῳ Ψωφίς, πόλις Λιβύης ὁ πολίτης, Ψωφίτης.

Ω

ΛΕΝΙΩΝ Nummus Hadriani, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. i v. sect. vi. in Achaia, *Olenum* oppidum. Stephano: "Ωλενος, gentile Ωλένιος.

ΩΡΕΙΤΩΝ. B. ΝΕΩΚΟΡΩΝ Nervæ nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. i v. sect. xxii. *Orcos.* Stephano: 'Ωρεός, πόλις Ευζοίας.... τὸ θυνικὸν, Ωρείτης.

ΩΡΙΚΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. i i i. sect. xxvi. *Ori-* cum a Colchis conditum. Stephano: 'Ωρεός, πόλις της Ιωνίας κόλπων.... ὁ πολίτης, Ωρείτης.

ΩΦΘΙΤΩΝ. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Stephanus: 'Ωφθίς, πόλις Αἰγαίης, Αἰγαίης ωφθιτει- μόνη. ὁ πολίτης, Ωφθίτης.



DE RE MONETARIA VETERUM ROMANORUM.

E X

PLINII SECUNDI SENTENTIA.

CONNEXA sic est cum tractatione nummorum, rei monetariæ ratio, ut hæc pars si desit, orba lumine altero nostræ hæc lucubratio jure credatur: fin ad ea quæ exorsi sumus, ejus quoque partis fiat accessio, quod nunc quidem aggredimur, tum vero impossuisse operi fastigium merito videamur. Afferre porro lumen in re adeo obscura unus scriptorum pæne omnium PLINIUS SECUNDVS potest: quod non fusus modo is, & enucleatus quam reliqui: sed quod unus omnium dedita opera, ceteri obiter atque in transcursu sunt in eo argumento versati. Tot tamen ejus oratio visa est haec tenus involuta ambagiibus, ut quot verba, tot fuerint ferme scopuli, ad quæ summa ingenia cum haud mediocri famæ & eruditionis dispendio offendent. Num feliciore simus usi Minerva, quam priores, legentium arbitrii judicique esto: qui & hoc utique studiorum genere capiuntur, & excutiendæ huic nostrorum in Plinium Commentariorum particulæ suppeditare satis otii queunt. Præmitti id autem hoc loco operæ pretium est, arbitrari nos, cum sint nummi alii minimi moduli, alii mediocris, majoris alii, alii denique maximi, quos *Medaglioni* Itali vocant, ex tam multiplici forma ac mole, monetæ præbuuisse pecuniaeque usum, ex auro quidem argentoque quotquot in Cimeliis asservantur: sic ut pretii modum ex singulorum pondere, Plinianaque fere argentei festertii vel scrupuli aurei taxatione, æstimari oporteat: æreorum autem numismatum, ut est multi.

Y Y y . ij

formis moles, variumque pondus, æque adhuc esse pretium eorundem vel intelligentissimis quibusque monetariis incom- pertum. Neque vero necesse est eorum a me retractari sententias, qui sunt nuper in hoc argumento versati, quique certi aliquid de pretio monetæ veterum æreæ statuere ausi fuerunt. Quam sint ii aliena a vero locuti, unanimis est eruditorum, quorum manibus scripta ea teruntur, conspirans que consensio. Poni nihilominus unum id extra controversiam jure, ut credimus, postulamus, quod & summorum virorum auctoritas & ratio suadet, quantumvis sit de pre- tio æreæ monetæ haud proclive statuere, aut nullam utique apud veteres Romanos monetam fuisse, aut certe fuisse æneam hanc vel maxime, quæ Senatus consulto in gratiam Principum cusa stante imperio est: multoque eam magis, quæ Senatus auctoritate veluti capite deminuta, a Principibus deinde ipsis circa Diocletiani vel Constantini tem- pora cusa est, & in prioris illius vicem substituta: quæ & locum præfert Palatinæ monetæ, ubi signata est, Aquileiam, Treviros, aliasque civitates, in quibus Procuratores Mone- tae suæ Principes statuissent. Plinius certe lib. xxxiv. sect. 11. Marianum æs eo nomine commendat, quod *aurichalci bonitatem imitaretur in fæstertiis, dupondiariisque: Cyprio suo assibus contentis.* En asses ex ære Cyprio, dupondii fæster- tiique ex Mariano, Plinianis utique temporibus. At etiam & Augusti ævo, quo vixisse Petronium Arbitrum Satyrici auctorem, certo arguento evicimus, in Notis & Emenda- tionibus ad librum Plinii xiv. num. x. *Praeter unum dupon- dium, inquit, sicilicunque, quibus lupinos destinaveramus mercari, nihil ad manum erat.* Adde his Auctorem Anony- mum libri de rebus bellicis, in Notitia Imperii, pag. 168. *Refores superioris vita non otiosis opibus, sed condendis potius manibus letabantur, in quorum decorem universam auri argenteique materiam conferebant. Aeris quoque copiam in simulacris propriis ad virtutis sue testimonia figuraebant. Ut vero emendi & vendendi utilitas, & ut facultas regiae largitati suppette- ret, in aeris usum excultam politius terram & igne solidatam certis quoque expressionibus figuratam, aero argentoque repo- sto, usui habuerunt: sed posteriores fastidientes priscae utilitatis*

inventum, formatos e coris orbes auro modico signaverunt, quibus regum munificentia, & commutationum necessitas inter-
Etis collaboribus ueebatur. Sequentior vero ætas æris redundant-
te materia, diuturna ut prior monumenta meditata, æs vali-
dum ipso pondere pretiosius figuravit. Et mox: Æris autem ma-
teria, quæ jam præ copia vilior erat, ad dona militaria &
varia populorum commercia signabatur.

Jam si contemplemur, quod in hisce nummis cūdendis
sive Senatus sive Principum consilium fuerit, quid similius
veri, quam ad quotidianum pecuniae usum destinatos in
primis? quod ea expeditissima ratio foret, ad famam rerum
suarum longe lateque dissipandam: cum illatus per commer-
cia numimus, vel ad eos populos, qui Romanæ Urbis orna-
menta, statuas, arcus, columnas coram intueri non possent,
facta Principum egregia domi forisque, non hos modo,
sed & posteros, exiguo suo orbe edoceret. Quin & præ-
grande genus illud nummorum, quod *Medaglione* vocant,
ut diximus, sive congiarii vice populo distribueretur, sive
militibus ducibusque pro donativo, sive in theatro, circo-
ve, ac triumphalibus pompis spargeretur, expendi postea
publice pro ratione ponderis solitum putamus, vel ob id
solum, ut omittamus cetera, quod apud intentam unice rei
atque utilitati suæ multitudinem venisset demum haud du-
bie in contemptum Principis effigies, ni distrahi eam in com-
mercia fas fuisset. Sed de his plura nos alias: ad Plinium
veniamus.

PLINIVS, lib. xxxiii. scđt. xiiii.

Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signa-
vit: quod & ipsum latet auctore incerto. Populus Romanus ne
argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est.
Librales (unde nunc etiam libella dicitur, & dupondius) ap-
pendebantur asses. Quare æris gravis pœna dicta. Et adhuc
expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere.
Quin & militum stipendia, hoc est, stipis pondera, dispensato-
res, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus,
quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur. Servius rex
primus signavit æs. Antea rudi usos Romæ Timæus credidit.

Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. Maximus census c. x. m. assium fuit illo rege: & ideo hæc prima classis.

Argentum signatum est anno Urbis CCCCLXXXV. Q. Ogulnio, C. Fabio Coss. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarium pro decem libris æris, quinarium pro quinque, sestertium pro dupondio ac semisse. Librale autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis Res publica non sufficeret: constitutumque ut asses sextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri, dissolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis: in triente vero & quadrante, rates. Quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis. Postea Hannibale urgente Marcum, Q. Fabio Maximo Dictatore, asses unciales facti: placuitque denarium sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. Ita Res publica dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege Papiria semunciales asses facti. Livius Drusus in Tribunatu plebis octavam partem æris argento miscuit. Qui nunc Victoriae appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex Illyrico adiectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, & inde nomen.

Aureus nummus post annum LXII. percussus est, quam argenteus, ita ut scrapulum valeret sestertiis vicenis: quod effecit in libras, ratione sesteriorum qui tunc erant, sestertios DCCCC. Post hæc placuit x. XL. signari ex auri libris, paulatimque Principes imminuere pondus: minutissime Nero ad XLV.

N O T A E.

Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signavit.

Pessimum vitæ scelus fecit, ut Plinius ipse admonuit sect. i v. libri hujus, qui aurum primus induit digitis. Proximum ab eo scelus nunc fecisse arguitur, qui primus denarium ex auro signarit. Nummi enim ex auro denarii quoque appellati. Petronius, Satyr. pag. 106. Pro calculis albis ac nigris

aureos argenteosque habebat denarios. Et pag. 160. Non habemus Ædilem trium caunearum ... Plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. Iam scio acceperit denarios mille aureos. Didymus : Ταῦτα χλια σημέρπια ποιεῖ Διγχόσια πεντήκοντα διωδεκά δέκα τριῶν δέκα μίλλεις γεμμοὶ φασί. Mille sestertii efficiunt CCL. denarios argenteos, sive decem denarios aureos, quod mille nummos vocant. Plinius ipse denique lib. XXXIV. XVII. Lysippum ait solitum pro manipretio cujusque signi, quod ipse conflabat, seponere singulos denarios aureos. Et lib. XXXVIII. sect. IIII. sex denariis aureis. De nummi aurei pretio, dicemus ad calcem hujus concertationis.

Quod & ipsum latet auctore incerto.

Viri nomen latet, gentis tamen non omnino latet: nam aureum argenteumque nummum Lydos primum conflaguisse, auctor est Herodotus, lib. I. Clio, num. XCIV.

Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est.

Est autem devictus anno Urbis CCCCLXXXIX. ut diximus ad librum Plinii octavum, sect. VI.

Librales (unde nunc etiam libella dicitur, & dupondius) appendebantur asses.

Usque ad Pyrrhum devictum, inquit, imo & post illud tempus aliquanto, as fuit ex ære, librali pondere, sive duo-decim unciarum: atque adeo semissis, sex unciarum: quatuor, triens: quadrans, trium: sextans denique, cuius mentione hoc eodem Plinii libro, sect. XLVIII. omnino duarum: & erat pars assis sexta. Asses libriles appellat Volusius Mexicanus, pag. 881.

Vnde nunc etiam libella dicitur.

A librali assis pondere, inquit, hodieque ipse as, seu res integra quæcumque, quam assem nuncupamus, libella quoque ex eo tempore appellatur. Sic Tullius ad Atticum, lib. VII. epist. II. *Fecit palam te ex libella, me ex teruncio, he-*

redem scilicet: Hoc est, te omnium bonorum scripsit heredem, (nam libræ nomine significatur omnis hereditas: teruncii, pars quarta libræ, & bonorum:) me ex quarta parte, quam tu mihi deinde dares. Quin & nummulus quoque argenteus libellæ postea appellatione venit: non quod libram penderet, sed quod libræ æreæ pretio atque estimatione responderet. Varro, lib. i v. de ling. Lat. pag. 41. *Nummi denarii decuma libella, quod libram pondo as valebat, & erat ex argento parva.* Libellam argenti Plautus appellat, in Captiv. act. v. sc. i. v. 27. Meminit & sembellæ Varro, loc. cit. quæ libellæ dimidium foret: & teruncii pariter ex argento, quæ dimidiata semrella: sed non fuere ea diuturni usus. Nec de libella argentea Plinius hoc loco agit.

Et dupondius.

Ita MSS. non *dupondius*. Varro, loco cit. pag. 40. *Dupondius a duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur: id ideo quod as erat libræ pondus.* Sestertii ex ære Plinius hoc loco non meminit, quod non habeat is nomen a pondere, ut as libralis, & *dupondius*: sed a pretio. De *dupondio*, lib. xxxiv. sect. ii. Ante nos legebatur, & *dupondius appendebatur assis.* Cornutus, in Satyram Persii ii. Fuit autem *assis libralis, & dupondius duarum librarum, quod hodie (circa Neronis ætatem, aut Domitiani) in usu remansit: & solebat pensari potius, quam numerari: unde & dispensatores dicti.*

Quare æris gravis pœna dicta.

Livius, lib. v. *Denis millibus æris gravis nos condemnat.* Festus: *Pendere pœnas, solvere significat: eo quod ære gravum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvabant: unde etiam pensiones dictæ.* Significat autem Plinius æris gravis pœnam esse dictam, usque ad signatum ex argento nummum, atque adeo usque ad illud tempus, quo imminutum primo pondus æris: ut intelligas non rude modo, quale Numæ temporibus fuit: sed & signatum a Servio ceterisque deinceps, grave æs fuisse a pondere nuncupatum. Festus: *Grave æs dictum est a pondere: quia deni asses, singuli*

M O N E T A R I A.

545

*singuli pondo libræ , efficiebant denarium ab hoc ipso numero di-
ctum. Et alibi : Stipem (quam ad æs grave pertinere Plinius
hoc loco admonet) esse nummum signatum testimonio est , &c.*

*Et adhuc expensa in rationibus dicuntur : item impendia ,
& dependere.*

Hoc est , etiamnum durant moris hujuscē vestigia. Ita libri omnes , etiam MSS. Mutuatus hæc Plinius a Varrone , loc. cit. pag. 42. *Ab eodem ære impendendo , Dispensator : & in tabulis scribimus Expensum . . . Vsura , quod in sortem ac- cedebat , Impendum appellatum. Vide & Cassiodorumi , lib. vii. Var. epist. xxxii. cuius lemma est : Formula , qua mo- neta committitur.*

*Quin & militum stipendia , hoc est , stipis pondera ,
dispensatores , libripendes dicuntur.*

Stipendia innuit , quasi stipis pondera , esse appellata. Varro , lib. i v. de ling. Lat. pag. 42. *Stipendium a stipe di-
ctum est , quod æs quoque stipem dicebant. Nam quod asses li-
bræ pondo erant , qui acceperant majorem numerum , non in
arca ponebant , sed in aliqua cella stipabant , id est , compon-
ebant , quo minus loci occuparet : a stipando stipem dicere cœ-
perunt. E Regiis codicibus , quibus utimur , alterum secuti
sumus : cum prius hic insulſe legeretur : Quin & militum
stipendiorum , hoc est , stipis ponderandæ pensatores : &c. Nam
cui aliquando pensatores audit? At de dispensatoribus Fe-
stus : *Dispensatores dicti sunt , qui æs pensantes expendebant ,
non annumerabant. Hinc deducuntur expensa , sive dispensa-
ta , vel compensata : item compedium , dispendum , asspon-
dium , dupondium. Inscriptio vetus apud Reinesium , pag.
586. AVG. DISPENSATOR. A D. CENSVS. PRO-
VIN CIAE. LVGDVNENSIS. Augusti Dispensator ,
&c. Et a Varrone Plinius , ut diximus , dispensatores acce-
pit. Thesaurarios nostra ætas vocat. Libripendes autem Græ-
cis ζυροτατι sunt , ut in Glossis vox ea exponitur , quia ζυ-
ρωτας , hoc est , libra pendunt. Priscianus extremo libro
sesto , ex Caii primo Institutionum : *Qui libram æneam te-
neat , qui appellatur libripens.***

Qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur.

In omni solutione pecuniae, quæ quidem ritu Quiritium fieret, ac præsertim in mancipatione, adhibebatur libri-pens, qui æra penderet, cum quinque testibus: eaque formula retenta est, etiam re mutata, hoc est, etiam tum cum non appenderetur, sed numeraretur pecunia. Quam consuetudinem Boëtius in Topica Ciceronis, ex lib. i. Instit. Caii, de nexu faciendo, his verbis exposuit: *Is qui mancipio accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ære æneaque libra. Deinde ære percutit libram, indeque æs dat ei a quo mancipit, quasi pretii loco.* Hinc illud Horatii, epist. ad Julius Florum:

*Si proprium est quod quis libra mercatur, & ære,
Quædam, si credis consultis, mancipat usus.*

Apud Scholiasten Horatii est, *Libra & ære comparare.*

Servius Rex primus signavit æs.

Cassiodorus, lib. vii. Var. form. xxxii. Servius rex monetam in ære primum impressisse perhibetur. At Cornutus in Persium, Satyra ii. & Isidorus, lib. xvii. Orig. cap. xvii. a Saturno in Italia regnante fuisse signatum æs tradiderunt, nave, Janique capite: a Jano ipso Macrobius, lib. i. Saturn. cap. 7. Verum id posterius multo factum, nempe bello Punico primo, ex Plinio mox visuri sumus.

Antea rudi usos Romæ Timæus tradit.

Appellare auctorem solet, cum fidem obstringere propriam veretur. Est autem is *Timæus*, qui de metallica disciplina scripsit, ut Plinius ait ipse in Indice libri hujus xxxxii. Hoc loco Regius codex alter, *Temeos* habet. Chiffletianus, & Parmensis editio, *Timæus*, recte. Editi vero deinceps libri, *Remeus* inepte.

Signatum est nota pecudum: unde & pecunia appellata.

Signatum est bove, vel ove, vel sue. Bouū, n̄ w̄ḡlātōv,

*η̄ οὐν ἐπεχθέσθω τὸν νομοράτων τοῖς παλαιοτάτοις, inquit Plutarchus in Poplicola, pag. 103. & in Quæst. Rom. pag. 274. Varro, lib. 11. de re rust. cap. 1. Et quod *æs antiquissimum*, quod est *flatum*, *pecore est notatum*. Et lib. 1. de vita populi Rom. Aut *bovem*, aut *ovem*, aut *vervecem*, *habet signum*. Spectat huc quadantenus, quod ait Columella, in præf. libri vii. *Nomina pecuniaæ & peculii tracta videntur a pecore*, quod non solum veteres possederunt, sed apud quasdam gentes unum usurpatur *divitiarum genus*. Pecuniam idcirco fortassis pro æreo nummo veteres dixerunt. Lampridius in *Alexandro Severo*: *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit*. His adde ea quæ diximus, ad lib. xviii. Plinii, sect. 111.*

*Maximus census c. x. m. assium fuit illo rege:
& ideo hæc prima classis.*

Ut classes centuriæque ex censu descripsérunt Servius Tullius rex Romanorum, disce ex *Livio*, lib. 1. Is primæ classis censum ait fuisse centum millium æris. *Festus*, cxx. *Infra classem significatur*, inquit, *qui minore summa, quam centum & viginti millium æris censi sunt*. *Gellius*, lib. vii. cap. xi. ait fuisse centum & xxv. millium æris. Sunt autem æris sive assium centum ac decem millia, quadraginta quatuor *sestertia*: *monetæ nostræ Gallicæ, libræ (ut vocant) 4400.*

*Argentum signatum est anno Vrbis cccc lxxxv.
Q. Ogulnio, C. Fabio Coss.*

Geminum hoc loco mendum sanavimus: alterum, quem libri vulgati: alterum, quem conditivi quoque præferrent. Nam in editis, *Q. Fabio Coss.* legebatur, sine collegæ nomine: cum neque id ei prænomen fuerit, & in *Regio codice* altero ex iis quibus usi sumus, legatur, *Q. O. C. Fabio*, hoc est, ut edidimus, *Q. Ogulnio, C. Fabio*. Hujus certe Consulis hodieque nummus exstat, in Museo nostro, cuius *ectypum* Patinus exhibit, in gente *Fabia*, pag. 107. cum hac epigraphe ex *aversa parte*, *E X. A. P. V.* hoc est, *Ex Argento Puro*, seu potius *Publico*: ex *adversa* sunt *bigæ*,

cum ciconia, quod Fabiæ gentis insigne : subscriptumque nomen habet, C. FABI. C. F. Sed & annum refiximus, quo Consulatum ambo gessisse dicuntur, nempe CCCCLXXXV. cum centenario integro codices tum MSS. tum editi discrepant, in quibus legitur CCCCCCLXXXV. centenarii nota videlicet abundante. Eo certe anno quem edidimus, Consules fuisse Q. Ogulnium Gallum, & C. Fabium Pictorem, Fasti accuratiores tradunt: nec quintus ante Punicum bellum primum annus aliis esse potest ab eo quem diximus. Denique in Chiff. cod. si credimus Cl. Chiffletio, lib. de antiqu. num. cap. vii. pag. 55. diserte legitur, CCCCLXXXV.

Quinque annis ante bellum primum Punicum.

Sive, quod eodem ferme recidit, ut Livius ait in Epitome libri xv. *Viēlis Tarentinis . . . tunc primum populus Romanus argento uti cœpit.* Varro tamen apud Charis. lib. I. Annal. sic scripsit: *Nummum argenteum conflatum primum a Ser. Tullio dicunt.* Sed hac loquendi forma obscuros esse famæ illius auctores significat. Scio T. Minucii Augurini nummum proferri: sed ejus esse nego qui Consul fuit ante annos fere XL. quam cœptum fuit Punicum bellum. Cujus sit autem nummus ille, obscurum.

Et placuit denarium pro decem libris æris.

Subintellige, esse, vel permutari, ut infra. Sic enim MSS. Reg. 2. & alii: non *denarius*, vel *quinarius*, ut editi: quorum vel ex eo error detegitur, quod statim *sestertium* vel ipsi quoque legant. Porro denarius Romanus argenteus, Fabii primum, deinde & Augusti ævo, si cum moneta nostra probatissima ex argento componatur, legitima æstimatione valere dicendus est asses æreos omnino octonos: quinarius, quaternos: sestertius, binos. Scio ab erudito viro, in Mafstig. II. pag. 31. & Gassendo, in appendice ad tom. III. Philos. Epic. minoris æstimari: taxarique assibus tantum septenis, vix cum semisse: A Gronovio, lib. III. de sestertio, pag. 384. sex assibus Hollandicis, hoc est, e nostris, assibus septem, & asse dimidio integro: sed ad pondera monetarum & pretia haud attendisse satis ii videntur.

Quinarium, pro quinque.

Quinarii notam geminam in nummis vidimus, Q. & V. Pondus, granorum, ut vocant, quadragenām. Denarii nota X. Pondus autem, ut pretium, duplum.

Sestertium, pro dupondio ac semisse.

Hoc est, pro assibus binis cum dimidio asse. Varro, lib. IV. de ling. Lat. pag. 41. *In argento nummi Denarii, quod denos aeris valebant: Quinarii, quod quinos: Sestertius, quod semis tertius. Dupondius enim & semis, antiquus sestertius est.* Sestertium porro hoc Plinii loco intellige, qui sit in quarto casu, ut vocant, a recto *sestertius*: non a neutro, *sestertium*. Cum enim sestertia audis neutro genere efferri, singula scito mille nummis, sive (quod idem est) mille sestertiis aestimari: hoc est, monetæ Gallicæ, libris centum: ut ex Plutarcho intelligimus, in Fabio Maximo, pag. 176. & ex Plinio ipso hujus libri sect. VIII. equitum censum taxante sestertiis cccc. Et ut semel omnia dicamus, cum decies, vicies, quadragies, centiesve, audis, centena millia sestertiū masculini generis subintelligi scito oportere: hic enim Romanis loquendi mos. Sestertium unum argenteum, cum nota sestertii 115, Cimelium nostrum asservat.

Librale autem pondus aeris imminutum.

Ita Pintianus vidit in suo codice: nos in Regio, *librare*: editi, *librae*. Hoc est, assis, qui libralis pondo erat, pondus est imminutum: non ipsius libræ pondus, ut visum quibusdam alias eruditis. Priscianus ita locutus: *Denarius*, inquit, *decem librarum nummus*, hoc est, decem assium.

Bello Punico primo, cum impensis Respublica non sufficeret: constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur.

Egregie Festus hallucinatur, qui verbo *Sextantarii*, id accidisse bello secundo Punico asseverat. *Sextantarii*, inquit, *asses in usu esse cœperunt, ex eo tempore, quod propter bellum Punicum secundum decreverunt Patres, ut asses, qui tum erant librarii, fierent sextantarii, &c.* Cœptum porro bellum

Constitutumque, ut asse sextantario pondere ferirentur.

Hoc est, ut singuli essent sextantium pondere, hoc est, duarum unciarum : sic enim e libra una seni asse conflabantur, quorum singuli sexta pars prioris assis, seu libræ, foret. Festus, verbo *Grave æs* : *Bello Punico populus Rom. pressus ære alieno ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantumdem vulnerent.* Alciati commentum Plinii verba sic immutantis, ut *dextantario pondere*, & mox, *quinta parte facti lucri legat*, non codicum modo conspirans consensus, sed & allatum modo testimonium refellit.

Ita quinque partes factæ sunt lucri, dissolutumque æs alienum.

Interdicta vetere pecunia, ex ærario publico, quod in æde Saturni fuit, ut dicemus lib. xxxiv. sect. 1. asses cusi de novo, ita ut in singulas æris libras seni conflarentur: cum prius singuli integræ libræ pondo forent. Sic quinque asses in libras, sive quinque partes libræ Respublica lucri fecit. Nihil planius.

*Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus,
ex altera rostrum navis.*

In asse nimirum recens cuso, mutata priore nota illa, quam æri rex Servius impresserat: mutato æris pondere, & notæ mutatae. Vide Plutarch. in Qæst. Rom. pag. 274. Id jam inde a Saturni temporibus factum Cornutus in Persi locum cit. aliique perperam arbitrati sunt. *Saturno*, inquit, *in Italia regnante æs in usu fuit: Illud æs una parte capite Iani notatum erat: altera, nave, qua Saturnus fugiens ad Italiam vectus est. Bene autem in illo nummo geminum erat signum, & hospitalitatis Iani, & adventus Saturni, &c.* Huc vates respexit, lib. 1. Fastor. vers. 229.

*Multa quidem didici: sed cur navalis in ære
Altera signata est, altera forma biceps, &c.*

At bona posteritas puppim formavit in ære,

Hospitis adventum testificata Dei.

Venit hic in mentem mihi cuiusdam puerilis consuetudi-

nis, cuius Macrobius meminit, lib. I. Saturn. cap. vii. *Æs ita fuisse signatum, inquit, hodieque intelligitur in aleæ lusu;* cum pueri denarios in sublime jactantes, capita aut navim, lusu teste vetustatis, exclamant. Quod fere ludi genus a nostris quoque pueris frequentatum cernimus. In eo vero Macrobii loco, cave denarios pro argenteis nummis accipias: sed pro asse ex ære. Quin & moneta minutior ex ære, ut quæ apud Marcum, cap. xii. λεπτὰ δύο dicuntur: duo denarii, δύο δηνάρια Lucæ x. Ambrosio duo æra appellantur: apud nos, deux deniers.

In triente vero, & quadrante, rates.

Festus: *Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, & triente, ratis fuerit effigies: ut navis, in asse.* Triens est assis pars tertia, ut quadrans quarta. Varro, lib. iv. de ling. Lat.

Quadrans antea teruncius vocatus a tribus uncisi.

Prius triuncis, quæ vox nihili est, pro teruncius legebatur: quam vocem & MSS. codices exhibent, & Varro, loc. cit. a quo Plinius, ut dixi, hausit. *Teruncius, inquit, a tribus uncisi: semibella quod valet dimidium: & est quarta quars, sicut quadrans, assis.*

Postea Hannibale urgente Marcum, Q. Fabio Maximo Dictatore, asses unciales facti.

In Regio codice antea laudato, legitur, *Hannibale urgente marcumque Fabio:* cuius admonitu hanc vocem Marcum addidimus, quæ a libris omnibus impressis abest: etiam Minucium, si eruditæ faveant, libentius admissuri: gnari Marcum Minucium intelligi, Magistrum Equitum, quem Hannibal sane vehementer urgebat, dum Q. Fabius Maximus Dictator, qui & Cunctator dictus, Romæ ageret: anno Urbis fere DXXXVII. ut Livius prolixè narrat, lib. xxii. cap. xviii. & xxiv. Et hic alter interim Festi lapsus notandus, qui septennio tantum sextantarios asses in communi usu fuisse scribit: cum Punicum bellum alterum, quo confari unciales coëpti sunt, post annos amplius vicenos a

prioris fine sit subsecutum. Unciales autem asses dicti a pondere unciæ: & sic duodecim in singulas libras percussi.

Placuitque denarium sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis.

Sic & Vitruvius habet, iib. 111. cap. 1. Volusius Mæcianus, pag. 877. *Denarius primo asses decem valebat, unde & nomen traxit: Quinarius, dimidium ejus, id est, quinque asses: unde & ipse vocatur. Sestertius, duos asses & semissim, quasi semis tertius..... Nunc denarius sedecim, Victorius, & Quinarius, octo: Sestertius, quatuor asses valet.* Vixit is sub Antonino Pio. Exhibit Patinus in gente Titinia nummum, & in Valeria alterum, in quibus nota XVI. pretium denarii, eo quo sunt cusi illi tempore, indicat, nempe asses sedecim: uti priores nota X. decem signabant. Vidisse se quoque quinarium ait Anton. Augustinus, Dialogo 1. insignitum hac nota VIIII. in sestertiis vero IIII. nunquam: Quin nec illam notarum varietatem diu in usu fuisse: sed veteres notas statim revocatas, aut nullas omnino appositas.

Ita Respublica dimidium lucrata est.

Hæc lucri ejus ratio gemina fuit. Antiquata enim vetere pecunia ex ære argentoque, assibusque sextantariis interdictis, unciales cusi sunt, hoc est, in singulas libras duodenii, cum prius tantum seni ferirentur. Confluente deinde ad æarium publicum plebe, ut pro sextantibus novos asses acciperet, nihil damni plebs capiebat, cum ejusdem valoris ac pretii, quanquam ponderis diversi asses referret: Respublica, sive ærarium, dimidium lucrabatur. Rursum concurrente eadem, ut æream monetam acciperet pro argentea vetere, quæ tum erat editio antiquata, pro denariis singulis asses sedecim domum referebat: nullo ipsius damno, imo sex assium facto, ut appareat, lucro: nam decem tantum assibus denarius olim taxabatur: tunc vero sedecim. Minoris hi quidem asses, ut diximus, qui recens conflati, fuere ponderis: at pretii omnino cum prioribus illis æqualis. Verum Reipublicæ & ærarii majus lucrum fuit. Nam e sextantariis assibus decem, qui denario argenteo prius permutabantur uno,

uno , cum vicenos conflavit asses unciales , deditque pro argenteo denario vetere , qui ad ærarium deferebatur , duntaxat sedecim , quaternos interim lucri fecit : deinde aucto novi argentei numimi pretio ad sedecim asses , iterum senos : igitur denos omnino : hoc est , quod Plinius ait , in singulos denarios dimidium lucrata est , sive denarium unum . Tantumdem porro & eadem ratione fuit in quinarios festertosque lucri . Expedire hunc nodum nequivere Anton . Augustinus , lib . i i . Emend . cap . vii . pag . 118 . Budæus , lib . v . de asse , pag . 173 . minimeque omnium Alciatus , lib . de pond . & mensuris , tom . 6 . Operum , fol . 279 . ubi despontens animum , luxata hæc omnia , suisque mota sedibus esse , exclamat .

In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus.

Militibus tamen , inquit , ut libentius in exercitu merebant , spe mercedis allecti , denarius argenteus , non sedecim , sed , ut olim , decem tantum assibus æstimator est : atque hoc diurnum cuique stipendum datum , asses deni scilicet neque illi ære , sed argenteo nummo in dies singulos personuti . Hinc illa Pannonii militis apud Tacitum expostulatio ; lib . i . Annal . pag . 17 . quod decem æreos asses acciperet , non denarium , ut olim , argenteum , quem sedecim deinde assibus æreis permutaret , ut sic nempe senos asses lucri faceret . Vide Budæum lib . v . de asse , & Hotoman . pag . 63 .

Nota argenti fuere bigæ , atque quadrigæ : & inde bigati quadrigatique dicti..

Nota nempe , quæ tum jussu Senatus est impressa recenti pecuniaæ . Festus : Nummi quadrigati , & bigati , a figura cælaturaæ dicti . Recte : neque enim ponderis fuere a prioribus , sed cælaturaæ tantum ac pretii disparis . De bigatis & quadrigatis crebra apud Livium mentio , lib . xxi . xxxiv . &c . Ita serrati nummi , quorum idem Livius meminit , quales Museum nostrum asservat , in familia Aurelia , Clodia , Cornelia , in nummo cuius epigraphe , L . SCIPIO ASIAG : in Maria , Memmia , Nævia , Pomponia , Procilia , Sulpicia :

non diversi generis, aut pretii, ponderisve nummi: sed ab incisis in serræ modum nummi marginibus, *serrati denarii* appellati. Sed & postea præter bigas quadrigasque, impressæ sunt & Castorum in nummis imagines, mox & familiarum insignia, aliaque.

Mox lege Papiria semunciales asses facti.

Dupondii igitur fuere unciales: nec leviores ii, assesve fuere, usque ad Plinii tempora. Quis porro iste Papirius fuerit, Tribunus plebis, qui legem tulerit, incompertum. Ad Papirium Turdum, qui Tribunatum gessit anno Urbis D L X X V I. referre Pighius videtur, in Annal. ad annum D L X X V.

Livius Drusus in Tribunatu plebis octavam partem æris argento miscuit.

Anno post Urbem conditam D C L X I I I. L. Marcio Philippo, Sex. Julio Coss. Tribunatum plebis gessit Drusus: medio ferme temporis intervallo quod intercessit sextum inter & septimum Marii Consulatum, a quo æs optimum, quod argento Drusus immiscuit, Marianæ æris nomen accepit, ut dicturi sumus ad librum Plinii x x i v. sect. i i. *Mixto argento facti nummi hi dicebantur*, quod puro putoque opponitur. Vide Gothofred. in Cod. Theod. lib. ix. tit. x x i. de falsa moneta, pag. 177. Sic monetæ argenteæ minimæ, quæ nunc teruntur apud nos, æstimanturque assibus æreis tribus cum semisse, octavam habent æris partem admixtam. Acta porro Drusi uno Senatusconsulto abrogata esse Tullius docet, lib. i i. de Legibus.

Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est.

Is est Clodius Pulcher, qui a patriciis translatus ad plebeios, factusque Tribunus plebis, Ciceronem multavit exilio, anno Urbis conditæ D C X C V I. De Victoriato, Volusius Mæcianus, pag. 877. *Victoriatus nunc tantumdem vallet*, quantum quinarius olim: ac peregrinus nummus loco meritis, ut nunc tetradrachmum, & drachma, habebatur.

*Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus,
mercis loco habebatur.*

De rara felicitate telluris Dalmaticæ ad fodinas auri argenteique , Plinius hoc libro xxxii. sect. xxii. Hanc & nummi indicant a nobis antea laudati , MET. DELM.

Est autem signatus Victoria, & inde nomen.

Est in nostro Cimelio nummus C. EG NAT VLE I. C. F. cum signo Victoriae , unde Victoriati nomen , & litera Q quinarium designante : epigraphe ROMA. Sed & denarios habemus eadem Victoriae nota , in primis vero M. Catonis Proprætoris , ejus qui Censorii nepos fuit : quo in denario Victoriae sedentis effigies , cum subscriptione VICTRIX. Etypum Patinus exhibit in familia Porcia , pag. 228.

Aureus nummus post annum LXII. percussus est quam argenteus.

Nempe anno Urbis D XLVII. qui tertius decimus fuit belli Punici secundi , cum impensas fieri maximas ei bello gerendo oporteret. Consules tum fuere M. Livius Salinator secundum , C. Claudius Nero.

Ita ut scrupulum valeret sestertiis vicenis.

Sive , ut MSS. habent , scripulum , quod perinde est. Libra porro scripula continet C CLXXXVIII. Aurei igitur cujusvis nummi scripulum æstimabatur vicenis argenti sestertiis , sive , quod idem est , denariis quinque. Luculentum hujus rei testimonium præbent nummi aurei duo , quos vidimus , tum in Cimelio Regio , tum in Museo S. Genovefæ. Alter nummulus est , unius scripuli pondere , hoc est , granorum , ut loquimur , unius & vicenæ : epigraphe , ROMA. Pretium geminata littera XX. planissime signatum : quid enim ea notæ indicant , quam vicenis sestertiis numimum eum , ut ait Plinius , æstimatum ? Alter majusculus , pondere omnino triplo majore , hoc est , trium scripulorum , seu granorum ternum ac sexagenum. Igitur sexagenos sestertiios valere necesse est , sive , quod idem est , dena-

rios quindecim: & tantumdem valere sane clamant litteræ XV. in iis nummis insculptæ. Postea tamen Augustorum ævo denariis argenteis vicenis quinis permutabatur aureus nummus unus, ut ex Dione constat & Zonara. Hujus hæc verba sunt: Πλεῡ Ρωμαῖοις αἱ ἔνοσι τῷ πέρτε δραχμῇ χειροῦν νόμισμα ἔν. Vide Snellium, lib. de re num. pag. 29. Et Didymum adde laudatum a nobis paulo antea. Sed erat tum aureus nummus ponderis majoris, nempe granorum fere 131. aut 132. nec pretii jam tanti scripulum, quanti prius. Nam grana 131. sena sunt scripula, cum quarta scripuli parte. Quod si scripulum auri 21. granorum, seftertiis sedecim æstimetur, sive denariis quaternis, omnino nummus aureus granorum 131. æquabit denarios vicenos quinos, sive seftertiios centum. Quare cum Plinius lib. xix. sect. iv. byssini lini scripula, ut auri, permutata quondam ait denariis quaternis, qui seftertiios sedecim efficiunt, tum priorum Cæsarum tempora respicit, cum jam imminutum auri pretium fuit, quod erat major auri copia, nec angustum, ut olim, ærarium. Cum seftertiios porro in summa aliqua designanda, aut indicando pretio, denariosve audis, cave alios intelligas, apud Latinos scriptores, quam quos antiqua taxatio, & nominis originatio ipsa declarat, nisi ipsi auctores accipiendas aliter voces eas admoneant, ut paulo post Plinius, quod est admodum infrequens. Itaque seftertiium pro binis assibus ac semisse, denarium pro assibus denis accipe: quæ antiqua est earum vocum acceptio, & eadem retenta semper a Romanis scriptoribus, in pretio aliquo, summave signanda. Vide Anton. August. Dialogo i. Veter. Numism.

*Quod effecit in libras, ratione seftertiiorum qui tunc erant,
seftertiios DCCCC.*

Effecit, inquit, hæc major auri æstimation, ut in libras auri singulas Respublica lucri faceret seftertiios nongentos, eorum scilicet seftertiiorum qui tunc erant, hoc est, anno D XL VII. quique jam ab anno, ut diximus, D XXXVII. quaternis assibus permutabantur. Quod si nongentos seftertiios ejuscemodi, qui tunc erant, lucrata respublica est, igitur seftertiios M CCCCXL. lucratam esse necesse est eorum

festertiorum qui prius erant, hoc est, qui duobus assibus & semisse æstimabantur. Continentur enim hi M C C C C X L. in nongentis illis, ita ut ne unus quidem aut desit, aut supereret. Quare quod nunc vicenis festertiis vulgaribus, assium scilicet duorum cum semisse, quorum festertiorum haberi ratio solet in quovis pretio indicando, ut diximus: quod, inquam, vicenis illis festertiis permutatum dicitur auri scripulum, quindenis antea necesse est fuisse taxatum: ut in singula scripula lucrata res publica sit quinque festertios: in libras, quæ scripula 2 8 8. continent, festertios M C C C C X L. In libras, inquam, auri infecti, quod in ærario servabatur, quodque interdum distrahebat ad vasa, operaque publica ac privata. Nulli dum enim tum nummi aurei, nisi fortassis peregrini & externi. Quare apud Livium, anno D X L I I I. jussere Patres deferri ad Triumviros mensarios aurum, argentum, & æs omne, sed cælatum scilicet, signatumve apud exterorū: nempe ut illud in belli sumptus impenderent.

Totus hic locus, si quisquam alias in universo Pliniano opere, torsit mirifice summorum virorum ingenia, eorum præsertim, qui de asse ac de re nummaria volumina isto & anteriore sæculo ediderunt. In eo sese exercuere omnes, irrito ad hunc diem conatu. Nulla est propemodum in tota hac sententia syllaba, quam labis expertem putarint, quam non varie corruperint, ut corrigerent. Nos ea intacta plane, (præterquam quod ex Regio codice, quem appellavimus, alteroque Marcelli Cervini, qui Romæ servatur, quod efficit scripsimus, cum prius quod efficit legeretur, quod tamen ferme perinde est, ac per se leve,) sed ceteris integris, legitimam, uti remur, neque omnino invendibilem ejus loci interpretationem damus. Ac primum quidem nec Glareano, lib. de asse, cap. x vi i. nec Hotomano, pag. 332. legi placet, Post annum L X I I. ac Post x i i. multo mallent. Budæus, lib. i i i. fol. 71. non festertiis vicenis legit, sed bissexnis. Pancirolus, vicenis quinis. Mox Villalpandus, quod efficit in senos, non in libras. Post Agricola, lib. i v. pag. 98. & 276. non festertios D C C C. sed festertios V D C C L X. hoc est, 5760. legi jubet. Sed pareant ii quibus ille jusserit, ut Snellius paruit, lib. de re num. pag. 30. Leonardus Portius, lib.

de festertio , fol. 13. & Budæus , loc. cit. *denarios D C C C C.*
 Hotomanus , pag. 330. *sefertios M M M M C C C C L X I V.* Josephus Scaliger , lib. de re nummaria , pag. 50. *denarios M C C C C X L.* vel certe , inquit , *M C C C C.* neglectis ad rotundum solidumque numerum , denariis *X L.* Atqui his omnibus , ut diximus , & codices *M S S.* omnes , & libri editi , & aurei nummi , quos modo laudavimus , adversantur. Sed haud paulo lepidius est , quod Savotus existimat , cap. vii . pag. 155. his verbis , *sefertiorum qui tunc erant* , signari *sefertios septuplo graviores* , quam fuerint vulgares : quod commentum merito Gronovio risum movit , lib. 111. de festertio , pag. 393. & reliquæ eruditorum turbæ. Præixerat Savoto Agricola , qui ut hunc nodum solveret , triplex denariorum genus commentus est , lib. 11. de Monetis , pag. 279. Dalecampius in notis Plinianis , Salmasius in vegrandi mole Exercitationum ad Solinum , Lipsius in libro postumo de re nummaria , Gronovius opere mox laudato , quod *de festertio inscripsit* , ceterique , locum eum intactum , tanquam foveam , prætergressi sunt. Omnes ad hæc verba , tanquam ad scopulum , adhæserunt , *Quod effecit in libras* , &c. rati nimirum nunc a Plinio colligi , si scripulum auri unicum festertiis vicenis valeret , quot festertiis libra integra æstimanda foret : perinde quasi non id cuivis numerandi artem callenti vel mediocriter , in promptu esset efficere. Aliud sane reconditus voluit indicare : quanta scilicet , ut diximus , lucri accessio foret , quantum proficeret ærarium publicum , cum major esset auri æstimationis , taxareturque vicenis festertiis , quod minoris antea multo æstimaretur , nempe , ut colligere cuivis proclive est , subducta , ut fecimus , ratione lucri , festertiis tantum quindenisi. Nam præter planam perspicuamque sententiam , quæ sua se luce tuerit , id maxime persuadet , quod in ceteris pecuniae generibus , ære vicelicit , argentoque , pari diligentia quantum lucri Respublica fecisset , ipse aperuit. *Ita quinque partes factæ lucri* , inquit , *dissolutumque æs alienum.* Et mox , in æstimatione argenti majore , *Ita Respublica dimidium lucrata est.* Quid similius veri , quam simile Reipublicæ lucrum in auro signare Plinium voluisse his verbis : *Quod effecit in libras festertiios D C C C C?*

Post hæc placuit x. x L. signari ex auri libris.

Hoc est, denarios x L. Nam & denarios ex auro dici, initio hujus concertationis inonuimus. *Post hæc* autem interpretor, confecto bello Punico secundo, atque adeo, si placet ita, & tertio: post redditam Reipublicæ pacem, devicta Carthagine. In Regio codice, & altero Marcelli Cervini, itemque Pintiani, uti edidimus, totidem apicibus legitur, *Post hæc placuit x. x L. signari.* In ceteris quos vidi-
mus, & in Vaticanis codd. 1952. 1953. & 1954. quorum ad
nos apographa missa sunt, hæc tantum: *Post hæc placuit*
x L. signari, nempe aureos. Sed terruit librarios, aliosque
imperitos gemina littera xx. præfixa huic L. ignarique eam
quæ priore loco est, esse denarii notam, quæ sexcentis in
Plinio locis occurrit, eam penitus extrivere. Et abesse vero
ea sine ulla sententia labe potest. Bouterovæus, libro Gal-
lico de Monetis Rom. pag. 95. appendisse se ait aureos num-
mos tres, primum quarti Cæsaris Consulatus, alterum quin-
ti, tertium Syllæ Dictatoris: quorum quadrageni auri li-
bram omnino æquarent. Agnoscit legitimam hanc scriptu-
ram, *x L. signari*, & Petrus Gassendus, tom. IIII. Philos.
Epic. Itaque Snellium nihil moror, Agricolamve, qui XLII,
ex conjectura rescribunt: nec Budæum, qui L. nec Scalige-
rum, qui x L. minus lepide sane comminiscitur. Sed & risu
dignum, quod in quibusdam MSS. & in omnibus ad hunc
diem editis libris legitur, *x L. millia*, & mox x L V. M. vel
x L V. millia. In vetustissimis scilicet Plinii exemplaribus id ani-
madversum a nobis sæpenumero est, ut cum librarii millia
passuum signarent, in intervallis locorum indicandis, solam
numeri notam apponenterent: exempli gratia, *x L. neglectis*
vocabus iis, quæ non sine fastidio repeti toties possent, *mil-
lia passuum*: atque hoc eis ubique solemne est. Recentiores
vero amanuenses, qui substituerent voces eas operæ pretium
putaverunt, etiam eas sæpenumero obtrusere, ubi minime
omnium oportuit. Sic lib. V. sect. I. cum vetustiore manu
scriptum viderent, a CL. Cæsare, neoterici transcriptores,
has litteras c L. numerorum notas esse arbitrati, *millia addi-*
derunt, teste Vossio in Melam, pag. 198. a centum quin-

quaginta millia Cæsare. Simile exemplum & nos attulimus, in Notis & Emendationibus ad librum vi. num. cxix. Et in hunc locum quoque is error irrepedit, qui editores deinde in fraudem impulit, ut xl. *millia*, & xlv. *millia* nobis exhiberent.

Paulatimque Principes imminuere pondus.

Imperatores, quos Principes ea appellabat ætas: hi enim penes se modo esse voluere jus cudendæ monetæ ex auro. Imminuere vero pondus, non libræ, ut Scaliger existimat, nam id semper æquale fuit: sed nummorum, qui leviores.

Minutissime Nero, ad xlv.

Principum postremus, qui pecuniam auream ante Plinii excessum mutarit, Nero fuit. Stante Republica nihil detratum de legitimo nummorum pondere: imminuere Principes: omnium maxime Nero. Libri editi omnes, ante nos, ut monuimus, *ad xlv. m.* exhibent: & *minutissimus vero*, quod sensu caret. Ciaconius & Alciatus, pro littera M, triplicem numeri singularis notam reponunt, leguntque *ad xlviij.* Nos exterendam penitus paulo antea indicavimus: quanquam, si fides Joanni Grævio, in opere Anglico *de Denario*, pag. 98. in Vaticano & Florentinæ Bibl. codd. legitur, *minutissime Nero ad xlviij.* In Regio codice, *imminuisse Nero*: nos cum Grævio, Budæoque, lib. iii. de asse, fol. 70. *minutissime Nero*: vel *novissime Nero*.

Ut porro in auro, sic & in argento denarii pondus sequiore ævo imminutum, Plinii quoque expostulatio est, sect. xlvi. libri hujus. *Miscentur æra*, inquit, *falsæ monetæ*. *Alii e pondere subtrahunt*: *cum sit justum lxxxiv. e libris signari*: id quod & Celsus docet ad Natalem, & Scribonius Largus ad Callistum, laudati a nobis Pliniani operis libro xxii. sect. cix. Multo vero amplius detractum e pondere Theodosii M. ætate, ex Cod. Theod. intelliges, lib. xv. tit. ix. lib. i. *de expensis ludorum*.

Hæc sunt omnino quæ Plinius de nummis habet, ab eruditis sepe tentata, a nemine ante hunc diem intellecta.



NUMMI ADDENDI,

Ac suo quique loco inserendi.

In infinita propemodum copia nummorum, qui in Cimeliis Mueseisque delitescunt, exhaustire omnes si quis præse ferat, idem θελασσας ἀντλει, ut est in communi proverbio, jure credatur. Supereesse certe post messem hanc quamvis sat uberem & spicilegio haud utique pœnitendo locum intellectimus, cum affecto jam opere & ad umbilicam perducto, venere in manus nostras & alii perelegantes tum e Regia Gaza, tum ex Mueseis amicorum nummi, & Holstenii notæ in Stephanum circa Septembres Calendas novissime in hanc urbem adveletæ, in quibus Pyrrhi Ligorii & Franc. Gotifredi qualescumque alii plurimi appellantur. Hæ nos in primis impulere cause, ut ne cum manum de tabula, nec de manu calamum tolleremus: quod eos omnes adjici ad superiores, obiterque si quid Holstenius in nummis offendisset, indicari, viris eruditis quos id studiorum genus delellat, operæ pretium aliquod visum est futurum.

A

A BΔΗΡΑΣ. KΟΡΑΣ. *Abderæ virginis.* Ejus nimirum, quæ Abderæ Thraciæ civitati nomen dedit. Dorica dialecto, pro Kόρης. Ea ipsa in eo nummo Græciæ veteris apud Goltzium signatur, Tab. xxv. in quo Nonnus falso Proserpinam pingi putat. Mela Pomponius, lib. ii. cap. 11. in Thracia: *Regio ulterior Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum objectare advenas, & iisdem ab Hercule objectum. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet: & urbs, quam soror ejus suo nomine nominavit, Abdera: sed ea magis id memorandum habet, quod Democritum physicum tulit, quam quod ita condita est.*

A BΔΗΡΙΤΕΩΝ. Gryphus Apollini sacer. In parte nummi altera, caput laureatum. Adjectum Prætoris nomen,
B B b b

ΕΠΙΔΙΟΣ ΛΑΙΟΥ. *Epidius Laii F.* In Græcia Goltzii, tab. xxv.

ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ. ΕΠΙ. CTP. ΣΩΚΡΑΤΟΥ.

ΑΡΧ. A. Philippi nummus e Gaza Regia, in quo ipse equo insidet. *Sub Prætore Socrate, Pontifice primo.*

AELIA CAPITOLIA.

ΚΑΠΙΤΩ. IEP. A.C. A.Y. Καπιτωλίας ἱερᾶς ἀσύλου αὐτούμου. *Capitoliæ sacræ, inviolatæ, suis uentis legibus.*
Severi nummus cum templo Jovis, apud Franc. Gottifredum.

COL. AEL. K A P I. *Colonia Aelia Kapitolia.* Hadriani, in schedis Æneæ Vici. Colonus cum bobus & labaro.

COL. AE. C A P. Antonini Pii, e Cimelio Mediceo, cum Serapidis Jovis effigie.

COL. AEL. C A P. Commodi, apud Erizzum, cum turrito capite muliebri. Holstenium miror nummos istos quatuor ad ignobile Syriæ Cœles oppidulum revocare, cui Aeliæ prænomen fuisse nulla monumenta testantur, & a Ptolemæo Καπιτωλίας appellatur, lib. v. cap. xv. cum ad Hierosolyma spectare palam sit, quam civitatem appellari de suo Capitoliique nomine, *Aelianam Capitoliam*, Aelius Hadrianus Imp. voluit, ut antea ex Ptolemæo aliisque docuimus, qui & libro v. cap. xv i. planissime id admonet, Ιεροσόλυμα, inquit, ἡ γῆ τηλουμένη Αἰλία Καπιτωλία. Et hoc referendi *Capitolienes*, de quibus Ulpianus lib. l. Digest. tit. x v. de Censibus.

AΘΗΝΑΙΩΝ. Bovis vittatum caput. Ex parte altera, Minerva galeata: cui nempe bove femina litari solitum, ex Homero, & Eustathio scimus. Legit hunc nummum præpostere Nonnius in Goltzii Græciam, IΩΝ ΑΘΗΝΑ, pro AΘΗΝΑΙΩΝ, & ad Ionem Xuthi filium refert.

AΘΩΙΤΩΝ. In Græcia Goltzii, Tab. xxiv. Sedet in monte Juppiter cognomento Athous. Eustathius, in Iliad.

v. pag. 953. 'Αθαος Ζεύς, ὁ ἐν "Αθω παῖς ὅρει πιεσάμενος. Athous Iuppiter, qui in Atho monte colebatur. Hesychius: 'Αθαος, ὁ ἐπὶ παῖς "Αθω παῖς ὅρει ιδρυμάνθεις αὐτοὶ οἱ Ζεύς.

ΑΙΓΑΕΩΝ. ΠΙΤΝΑΙΟC. ΕΠ. ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΠΑΥΛΟΥ.
 Fluvii decumbentis effigies , cum urna & Copiae cornu.
Ægensium Pitnæus. Sub Prætore M. Aurelio Paulo. Nomēn id amnis est. Eadem forma videas alibi , ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΡΜΟΣ , ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΑΙΑΝΔΡΟΣ , &c. Est hic Decii nummus e Gaza Regia : ΑΥΤ Κ. Γ. ΜΕC. ΚΥΙΝ. ΤΡΑΙΑΝΟC. ΔΕΚΙΟC. ΣΕΒ. *Imp. Cæsar C. Meſſius Quintus Trajanus Decius Aug.* Pertinere hunc porro nummum ad Ægenses Æolidis , eumque amnem ipsum esse qui & Myrinē quoque alluit , haud pœnitenda , uti remur , conjectura auguramur , quod vicina sit Ægis Myrine , Plinio teste , lib. v. sect. xxxii. Stephano , ceterisque Geographis : & Galeno quoque , lib. de cibis boni malignique succi : Τοιοδος δέ έστιν ὅνος παρ' ἡμῖν ὁ ἐν Αἰγαῖς ς Περφρίην· τῇ μὲν ὀμέρᾳ Μυεληνῇ τῇ δὲ Περγάμῳ. Atqui Myrinē amnem alluit is , qui Πυθίκος , vitio , ut credimus , librariorum , pro Πιτνᾶς vocatur apud Agathiam , in procœmio historiæ suæ , pag. 5. Μύερα δὲ πατέσις , inquit , ήτε τῇ Ασίᾳ πάλαι οὐτων Αἰολέων αὐτοκινητέων , ἀμφὶ τὰς Σκύρος πεδινούς ποταμούς , ὃς δὴ ρέων ἐκ Λυδίας ηχεῖς , εἰς τὸν ἔχατον αὐλαῖα ποδὸς κόλπου τοῦ Ἐλαῖτου ἐμβάλλει. Myrina mihi patria . . . quæ est in Asia , veterum Æolensium colonia , ad ostia Pythici fluvii sita : qui quidem ex Lydia regione fluens in extremum Elaitidis sinus alveum fertur. Simile sane veri est , eodem amne Ægas allui , quæ sunt Myrinæ proximæ , & a mari paulum recedunt , cuius ad amnis ostia Myrine fuit.

ΑΙΓΕΑΙΩΝ. Homeri caput , in nummo Severi , apud Franc. Gotifredum. Et hic ad Ægenses Æolidis spectat. Sunt enim hi Simyrnæ Cumisque vicini , quibus in locis Homerus plerumque versatus.

ΑΙΓΙΕΩΝ. Apud Goltzium , in Græcia , Tab. i x. cum Lucinæ effigie , qualis a Pausania describitur , in Achaic. pag. 230. Αἰγιεῖσι δὲ Εἰλεθύας ιερόν έστιν δεκάσιον , ς δὲ Εἰλεθύα εἰς δ' χροὺς οὐκεφαλῆς στῦν πόδας ὑφάσματι κεκρέλυσται λεπτῷ , ξόδνυ πλιὼν περοώπου τε καὶ χειρῶν δ' χρων ς ποδῶν. Ταῦτα δὲ ποδὶ Πειτελοίου λίγου πεποίηται. Καὶ ταῖς χεροῖς τῇ μὲν ἐσ δέ τοις οὐκέπεπται , τῇ δὲ αὐτέχει διέδει. Εἰλεθύα δὲ εἰνέσσαι πις δὲν

δάδας, ὅπι γυναιξὶν ἐν ἵσῳ καὶ πῦρ εἰσιν οἵ ὀδῖνες. &c. Habent
Ægienses vetustum Lucinæ fanum. Deæ simulacrum a ver-
tice ad calcem tenui carbaso velatum, ligneum est, preter
os, summas manus, & pedes: sunt enim hæ partes e Penten-
lico marmore. Alteram manum porrigit, altera facem præ-
fert. Attributas ei faces ex eo suspicari possis, quod partu-
rientes dolor haud secus atque ignis urere videatur, &c. Ex
parte nummi altera Juno sceptrifera est, quæ eadem ac
Lucina. Unde & in Romanorum nummis, IVNONI
LV CINAE. Esse apud Ægienses & Junonis lucum, &
Æsculapii, Liberi, ac Minervæ fana, auctor est idem
Pausanias, loc. cit. Est igitur hic nummus Ægiensium in
Achaia.

AIZANEITΩΝ. ΕΠΙ. ΡΟΥΦΟΥ. ΦΛΑΚΚΟΥ. Jupiter stans, aquilam dextra, læva hastam gerit, in nummo Caligulae, e Regia Gaza.

AIZANITΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Ut in allato a nobis Sabinæ nummo Hygia serpentem pascit, sic in isto Antonini Pii, insculptus ipse Æsculapius est, cum baculo, quem serpens circumPLICAT. Digna præterea animadversione est Metropoleos honoraria prærogativa, qua donata ea civitas est. E Museo nostro.

AIΣΟΛΕΩΝ. Racemus, vini feracis agri symbolum. Ex parte aversa, Palladis caput. E Cimelio Regio, nummus antiquus, cum id oppidum Plinii jam ævo interierit, cuius cives nummum hunc cudi jussere. Lib. 111. sect. ix. in prima Italæ regione, Æsolani. Ab Æsola, sive Æsula, de qua Horatius, lib. 111. Ode xxix.

Ne semper udum Tibur, & Æsulae

Declive contempleris arvum.

AITΩΛΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia, Tab. viii. Hercules Centaurum clava conficit. Vide Hygin. fab. xxxi. xxxii. & xxxiv. Sunt & in quibus aper Calydonius, quem Meleager, ut fabulæ ferunt, confecit.

AKPACΙΩΤΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΔΑΑΜΑ. ΑΤΤΑΛΟΥ. B. Sub Prætore Damasia Attalo, vel Attali F. iterum. Diana Ephesia, cum alia muliebri icone, quæ pateram dextra, læva Copiæ cornu gerit, in Severi nummo, e Gaza Regia.

A D D E N D I.

565

ΑΛΑΒΑΝΔΙΚΟΣ ΖΕΥΣ. Nummus Ligorii, in Collectaneis.

ΑΛΑΒΟΤΡΙΩΝ. Elagabali nummus, apud Ligorium. Expressæ in eo figuræ tres: Solis, Lunæ, Cybeles, vel Isidis. Stephanus: Ἀλαβούειον, πόλις Συέτας. Χάρεξ, ὁδόν Χερσικῶν. τὸ ἔθνικὸν, ἈλαβούειΘ.

ΑΛΙΑΡΤΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Collectaneis Pyrrhi Ligorii. In superficie una ejus nummi, Jovis caput: ejusdem Numinis templum in altera. Plinio, lib. i v. sect. xii. in Bœotia, *Haliartus*. Stephano: Ἀλίαρτος, πόλις Βοιωτίας.... τὸ ἔθνικὸν, ἈλιάρπιΘ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Caput turritum. L. A. *Anno primo.* Ex parte altera, ΑΥΤ. K. M. φΟΥΑ. ΜΑΚΡΙΑΝΟC. ΑΥΓ. *Imp. Cæsar M. Fulvius Macrianus Augustus.* Hunc Ægyptus Imperatorem cum Oriente toto susceperebat: postquam ejus proditione Valerianus in potestatem Persarum venit. Vide Trebellium Pollionem, in Macriano. Est hic nummus apud Tristanum, tom. i i i. pag. 32.

ΑΛΙΚΥΑΙΩΝ. Pyrrhi Ligorii in Collectaneis nummus, qui Dianæ ex parte altera, Apollinis ex altera caput exhibet. Plinio, lib. i i i. sect. x i v. in Sicilia, *Halicynenses*. Ἀλικυῖαι, Thucydidi appellantur, lib. vii. pag. 511. Inter Entellam & Lilybæum Αλικύαι a Stephano collocantur. Nunc *Saleme*, oppidum haud ignobile. Vide plura in Plinianis notis.

ΑΛΥΜΝΙΩΝ. Lyra insculpta, in nummo vetere, e Cimelio Regio. Fuit Alimne quidem in majore Phrygia, teste Livio, lib. xxxviii. sed & per i sribitur, & **ΑΛΙΜΝΑΙΩΝ** effigi ex ea voce gentile nomen necesse est. Itaque verius ΕΛΥΜΝΙΩΝ in nummo eo legi censuerim, ab oppido juxta Eubœam posito, de quo Stephanus: Ἐλύμηνον, γῆσσος Εὐζοίας, πόλιν ἔχουσα. Τὸ ἔθνικὸν, ἘλύμηνΘ, ή Ἐλυμηνός.

ΑΜΒΛΑΔΙΕΩΝ. Alexandri Severi, apud Pyrrhum Ligorium, nummus, in quo Bacchus cum lynce, dextra cantharum tenet, læva thyrso innititur. Stephano: Ἀμβλαδα, πόλις Πισιδίας... ὁ πολίτης, Ἀμβλαδεύς. Pisidiæ quoque Ptolemæus lib. v. cap. i v. adjudicat: Lycaoniæ,

Notitiæ veteres Eccles. pag. 29. Ἐπαρχία Αυγανοίας, Κονσιλάρειον. Ἰκόνιον μητρόπολις, ... Ἀμβλαδὰ. Et pag. 51. Ἀμδᾶδην, pro ὁ Ἀμβλαδην.

A M I C O Y E A E Y Θ E P. C Z H. A M I C H N Ω N. M I.
ΛΗΣΙΩΝ. Apollo Milesius sedet, stante Amiseno rum Dea velata. Utriusque oppidi concordia hoc Maximini nummo signatur, e Cimelio Regio. Annus quoque C C L X V I I I. ab impetrata libertate: qui plane incidit in annum ab Urbe Roma condita D C C C L X X X I X. Maximini alterum, vel ut aliis placet, tertium.

A M O P I A I Ω N. Claudi nummus, apud Pyrrhum Ligoriū, cum Cybeles turritæ effigie.

A M F I L O X. A R G O C. M H T R. Cornu copiæ in numero Ligorii, quod quamobrem in eo insculptum sit, ex Hygini loco, quem attulimus, liquet.

A M F I L O X. A R G. M H T R O P. Neptunus cum delphino & tridente: apud Pyrrhum Ligorium.

A N A K A I O Σ Ζ E Y Σ. Nummus e Ligorii collectionibus, cum effigie Jovis: atque, ex averso, fulmine. Stephano: Ἀνδρι, πόλις Ἀχειας..... τὸ ἐθνικὸν, Ἀναργύρῳ.

A N Δ E I P H N Ω N. Gordiani junioris nummus, apud Ligorium, cum effigie Cybeles, seu Matris Deūm. Plinio, lib. v. sect. x x x i i . in Teuthrania, quæ Myśia, seu Æolidis, pars: *Andera, Cale.* Stephano: "Ανδειρα, πόλις... τὸ ἐθνικὸν, Ανδειριώς. Strabo, lib. x i i i . pag. 614. Τὸ πόλις Ανδειρεις ιερόν εἴσι μητρὸς θεᾶς Ανδειριων ἀγονού, καὶ ἀντεον οὐσόνομον μέχει Παλαιᾶς· εἴσι δὲ η Παλαιὰ κατοικία περιπολούμενη, διέχουσα τὴν Ανδειρων ἐκετὸν καὶ τριάκοντα στάδιον. Sub Anderis delubrum est Matris Deorum Andrenæ sacrum, & antrum cuniculi in morem sub terra, usque ad Paleam pertinens. Palea vicus quidam est, ab Anderis c x x . stadiis distans. Unde fortassis apud Plinium opportunius legas, *Andera, Palea*: est enim Cale ignota.

A N E T V S S A. Augusti nummus, in quo Apollo cum Jove, signisque militaribus, apud Ligorium. Epigraphe, **C O L O N I A.** **A N E T V S S A.** **A V G V S T A.** **L A T I N A.** Stephano urbs Africæ est Αντινοεῖα.

A N Θ E I E Ω N. Getæ apud Ligorium nummus, in quo

Cybeles & Attæ effigies. De utroque eo numine vide Pausaniam, in Achaïcis, pag. 223. De oppido Stephanus: "Αὐθεῖα, πόλις Πελοποννήσου, πλησίων Ἀργούς.

AΝΘΕΜΟΥΣΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Elagabali nummus, cum Deæ Syriae iconæ, apud Ligorium. Est urbs Mesopotamiae Plinio, lib. v. sect. xxi. *Anthemusia*. Vide Plinianas notas.

G E N I O. A N T I O C H E N S I. Mulier rupi insidet, ad pedes fluvio enatante, quo situs urbis monti impositæ amne præfluente ad radices ejus intelligitur. In parte nummi aversa, stat Apollo cum lyra: epigraphe, **A P O L L O N I . S A N C T O.** Est Antiochiæ Pisidiæ, e Cimelio Regio.

A N T I O X E Ω N. K A I Σ A P. Σ E B A Σ T O Σ Caput Augusti. Ex parte altera, Liviæ caput, cum epigraphe, **ΑΤΤΑΛΟΥ ΣΥΝΑΡΧΙΑ.** *Attalus in Magistratu collega*. Vide **A P O X E Ω N.** Attali nomen, quod in Pergamenorum, Erythræorum, Smyrnæorum, Apamensiumque nummis ejusdem ferme tractus occurrit, ut Antiochenisibus Cariæ hunc nummum adjudicem, monet.

ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, Thraciæ scilicet. Domitianus nummus, apud Leonardiū Augustinum, cum triremi velis expansionis. Reliqua epigraphe: **ΗΓΕΜ. ΑΠ. ΚΛ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ.** Ήγεμόνος Αππίου Κλαυδίου Μαρκιανοῦ. *Præside Appio Claudio Marciano.*

ΑΞΙΑ. In Collectaneis Pyrrhi Ligorii nummus Junonis caput exhibet, cum epigraphe: **ΗΡΑ. ΑΞΙΑΣ.** *Iuno Axias.* Nomen ei ab oppido Axia in Locris, qui cognominantur Ozolæ, de quibus Plinius, lib. i v. sect. i v. Meminit ejus oppidi Stephanus.

A P R O S. Antonini Pii nummus apud Ligorium, cum epigraphe: **COL. A P R O S. T I T I A. A E L I A. H A D R I A N A. A N T O N I N A. A V G V S T A.** Jam tum Vespasiani ævo colonia fuit, teste Plinio, lib. i i i. sect. x viii. in Thracia, *Apros colonia*, quæ a Philippis abest, c l x x x v i i i. m. pass. Ptolemaeo quoque, qui Antonini principatu vixit, "Απρος καλαρία, inter urbes Thraciæ mediterraneas.

A P A Δ I Ω N AΠΥ. Ἀρχὴν τοῦτο, hoc est, anno CCCCLXXXI. æræ Seleucidarum: qui annus incidit in annum Urbis Romæ D C C C C X X I I. qui fere M. Aurelii nonus fuit, cuius caput una cum L. Vero fratre in eo nummo Regiæ Gazæ expressum. Ex parte aversa, bos currens.

A R M E N I A C. Victoria cum corona. Ex parte altera, **N E R O C A E S A R A V G V S T V S.** Cuius victoriam Armeniacam hic nummus declarat: quam nempe Domitius Corbulo retulit, a Nerone eq̄ missus cum imperio. Vide Dionem, lib. L X I I. Plinium, lib. I I. sect. L X X I I. & Tacitum, lib. x i v. Annal.

A C K A Λ Ω. A T. Anno τῷ, hoc est, c c c i. qui incidit in annum Urbis Romæ D C C C L I I. Severi septimum, cuius principatu cusus est nummus ille, quem in Regia Gaza vidimus. Palladem is præfert cum noctua, & Ascalonitarum Deam.

A C C I Ω N. E P I. C T P. A Y P. M H T P Ω N I C T O Y. Alexandri Severi, e Gaza Regia. Sub Prætore Aurelio Metronista, ut quidem conjicere nobis licuit. Vas lœva tenet figura quædam ei nummo insculpta: quod ex Assio forte lapide factum. Plinius, lib. x x v I I. In Asso Troadis sarcophagus lapis filii vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus. Et sect. x x v I I I. Assius lupis gustu sal-sus, podagræ lenit, pedibus in vase ex eo cavato inditis: &c.

A T A P N A I Ω N. M. Aurelii nummus, cum Diana venatrixis effigie: & alter Gordiani junioris, **A T A P N E Ω N** inscriptus, cum Apolline. Uterque e Collectionibus Pyrrhi Ligorii. Plinio, in Æolide, lib. v. sect. x x x I I. & lib. x x x v I I. sect. L V I. *Atarne.* Stephano: 'Ατάρνα, πόλις μεταξύ Μυσίας καὶ Αυδίας . . . ὁ πολίτης, 'Αταρνεύς. Straboni, lib. x i I I. pag. 61. 'Αταρνωταῖ.

A Y Λ I Δ E Ω N. B. Ν E Ω K. Commodi nummus, cum Diana effigie, quæ cervam cornibus tenet: apud Ligorium. Aulis urbs Bœotiae est, prope Eubœam, ubi Diana ædes: cuius ad aram cum ex Calchantis vaticinio Græci Iphigeniam immolatur essent, pro puella cervam maestandam submisisse

submisisse Deam perhibent. Vide Pausaniam , lib. ix. in
Βοεοτ. pag. 296. Stephanus : Ἀυλίς, πόλις Βοιωτίας καὶ
Χαλκίδα... τὸ ἔθνος, Αὐλιδεύς, &c.

B

BΑΡΓΑΣΗΝΩΝ. Diana Ephesia. Ex parte altera,
Herculis caput. E Cimelio Regio.

ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ ΔΗΜΟC. Caput juvenile. Ex parte
aversa, fluvii decumbentis effigies. E Cimelio Regio.

ΒΟΥΡΑΙ. Hoc est , **ΒΟΥΡΑΙΩΝ.** Nummi duo , apud
Ligorium. Herculem alter, clavamque : Bacchum urceum-
que alter exhibet.

BVTHR. *Buthrotus.* A V G V S T V S. Augusti caput. Ex
parte aversa, pons : ille videlicet, de quo Plinius loc. cit.
ubi de Buthroto colonia , & Ambracio sinu : *In eum de-
fertur, inquit, amnis Acheron, mille pedum ponte mirabi-
lis omnia sua mirantibus Græcis.*

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Nummus antiquus Cimelii Regii, in quo
Liberae Deæ caput expressum: de qua nos alibi egimus.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. ΤΙΤ. ΑΙΑ. ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ.
Sub Tito Ælio Capitolino. Caracallæ nummus , majoris
moduli , e Cimelio Regio : cuius in aversa pagina Cara-
calla ipse & Geta dextras jungunt. Nummum hunc sic
deformatum Occo exhibit , pag. 384. **ΕΠΤΙΤΛΙΑ-
ΚΑΠΙΤΩΛΙΑ.. ΣΙΝΟΥ.....ΤΙΩΝ.** Ex parte nummi
altera legas , **ΑΥΤ. ΚΑΙC. Μ. ΑΤΡΗΔ. ΑΝΤΩΝΕΙ-
ΝΟC. ΑΥΓ.**

Δ

ΔΑΔΙΑΝΩΝ. Diana cornu cervum apprehendit.
In superficie nummi postica , **ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟC,**
Sacer Senatus, cuius caput ibi expressum. E Gaza Regia.

DOBERO S. Claudii nummus apud Ligorium , in quo
Duumviri sulcum ducunt, adjecta epigraphe , **C O L O-
N I A. CLAVDIA. DOBEROS.** Plinio , lib. xv.
sest. xvii. inter Paonias Macedoniæ gentes censentur *Do-
beri* , *Æstrænenses* , &c. ab oppidis scilicet , quæ *Δοβηρεῖς* ,
& *Αἰγαῖοι* Græcis dicuntur : ubi *Doberienses* , *Trienses* ,
ante nos perperam legebatur. Vide nostras in Plinium
Emendationes , ad eum librum , num. xli x. *Δοβηρεῖς*

Herodoto non semel appellantur, lib. v. *Terpsich.* num. xvi. & lib. vii. *Polymn.* num. cxii. Horum oppidum in Pæonia Thucydides collocat, lib. ii. pag. 167. Δέσης
ἢ Παγονικήν. Apud Ptolemæum, lib. iii. cap. xiii. in Pæonia pariter Δέσης. In Notitia Eccles. Prov. Macedoniae primæ, pag. 21. Δέσης. Utrobique nomen in mendo jacet, pro Δέσης.

ΔΟΚΙΜΕΩΝ. **MAKEΔΟΝΩΝ.** M. Aurelii nummus, cum Cybeles effigie. E Cimelio Seren. Ducis Etruriæ. A Docimo Macedone Docimeum, ut diximus, oppidum nomen traxit. Hinc utriusque populi societas hoc numero indicatur.

ΔΟΚΙΜΕΩΝ. **ΕΤΔΑΙΜΩΝΙΑ.** Hadriani, apud Pyrrhum Ligorium. *Docimenium Felicitas.* Stat Dea cum caduceo, & copiæ cornu, ac temone.

ΔΟΡΤΛΑΕΩΝ. **ΝΕΩΚΟΡΩΝ.** M. Aurelii nummus, apud Ligorium: cum Cybele ac leonibus.

ΔΟΥΡΗΝΩΝ. Trajani, apud Ligorium. Victoria in eo nummo expressa. Stephano: Δούρε, πόλις Μεσοποταμίας... πόλις Εθνικὸς, Δουρλώς. Ab Isidoro Characeno, in Σταθμ. pag. 186. *Dura Nicanoris*, a Græcis *Europus* appellata dicitur: Εὐθεία Δούρε Νικάροες πόλις, κτίσμα Μακεδόνων. Καὶ τὸ ἔβαλλον Εὐρωπος καλεῖται. *Europum ad Euphratem* Plinius collocat, lib. v. sect. xi. & Ptolemæus lib. v. cap. xv.

E

ΕΛΑΙΤ. **ΕΠΙ.** **ΣΤΡ.** **ΑΥΡ.** **ΒΑΡΒΥΛΑΟΥ.** Dea Vellata, dextra hastam, spicam lœva gerit: ante pedes papaver, canistrumque papaverum & spicarum. Ex parte altera, ΘΕΑΡΩΜΗ, capite galeato. E Gaza Regia. *Sub Prætore Aurelio Barbula.*

ΕΜΙΚΩΛΩΝΙΑΚ. EKΦ. Hoc est, anno DXXVII. qui in annum incidit Urbis Romæ, DCCLXVIII. Caracallæ, cuius hic nummus est, e Gaza Regia, fere quintum.

ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΑΙΤ. ΘΕΑ. ΡΩ. Ερμοκαπηλιτῶν, Θεα
Ρέμη. E Gaza Regia nummus ex ære, in quo muliebre caput insculptum. Plinio, lib. v. sect. xxxiii. *Hermocapelite*, quasi Mercurii caupones. Quam quidem vocem

A D D E N D I.

571

nos ibi primi auctori suo restituimus, admonitu Regiorum codicum & nostrorum: quodque certius est, ad stipulante Notitia vetere Episcopatum Provinciae Lydiæ, in qua δέ Ερμοκαπιλίας legitur, pag. 45. & δέ Ερμοκαπιλείας, pag. 13. Parmensis editio, quæ vetustissima, *Hermacopolitæ*: Hermolaus deinde Barbarus, ceterique post eum Plinii editores, *Harmatopolitæ* exhibent: cum si ex Ἀρματός ea vox efficta esset, ut visum Ortelio, *Harmatuntopolitas* dici oporteret. Quanquam porro Lydiæ Notitia Hermocapelitas accenset, Pergamenæ tamen illi, ut & Thyatireni, jurisdictioni paruerunt. Simili errore Madaurense Numidiæ oppidum idem Hermolaus, pro Materensi, quod Byzacenæ provinciæ fuit, obtrusit: aliaque σφαλματα sexcenta admisit, quæ in Plinianis Notis censoria animadversione castigamus.

EΡΥΘΡΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΙ. ΑΤΤΑΛΟΥ. B. Sub Prætore Aelio Attalo iterum. Alexandri Severi nummus geminus e Gaza Regia. Cererem alter in biga draconum, in templo Herculem alter exhibit.

ΕΥΘΗΝΑΙΩΝ. Pyrrhi Ligorii nummus, in quo Ceres cum facibus. Ad Euthenen spectat, de qua proxime diximus.

ΕΦΕΣΙΩΝ. ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΑΡΙΣΤΩΝ. ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ. Scriba Ariſto Menophanes. Vel Scriba Ariſto, Prætor Menophanes. Augusti & Liviæ capita præfert hic nummus e Gaza Regia.

ΕΦΕΣΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Sub Prætore Iuliano. M. Aurelii nummus e Gaza Regia, in quo Caystrus amnis decumbens Dianæ Ephesiae simulacrum dextra gerit.

Γ

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Juno cum Pallade, in nummo Diadumeniani, e Museo S. Genovefæ. KAICAP. M. ΟΠ. ANT. ΔΙΑΔΥΜΕΝΙΑΝΟC. Cæſar M. Opelius Antoninus Diadumenianus.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΓΜC. Commodi nummus, e Museo S. Genovefæ, in quo pictus ipse sub Herculis imberbis effigie rursumque ex parte altera idem laureato capite cernitur,

CCc c ij

cum epigraphe, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤ. ΚΟΜΟΔΟC. *Imp. Cæsar M. Aurel. Antoninus Commodus.* Annus Gadarenium σμγ', hoc est, CCXLIII. in annum Urbis Romæ incurrit DCCCCXXXII. qui plane Commodi Imp. primus fuit.

ΓΑΖΑ. ΜΑΡΝΑ. ΕΠΙ. ΑΓΡ. *Sub Agrippa.* Apollo & Diana in templo. Hadriani nummus e Cimelio Regio.

ΓΟΡΤΥΝ. ΕΠΙ. ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΟΥ. *Sub Augurino.* Caput Germanici, e Cimelio Regio. Fuit Romæ viris Minutiæ gentis peculiare cognomen Augurini.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Cum tauro cornupeta, apud Anton. Augustinum, pag. 85. in Dialogis Italice conscriptis, Dial. 3. In pagina nummi altera, Europa platano insidet, sub qua nimirum, uti ex Plinio diximus, cum Jove concubuit. Hausit Plinius a Theophrasto, lib. i. hist. plantar. cap. xv. Ἐν Κρήτῃ δὲ πλάτανόν πινα ἔστι τῆς Γορτυνίας φερόμενην πινην, οὐ φυλλοβολεῖ· μαθολογοῦσι δέ αἱ ἐπὶ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Ευρώπῃ οἱ Ζάδες. Græcus scriptor, ut in nostris ad Plinium notis obseruavimus, ἐπὶ ταύτῃ cum dixit, ἐπὶ δὲ τῷ τοδε τῷ ακεπιτ: et si favere ei nummus videtur, qui insidentem arborei Europam, ut diximus, exhibit.

ΓΥΡΤΩΝΙΩΝ. Pyrrhi Ligorii nummus. Stephano: Γύρτων, πόλις Θεσαλίας καὶ Περραιβίας... οἱ πολίτης, Γυρτώνιος.

H

HIONEΩΝ. Pyrrhi Ligorii nummus, cum uva & urceo, quæ sunt vini feracitatis in Eionensium agro symbola. Urbs est Ἡίων in Thracia, ad Strymonem amnem, apud Thucyd. lib. iv. Ex Stephano gentile nomen est Ἡίωνος.



ΘΑΣΙΩΝ, ΕΠΙ. ΑΓΑΘΩΝΟC. Etsi nomen oppidi ab hoc nummo abest, tamen ad Thasios referri putem oportere, quod & sub Domitiano Principe cufus æque est, pariterque templum sex columnarum exhibet, atque alter ille, ΕΠΙ. ΝΕΟΚΥΔΟΥ. ΘΑ. Alterumque similiiter, ejusdem Domitiani principatu percussum; in quo sedet Juppiter, aristasque dextra, læva hastam tenet: epigraphe, ΕΠΙ. ΑΓΑΘΩΝΟC.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝΟΣ.
ΛΟΥΚΙΟΥ. Juliæ Domnæ nummus e Gaza Regia, in
quo ex parte aversa Severus ex equo hostem lancea con-
fodit. *Sub Prætore Aurelio Glycone Lucii F.*

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Aquila. Ex parte altera, ΔΟΠΕΙ-
CHNH. Holstenius, BOPEITHNH legit. Diana caput:
cujus id cognomentum a loco peculiari fuisse vide-
tur, ut in eodem fere tractu, (quod in nummis ΜΑΓ-
ΝΗΤΩΝ animadvertisimus,) ΛΕΥΚΟΦΡΥΝΗ. Est
e Cimelio Regio.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΜΑΡΚΟΥ. ΑΥΡΗ.
ΒΑΡΒΑΡ. *Sub Prætore Marco Aurelio Barbaro. IEPA*
ΣΥΝΚΛΗΤΟC, ex parte aversa. Sacer Senatus.

I

IHTΩΝ. E Cimelio Regio, cum effigie Palladis, & pal-
ma: in superficie nummi altera, Jovis caput. Spectat
hic ad eam e Sporadicibus insulis, quæ Ios dicebatur, *Ho-
meri sepulcro veneranda*, ut ait Plinius, lib. iv. sect. xxiii.
& Scylax, pag. 21. "ΙΘ., εν ταύτῃ Ὄμηρος τεθαπλα, & Stra-
bo, lib. x. pag. 484. Stephanus Cycladibus hanc accen-
set: "ΙΘ., inquit, νῆσος τῆς Κυκλαδῶν... Οὐ πολίτης Ἰθηναῖς,
οὐ Ιέτης. Nunc Nio dicitur, conflata voce una e duabus,
εν "Ιω. De ea Gellius, lib. 111. cap. x i. *De patria quo-
que Homeri multo maxime dissensum est. Alii Colophonium,*
alii Smyrnæum, sunt qui Athenensem, sunt qui Aegyptium
*dicant fuisse. Aristoteles tradit ex insula Io natum. M. Var-
ro, in libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc epi-
gramma apposuit:*

*Capella Homeri candida hæc tumulum indicat,
Quod ara Ietæ mortuo faciunt sacra.*

Candida, inquit, capella sacrum Homero fecere: nem-
pe ut Apollinari viro: nam Apollini solere capros albos
sacrificari, etiam Livius indicat, lib. xxv. Addit Gellius
deinde distichon, quo urbes ex appellantur, quæ de Ho-
meri natalibus inter se contendunt:

Ἐπὶ πόλεις διελέχουσι τεῖχοι μίζαι Οὐκέτου,

Σμύρνα, Ρόδος, Κολοφὼν, Σαλαμῖν, Ιος, Αργος, Αθηνᾶ.

Præfert hic nummus palmam, ut diximus, quod palmi-

fera insula ea sit, unde & alterum ei nomen olim, teste Plinio, loc. cit. *Ios a Naxo*, xxiv. mill. pass. Homeri sepulcro veneranda, longitudinis xxv. mill. ante Phœnices appellata. Quod & Stephanus adnotavit: Ἐγελέητο δὲ τῷ Φωνίκῃ οὐδὲ "Ios. Et ad hanc Ion pertinere quoque nunc verius arbitramur Lucillæ nummum, qui I H T S N inscribitur, quam ad Siciliam, Illyricumve, ut ante augurati sumus.

K

KAΔ. Hoc est, ut nunc quidem interpretari lubet, *Kα-
στολιά*, vel *Καστολία*. Civitatis hujus Phrygiacæ genius adstanti Aureliano coronam porrigit, adjecta epigraphe, RESTITVT. ORBIS, Romani scilicet. Et is sane apud Gruterum, pag. CCLXXVI. 4. & 5. RESTITV-
TOR ORBIS, & CONSERVATOR ORBIS vocatur. Vopiscus: *Nos bene scimus, & posteri frequentabunt Divum Aurelianum clarissimum Principem, serenissimum Imperatorem, per quem Romano nomini ORBIS EST RESTITVTVS.* In altera nummi area, caput Aureliani radiatum: epigraphe, DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO AVG. Qui honorum tituli ad omina spectant imperii, quæ ille vel ante cunas, & postquam natus est, in cunis accepit. Refert ea Vopiscus, pag. 210. Matrem quidem ejus Callicrates Tyrius, Græcorum longe doctissimus scriptor, sacerdotem templi Solis, in eo vico, in quo habitabant parentes, fuisse dicit. *Habuisse* quin etiam nonnihilum divinationis, adeo ut aliquando marito suo jurgans ingesserit, quum ejus & stultitiam increparet & vilitatem, En Imperatoris patrem. Ex quo constat illam mulierem scisse fatalia. Idem dicit auspicia imperii Aurelano hæc fuisse: *Primum, pueri ejus peluem serpentem plerumque cinxisse, neque unquam occidi potuisse. Postremo ipsam matrem, quæ hoc viderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse.* His accedit, quod ex palliolo purpureo, quod Soli sui temporis imperator tulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse prohibetur. Addit etiam illud, quod vincum fasciolæ Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit, & in aram posuerit; quæ juxta Sacellum forte

sine ignibus erat. Idem auctor est, vitulum matri ejus natum miræ magnitudinis, candidum, sed purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno avem, in alio coronam. Multæ superflua in eodem legisse memini: quippe qui asseverat etiam rosas in ejusdem mulieris corte, NATO AVRELIA NO, exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei. Fuerunt & postea multa omnia jam militanti, futuri, ut res monstravit, imperii &c. Velix hoc uno Vopisci loco plura Aurelianii numismata explanabis, in quibus epigrapha est, SOL DOMINVS IMPERII ROMANI, vel SOLI INVICTO, insculptave Aquila, quæ rostro coronam gerat, ut apud Tristianum, tom. IIII. pag. 254.

ΚΑΙ ΚΑΡΕΩΝ Τ. Π. ΑΡΓΑΙΩ. ΤΟ. Β. Antonini Pii nummus, e Museo S. Genovefæ, in quo mons Argæus insculptus, cui apposita, ut diximus, Cappadociæ Cæsarea. Καυσαρέων τὸν Ἀργαῖον, τὸν β' subintellige Νεωκόρων. Cæsariensem qui sub Argeo, iterum Neocororum. In pagina nummi antica, ΑΥΤ. ΚΑΙ Σ. Τ. ΑΙΔ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῦσαρ Τίτος Αἰλιος Ἀσπιαρὸς Αἰτωνεῖνος.

ΚΑΠΥΑC. Nummus e Cimelio Mediceo: cujus in aversa parte caput virile diadematum, forte Capyis conditoris. Stephanus: Κέπυα, πόλις Ἰταλίας, ... τὸν Κέπυον τὸν Τρωϊκόν. *Capua, urbs Italæ... a Capy Trojanæ.*

ΚΑΡΝΗ. In schedis Pyrrhi Ligorii nummus est, cujus in parte una caput Apollinis: in aversa superficie sagitta, arcus, pharetra. Est urbs hujus nominis gemina, apud Stephanum: Phœnices altera, altera Æolidis.

ΚΕΛΑΔΩΝΑΙΩΝ. Hadriani, in Ligorii Collectaneis, cum Jovis ac Dianæ venatricis effigie.

ΚΕΛΑΙΘΡΑΙΩΝ. Severi, apud Ligorium, cum armata Pallade. Stephanus: Κελαιθρα, πόλις Βοιωτίας, "Αρύντη η σίνη, τὸν Κελαιθρευτον.

ΚΑΑΖΟΜΕΝΗ ΘΕΑ. Valeriani e Cimelio Regio. Muliebris figura sedet, dextra Dianam Ephesiam gerit. Genius ipse civitatis est, cum divinitatis prærogativa, ut in similibus nummis, ΘΕΑΡΩΜΗ.

ΚΛΑΤΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hadriani nummus, in quo uva insculpta. E Cimelio Regio.

KΟΛΑΦΩΝΙΩΝ. Getæ nummus, e Gaza Regia, in quo canis insculptus, non ut quibusdam visum est, lupus. Plinius, lib. viii. sect. lxi. Propter bella Colophonii cohortes canum habuere: hæc primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes: hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga.

KΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Pegasum is nummus insculptum præfert, ut Corinthiorum, a quibus profecti olim Corcyrae: atque hæc causa est cur & Syracusani Pegasum pariter adsciverint, ut in ipsorum nummis dicemus. Ex parte hujuscemodi nummi altera, Plautillæ caput, quæ Caracalla uxor, cum epigraphe, ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. E Museo S. Genovefæ.

ΚΟΤΙΑΕΩΝ. M. Aurelii, cum Æsculapii iconè, e Cimelio Regio, majore forma ex ære nummus.

ΚΟΤΙΑΕΩΝ. ΕΠΙ. ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ. ΚΕΛΕΡΟΣ. APX. Sub Demetriano Celere Pontifice. Macrini, cum Fortunæ vel Abundantiæ iconè, in Cimelio Mediceo.

ΚΡΟΤΩΝ. Herculis eum clava caput insculptum. In parte nummi aversa, KRIMISA, cum Nymphæ effigie, quæ urbi in Italia Crôtoni vicinæ nomen dedit. Stephanus: Κείμεσα, πόλις Ἰταλίας, πλησίον Κερταύρος καὶ Θουελίου. Λυκόφρων. Διπλοὶ Κείμεσαι νύμφαι.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΕΠ. ΛΟΥ..... Sub Lucio..... Capita duo adversa, Jovis Hammonis, & Jovis Capitolini, in nummo Macrini e Gaza Regia. A. K. M. ΟΠΕΑ. ΣΕΟΥΗΡ. ΜΑΚΡΕΙΝΟC. ΣΕ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μαρκός Οπέλιος Σεγνερός Μαχρενός Σεβαστός.

ΚΥΜΑΙΟΙC. ΑΙΔ. ΕΡΜΕΙΑC. ΠΡΥΤ. Αἰλιος Ερμίας Πρύτανος Κυμαῖος, subintellige ἀνέθηκεν, ut in Smyrnæorum nummo, ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙC; aliisque. Stat in hoc nummo inter cervos binos Diana Ephesia. Gallieni ævo cusus existimatur.

ΚΥΜΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΑ. ΕΡΩΤΟC. Æsculapii stantis effigies, in nummo Maximi Cæfaris, e Gaza Regia: Sub Praetore Flavio Pausania Erote, vel Erotis F. G. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC. K. C. Julius Verus Maximus Cæsar.

ΚΥΜΑΙΩΝ.

A D D E N D I.

577

ΚΥΜΑΙΩΝ. ΕΡΜΟΣ. *Cum eorum Hermus.* Ut infra,
ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΡΜΟΣ. Smyrnensium scilicet Cum
 mæorumque agros Hermus, in vectu limi, non modo fe-
 cundat: sed, ut Ægyptiacum Delta Nilus, facit. Plinius,
 lib. v. sect. x x x i. *A Smyrna Hermus campos facit, & no-*
mini suo adoptat. Stephanus: Ἐρμου πεδίον, τόπος πλησίον
 Κύμης. Vide & Eustath. ad Dionys. v. 779. pag. 103.

ΚΥΝΟΥΡΑΙΩΝ. Juvenile caput, Cynuri utique, qui
 oppidi conditor fuit. Stephanus: Κύνουρα, πόλις Ἀργεία,
 γῆ Κυνουρέου, πατέρος Περσέως. A Cinuro Persei F. nomen
 habet. Vide & Pausaniam libro tertio. In superficie num-
 mi aversa, Palladis caput: utrimque litteræ, Ο Φ. Est in
 Collectaneis Pyrrhi Ligorii.

Δ

ΛΑΒΡΑΝΔΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. & ΟΜΟΝΟΙΑ
ΛΑΒΡΑΝΔΑΙΩΝ. Hadriani nummi duo apud
 Ligorium: in altero sedet Juppiter cum hasta: sunt in al-
 tero capita Junonis ac Jovis. Stephanus: Λαβρανδά, κάμψη
 Καείας. Τὸ εθνικὸν, Λαβρανδών, ω̄ Λαβρανδίος, ω̄ Λαβραν-
 δεύς. Adde ex nummi fide, ω̄ Λαβρανδάιος. Strabo, lib.
 x i v. pag. 659. ibi ιερὴν Διός Λαβρανδών, ω̄ ξόανον Διός
 Σηραποῦ, fanum Jovis Labrandi, & simulacrum Jovis Mi-
 litaris fuisse commemorat.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΓΡΑ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΣ. Laodicen-
 rum Scriba Agrippinus. Cybeles cum leonibus effigies.
 Ex parte nummi altera, CABEINA. C E B A C T H.
ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Sabina Augusta Had-
 briani Augusti. Et hunc esse Laodicenorum Cariæ num-
 mum ex altero illo Hadriani liquet, qui Scribæ ejusdem
 nomen præfert.

ΑΕΠΤΙΣ. Turritum caput. Ex parte altera, ΑΓΡΙΠ-
 ΠΙΝΑ, quæ Germanici conjux fuit. E Museo S. Geno-
 vefæ.

ΑΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΓΑΜΟΥ. ΕΠΙΜΑΧΟΥ.
 Ita legit Holstenius in nummo Caracallæ, e Medicea
 Gaza. Sed haud dubie non Αιναιῶν, quorum Stephanus
 meminit, hic nummus est, ut vir eruditus putat: nam
 Αιναιῶν regionis nomen est, non oppidi: sunt autem op-

D D d d

pidis, non regionibus, præfecti Στρατηγοι, hoc est, Duumviri, seu Prætores. Sed est Μυπλωνιανος potius, quorum Prætoris nomen, ut apparet, vitiatum, emendari nisi nummo inspecko nequit.

ΑΙΑΥΒΑΙΤΑΝ. Pompeii velatum caput. In parte aversa, tripus serpente obvolutus: epigraphe, ΑΤΡΑΤΙΝΟΥ. ΠΥΘΙΑ. Ludi Pythii, edente *Atratino*. E Gaza Medicea. Fortassis est is L. Sempronius Atratinus, qui Consulatum gessit anno Urbis δ c c x x. postquam Antonius eo se Magistratu abdicavit. Vide Dionem lib. XLIX.

M

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΠΟ. ΣΙΠΥΛΟΥ. Ex parte altera, ΜΑΡΚΟΣ. ΤΥΑΛΙΟΣ. ΚΙΚΕΡΩΝ.
Marcus Tullius Cicero. Nummus est e Museo nostro: sed quem adulterinum credimus.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠΙ. ΓΡ. ΑΜΑΡΑΝΤΟΥ. ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ. Sub Scriba Amaranto Moschionis F. Diana Ephesia, & Fortuna cum temone & Copiae cornu, partæ ei oppido Abundantiae, ac tutelæ Numinis, argumenta. Gordiani junioris nummus, e Cimelio Regio, Magnesia Mændri.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠΙ. ΓΡΑΜΜΑ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ. Vulcanus sedens galeam cippo imponit, adstante Pallade. *Magnetum Mændri*, sub Scriba Marciano. Nummus Maximini e Gaza Regia.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠ. ΓΡ. ΦΛ. ΒΑΣΣΟΥ. Ἐπί Γεφυματίως φλασίου Βάσου. Caracallæ nummus, e Cimelio Regio. *Magnetum ad Mændrum*.

ΜΑΙΟΝΙΑ. Caput turritum. Ex parte nummi postica, **ΜΑΙΟΝΩΝ**, cum mulieris sedentis effigie. E Cimelio Regio.

ΜΑΙΟΝΩΝ. Mercurii effigies. Ex superficie nummi altera, Herculis caput expressum. Apud Gotifredum.

ΜΑΙΟΝΩΝ. Caput Palladis. Ex altera parte, ΕΠΙ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. Sub Demetrio Prætore. Ceres cum spicis. Ex Cimelio Regio.

ΜΑΙΟΝΩΝ. Caput Jovis. Ex parte altera, ΕΠΙ. ΑΡ-
CPIΚΩΝΟΣ. ΣΤΡΑ. Sic enim retulere ii qui num-

mum viderunt : Forte ΕΠΙ. СТРА. ΑΙCXΡΙΩΝΟC.
Sub Prætore Aeschrione.

ΜΑΙΟΝΩΝ. ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ. ΑΡΧ. Α.
 Juno velata : e Cimelio Regio. *Sub Aurelio Apphiano*
Pontifice primo. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟC.

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΤΑΜΙΟΥ. ΓΑΙΟΥ. ΠΟΠΛΙΔΙΟΥ.
 In laurea corona, e Cimelio Regio. *Quæstore Caio Pubblilio.* In parte altera caput galeatum. Et Quæstororum no-
 men nummis appositum ex isto intelligis: neque ex isto
 modo: sed & fortassis ex altero ΚΡΗΤΩΝ, in quo
 ΚΟΡ. ΛΥΠΟΥ Quæstoris nomen insculptum superius
 vidimus.

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΤΑΜΙΟΥ. ΛΕΥΚΙΟΥ. ΠΑΚΙΝ-
 ΝΙΟΥ. In laurea. Pars aversa, superiori similis. *Quæstore*
Lucio Pacinno, vel forte *Paconio*. Ex eadem Gaza Regia.

ΜΑΡΑΘΩΝ. Caput Minervæ galeatum : Mercurii, ex
 parte altera, cum epigraphe, ΔΗΜΟC. Stephano: Μα-
 ραθὼν, δῆμος τὸ Λεοντίδος φυλῆς. Vicus fuit haud procul
 Athenis, qui Marathoniæ pugnæ nomen dedit, qua in-
 genti clade Persæ ab Atheniensibus, Miltiade duce, de-
 victi.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΥΠ. ΑΥΡ. ΑΜΙΑΝΟΥ.
 Juliae Domnæ nummus e Gaza Regia, *Sub Aurelio Am-*
miano. Forte, *Damiano.* Aquila rostro coronam gerit.
 Alter Fortunam cum temone exhibet.

ΜΕΙΑΝΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΕΥΤΤΧΟΥC. ΑΛΕΞΑΝ-
 ΔΡΟΥ. M. Aurelii nummus, cum Herculis simul &
 Martis effigie: Commodi alter similis, cum Mercurio.

ΜΕΜΦΕΙΤΗC. Nummus est Antonini Pii, quo Numinis
 patrii, hoc est, Apis vice fore sibi Imperatorem Mem-
 phitæ significant. Vide KAMAPEITHC, & ΣΕΘΡΟΕΙ-
 ΤΗC. In hoc Fr. Gotifredi nummo stat Isis stolata, cum
 hysta, Api juxta apposito.

ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. L. Veri, apud Ligorium. Arion del-
 phino insidet. Fuit Methymna Arionis citharcædi patria,
 quem interficere nautis in mari parantibus, ad intercipien-
 dos ejus quæstus, e blanditum ut prius caneret cithara, con-
 congregatis cantu delphinis, cum se jecisset in mare, exceptum

ab uno Tænarium in litus pervaectum Plinius prodidit, lib. ix. sect. viii. aliquique plurimi, quos ibi appellavimus. Strabo præterea, lib. xiiii. pag. 618. "Ἐπειτα Μῆμυρα· ἐντέλετος δὲ τὸν Αἰγαῖον ὁ θάσος τῷ δελφῖνῳ &c. Est & alter Commodi nummus cum trophyo.

MΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ. *Sub Lolliano.* Alexandri Severi, e Medicea Gaza.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. E Museo S. Genovefæ: Mulier turrita stat, cum hasta, nempe Genius civitatis, una cum Jove, qui hastam puram læva, dextra aquilam gerit. In parte altera, ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΝΕP. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΡΙCT. ΣΕΒ. ΓΕP. ΔΑΚ. Iterumque in media area. ΔΑΚΙΚΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Νερόνας Τραϊανὸς "Αειός Σεβαστὸς, Γερμανικὸς, Δακικός. *Imp. Cæsar Nerva Trajanus Optimus Augustus, Germanicus, Dacicus.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΕΤ. Γ. Tranquillina nummus a Metropolitis Phrygiæ cusus, uti remur, ἔπι γ', hoc est, anno tertio principatus Gordiani junioris, cui Tranquillina nupserat. E Museo S. Genovefæ. Spicas, ubertatis symbola, nummus hic præfert.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΣΕΞΤΟΥ. *Sub Prætore Aurelio Sexto.* Mars in templo. Nummus Alexandri Severi e Gaza Regia. Metropolitarum Phrygiæ „uti remur.

ΜΙΔΑΕΩΝ. Caracallæ nummus geminus, alter cum Mercurii effigie: alter cum Serapide Jove, Cerberoque ante pedes.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. Augusti nummus, e Cimelio S. Genovefæ, cum tridente & delphinis, quæ Neptuni symbola.

ΜΥΡΕΩΝ. Gordiani junioris nummus: in quo femina (sunt qui esse Dianam Ephesiam velint) arbori insidet: sub qua homines duo nudi angues securibus cædunt.

ΜΥΡΙΝΑ. E Cimelio Regio. In eo nummo Amazonis effigies est, quæ nomen urbi dedit, uti ex Strabone didicimus, lib. xii. pag. 572. Καὶ πόλεις τὸ πάλαι ὅμολογοι ταὶ ἐπώνυμοι Ἀμαζόνων. Ἐν ᾧ τῷ Ἰλιακῷ πεδίῳ κολώνη τὸς θεῶν.

Hν̄ ἦτοι δύναμες Βαττείας πικλήσουσιν,

Ἄθαρτοι δέ τε σῆμα πολυσκόρθυμοι Μυρίνοι,

Ἄνδρες μέτα τοῦ Αμαζόνων, &c. Urbes etiam memorantur antiquitus Amazonum cognomines. Iam in Iliaco campo tumulus fuit, quem sane mortales Batieam vocant: Superi vero monumentum perniciis Myrinæ, quam unam fuisse Amazonum ferunt, &c. De Myrina Amazone, vide Dodorum Sic. lib. i i i. Tzetzem, in Lycophr. p. 49. & Hesychium. Ab Amazonibus certe traxisse nomina & alias urbes idem asseverat, lib. x i. pag. 505. in primisque Ephesum, Smyrnam, Cumam, Myrinam, Paphum: Κτίσεις γοῦ πόλεων ē ἐπωνύμαι λέγονται, καθάπερ Ἐφέσου, καὶ Σμύρνης, καὶ Κύμης, καὶ Μυρίνης, καὶ Πάφου, καὶ ἄλλα ἐπωνύματα. Myrleam quoque, lib. x i i. pag. 550. Sisyrbam denique, a qua Ephesii quidam Sisyrbitæ dicti, lib. x i v. pag. 633. Ex harum numero Smyrnæ, Cymen, Myrinamque in nummis vidimus. Sunt & qui Μαγνησίας accenseant, de qua superius egimus suo loco: his vero ne assentiamur, deterrent argumenta duo: & quod de Magnesia Amazone scriptores silent, & quod in nummis effigies ea quæ muliebri habitu pingit, cum ea appellatione, præ se fert Amazonum insigne omnino nullum: non bipennem, pharetramve, aut quid aliud simile: denique, quod nihilo magis Μαγνησία Amazonis in eo numero nomen videtur esse, quam vel in altero Μαγνοίᾳ, quem suo pariter loco attulimus, etsi is caput similiter turritum exhibet, ex parte postica Μαγνών: vel in tertio denique Φωργύεων, cuius in superficie altera est Φωκέα, cum turrito capite. Quid quod Magnetes Asiae, sive qui ad Mæandrum amnem appositi, sive qui ad Sipylum montem, traxere nomen a Magnetibus Thessaliæ, qui ad Peneum fluvium, montemque Pelium, habitarunt, ductuque & auspiciis Prothoi contra Trajanos militaverunt? Id certe conceptis verbis Conon asseverat, apud Photium, in Bibl. cod. c l x x x v i. cap. x x i x. Magnesiam vero Thessaliæ a Magnete Argi filio nomen esse fortitam, auctor est Antoninus Liberalis, in Metam. cap. x x i i i. Quis ergo hic Amazoni Magnesiæ locus?

ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΜΑΥΡΗ. ΠΡΩΤΕΟΥ. Sub Praetore M. Aurelio Proteo. M. Aurelius, &

D D d d iij

Commodus, in eo Regiae Gazæ nummo quadrijugo curru vehuntur. Ex parte altera, ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. Κ. Λ. ΑΥ. ΚΟΜΟΔΟΝ. Commodi caput. Αὐτοκράτορας Καισαρεὺς Δεύτερος Αύγουστος Κόμοδος, subintellige, ἐπίμοσα. Hæc enim forma loquendi in nummis Μυτιληναῖων obvia.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Dianae venaticis effigies. Ex superficie altera, ΕΠΙ. ΣΤΡΑΤΑ. ΣΕΒΑΣ. Ἐπὶ Στρατῷ Σεβαστῷ. Sub Praetore Augusto. Hadriani caput laureatum. Ut Athenis Archon Hadrianus fuit, (ita prodente Spartiano, quem suo loco appellavimus,) sic Mytilenæ Στρατῷ, qui magistratus idem plane cum Archonte est. Est hic nummus e Cimelio Regio.

ΜΥΤΙΛΑ. ΑΛΚΑΙΟC. Ex parte altera, ΠΙΤΤΑΚΟC. Alcæum poëtam, & Pittacum e septem sapientibus unum, populares utique suos, Mytilenæi nummis suis insculpere, ut Aratum Chrysippumque Pompeiopolitæ. Strabo, lib. xiiii. pag. 617. ubi de Mytilene: "Ανθρας δ' ἔχει ἀδόξους τοπαλαιὸν μὲν Πίττακον ἔνα τὸ πλέον σοφῶν, καὶ τὸ ποιητικὸν Ἀλκαῖον, &c. Est hic nummus e Museo Franc. Gotifredi.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ. Sub Praetore Menemacho. In eo Regiae Gazæ nummo, Caracalla curru quadrijugo vehitur.

N

ΝΑΑΡΔΑΝΩΝ. Trajani nummus apud Ligonium, cuni trophæo. Stephanus: Ναάρδα, πόλις Συρίας, ωρὶς τῷ Εὐφράτῃ... τῷ ιθνῷ, Ναάρδανός. Naarda, urbs Syriae ad Euphratrem Gentile nomen Naardanus. Ptolemaeo pariter juxta Euphratrem in Mesopotamia, lib. v. cap. xviii. Ναάρδα. Josepho, lib. xvi. Antiq. cap. xi. Ναάρδα δὲ Βαβυλωνίᾳ δεῖ πόλις, ἄλλως περιπλανήσασα, καὶ χάρακος γῆς τῷ πολλῷ ἔχουσα, οὐδὲν δὲ λοιπὸν αὐτῇ τοιοῦτον οὐδὲ πλειον. "Ἐπι δὲ τῷ πολεμίῳ τοιούτῳ δέμοις, τοιούτῳ περιπλανήσασα, τοιούτῳ πολλῷ πλειον. Nec patet assultibus hostium, cincta fluentis Euphratis, ac firmissimis manibus. Nota ex nummis præcipue Trajani in Mesopotamia & circa Euphratem expeditio est.

ΝΑΚΟΛΕΩΝ. ΕΠΙ. ΑΚΥΛΑΙΟΥ. ΠΡΟΚΛΟΥ.

Trajanus nummus e Gaza Medicea. *Sub Aquilio Proculo.*

Legit Holstenius, ΕΠΙ. ΑΚΥΛΑΤΟΥ. ΠΡΟΚΛΟΥ.

ΝΑΡΜΑΛΕΩΣ. Apollinis Narmalei effigies in nummo

Claudii Imp. apud Ligorium. Urbs est Pisidiæ Narmalis,

Ephoro ita prodente apud Stephanum: Νάρμαλις, πόλις

Πισιδίας. οἱ πλάται, Νάρμαλεῖς.

ΝΕΑΝΔΡΕΙΑΙΩΝ. Valeriani, apud Pyrrhum Ligorium,

cum Diana capite & pharetra. Neandros est in Æolide

oppidum Plinio, lib. v. sect. xxxii. Νεανδρία Straboni,

lib. xiiii. pag. 604. cui & gentile nomen Νεανδρός. Ste-

phano, Νεανδρεία, & Νεανδριον.

ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΕΠΙ. ΠΟΠΛΙΟΥ. ΟΥΙΤΕΛ-

ΛΙΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Germanici nummus, e Gaza

Regia, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. *Sub Publio Vi-*

tellio Proconsule. Germanicus Cæsar.

ΝΙΚΑΙΕΙC. ΘΗCΕA. Commodi nummi duo, in qui-

bus Hercules insculptus, e Gaza Medicea, & Gotifredi

Museo. Nicæenses Theseæ venerantur. Inter heroas Ni-

cææ Præsides atque Custodes, ut Hercules, sic & The-

seus, locum habuit.

ΝΙΚΑΙΩΝ. In Sirmondi nummis, teste Holstenio. Pli-

nus, lib. i v. sect. xxiiii. *Et hactenus quidem Cycladas*

servant: ceteras, quæ sequuntur, Sporadas. Sunt autem

Helene, Phacussa, Nicasia, &c. Prius legebatur in li-

bris ante nos editis, Helene, Phocassa: Phocesia. In MSS.

postrema vox Hecasia scribitur: Nos vocem utramque

ex Suida Stephanoque sanavimus. Hic enim, Φωκασσα

γῆσσι habet: & a lente, Φωκός, nomen cæ traxerunt. Ita-

rumque alibi: Νικησία, γησίδιον μικρὸν πλανόν Nέξου. Τὸ

ἐθνικὸν, Νικησίη, quæ Suidas quoque habet. Nunc Ni-

cacia apud incolas Rachia nomen obtinet.

ΝΙΚΑΤΟΡΕΙΤΩΝ. ΣΕΔΕΥΚΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Qui oppidi nempe conditor, ut diximus. Apud Ligorium.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΑΝ ΕΠΙ ΣΤΡΑ... ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ.

Sub Praetore Tertullo. Iuliæ Domnæ nummus, in quo vir

rupi seu morti insidet, quem Hæmum esse epigraphè

admonet, AIMOC. Spectat hic nummus igitur ad Ni-

copolini Thracicam, quæ ad *Mestum* cognominatur. Est e Museo. Franc. Gotifredi.

N I S I B I S.

KΩΛ. NECIBHNΩΝ. Alexandri Severi nummus, in quo caput turrellum, cum stellis duabus, Castorum, ut videtur, insigni. Stephano, ut diximus, Νίσιβις, & Νεισίβις est: Gentile nomen, Νεισίλως, & Νισίλως. Deductæ eo coloniæ Dio quoque meminit, lib. xxxv. ubi & oppidi situm describit.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. ΝΕΙΣΙ. Seleuci Nicatoris nummus, a Tristano allatus, in calce Tomi secundi, ubi quo spectet illud ΝΕΙΣΙ. hæret, cum Nisibin oppidum indicet. Est autem hic Seleucus Syriæ rex, ejus nominis sextus, Antiochi Epiphanis, qui & νισι. nominis illius, F.

N O M B A I ΩΝ. K O I N O N. Claudii nummus, apud Ligorium. Stephanus: Νόμβα, πόλις δὲ Ἰουδαίας... τὸ ἔθνος, Νομβαῖς. Ex Josepho, lib. vi. Antiq. Jud.

N O R A. Domitiani nummus, apud Ligorium, habere hanc epigraphen dicitur: **C O L O N I A. F L A V I A.** **N O R A. A V G V S T A.** Est urbs Sardiniae insulae, Ptolemæo lib. iii. cap. iii. Νᾶρε πόλις. Incolæ Plinio dicti *Norenſes*, lib. iii. sect. xiiii. Hodie *Nori*.

O

ΟΛΟΝΤΙΩΝ. Nummi Ligoriani. Stephanus: Ὁλοδε, πόλις Κρήτης. Ξείρων δὲ τοῖς Κρητικοῖς. Οὐ πολίτης, Ὁλονόπτερος. Meminit ejus oppidi & Scylax in Κρήτη.

ΟΛΥΚΡΑΙΩΝ. Gordiani nummis, cum effigie navis, apud Ligorium. Stephanus: Ὁλύκρα, πόλις τελείη Νάυπατον. τὸ ἔθνος, Ὁλυκρᾶς.

ΟΛΥΜΠΑΙΩΝ. Ligorii nummus, in quo serpens multis implicitus spiris. Stephano: Ὁλύμπη, πόλις Ἰλλυρίας... τὸ ἔθνος, Ὁλυμπᾶς, καὶ Ὁλυμπεύς

ΟΝΘΥΡΙΑΙΩΝ. Pyrrhi Ligorii nummus argenteus, cuius pars una Palladis, altera bovis caput, vel Theſſali, præfert. Stephanus: Ὁνθύριον, πόλις Θεοσαλική, τεχνὴ τῶν Ἀριών. τὸ ἔθνος, Ὁνθύριος.

ΟΞΥΡΥΓΧΙΩΝ. Antonini Pii, apud Ligorium: in quo Osridis,

Osridis, Isidis, Harpocratisque, insculptæ imagines.

ORICVM.

COL. CLAVDIA. ORICOS. APOLLINAR.

A V G. Apollinis lyra, quod hunc Deum civitas ea
Præsidem & Custodem haberet: unde & ei cognomen.
Ex parte altera, TI. CLA V D I V S. AVGVSTVS.
E Ligorii Collectaneis. Plinio, lib. 111. sect. xxvi.
in confinio Albaniae & Epiri, *Oricum a Colchis conditum.* Ωρικός Stephano, & Appiano, lib. 11. Bell. Ci-
vil. pag. 462. Nunc *Orfo.* Apud Gruterum, pag. MCVI. 7.
ORICO. VICO. APOLLIN.

OPΘΩCIEΩN. Caracallæ nummus e Gaza Regia, in
templo quatuor columnarum Astarten exhibit.

OPΘΩΣΙΕΩN. Vespasiani nummus, e Gaza Regia: in
quo Castor & Pollux in equis: qui cum & in Tripolita-
rum Syriæ, Ascalonitarumque nummis occurrant, ad Or-
thosiam ejusdem quoque tractus pertinere hunc nummum
admonent.

OPΘΩCIEΩN. Cupido alatus. In parte nummi altera,
IEPA BOΥΛΗ, cum velato capite: quale in nummis
Pessinuntiorum aliisque Asiae minoris occurrit. Quare hunc
nummum Orthosiæ Caricæ adscribimus. Fecit nobis hu-
jusce nummi copiam pro singulari humanitate amicitia-
que P. Ludovicus Iobert, e Societate nostra, veteris rei
Nummariaæ, præter dotes ceteras, in primis peritus.

Π

ΠΑΤΡΕΩΝ. ΑΡΙΣΤΑΡΧΟC. ΔΑΜΗΝΟC. Pa-
trensum Prætor *Aristarchus Damonis* F. Δάμων^Θ,
ut alibi monuimus, pro Δάμων^Θ Ionice. Apollo πολεῖτης
in eo nummo pingitur. Est e Cimelio Regio. Sunt & apud
Angelonium duo: ΜΗΤΡΟΔΩΡΟC. ΜΕΝΕΚΛΕΟΥC.

ΠΑΤΡΕΩΝ. Metrodorus Menecles F. Prætor *Patren-*
sium. Et ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟC. ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ.

ΠΑΤΡΕΩΝ. Nicostratus Callistrati F. In Gaza Regia,
ΑΙΣΧΡΙΩΝ. ΛΥΣΙΑ. ΠΑΤΡΕΩΝ. Άεσχριον *Lysias* F.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚ. ΕΠΙ. ΣΤ.
ΑΥΡ. ΔΑΜ. ΑΣΙΑΡ. Άesculapius, & Fortuna cum
temone, in Valeriani nummo, e Gaza Regia. *Pergame-*

ΕΕε

norum, qui primi tertium Neocori fuere, sub Prætore Aurelio Damasice F. Asiarcha.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΔΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙ. ΣΤΡΑ.
ΤΥΛ ΚΡΑΤΙΠΠΟΥ. Nummi duo e Gaza Regia:
alter M. Aurelii, cum Jovis effigie, dextra Palladem, ha-
stam læva tenentis : L. Veri alter, in quo Bacchus cum
panthera. *Sub Prætore Tullio Cratippo. Pergamenorum
bis Neocororum.*

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠ.
C. ΚΟΜΦ ΓΛΥΚΩΝΟΣ. ΘΕΟΔΟΤΟΥ. Her-
cules stat, clavæ innixus : sedet Juppiter, cui dextram
fulmen armat, in nummo Q. Herennii, e Gaza Regia.
*Pergamenorum qui primi ter Neocori fuere, sub Prætore
Cominio Flavio Glycone Theodoti F.*

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Serapis & Isis in parte priore, in postica
Harpocrates. E Cimelio Regio.

ΠΕΓΓΙΝΟΥΝΤΙΩΝ Faustinæ junioris nummus, e Mu-
seo S. Genovefæ, cum Harpocratis iconе, digitum ad-
moventis ori, læva Copiæ cornu gestantis, qua forma &
in icuncula ænea expressum vidimus. Colebatur is silentii
Deus ab Ægyptiis in primis, cum Iside ac Serapide, ut
refert August. lib. xviii. de Civit. Dei, cap. v. Hujus
Naso meminit, tacito nomine, cum Ægyptia numina
recenset, lib. ix. Metam. v. 692.

Sancta que Bubastis, variisque coloribus Apis,

Quique premit vocem, digitoque silentia suadet, &c.

Est autem is & in Pessinuntiorum nummis, quod Gæ-
cum aīunt Philosophum hunc fuisse, qui silentium & suis
præciperet, & rebus omnibus anteferret. Sunt & L. Veri
nummi, cum eadem epigraphe, effigieque Cybeles, in
Cimelio Mediceo: sunt & Caracallæ alibi, cum Cerere.

ΠΡΟΓΑΣΕΙΑ. Ligorii numinus, cuius in parte altera
Neptunus, tridens in altera. Stephanus: Περγάσεια, πόλις
Ανδας, ἐπὶ Περγάσου θύμος Μελάμπου. Τὸ εἴθικεν, Περγάσειος.

Σ

Σ ΑΜΙΩΝ. Mulier cum clypeo quem læva gerit, in-
silire in scapham e litore videtur, iamque pedem in
eam unum inferre. Admeta Eurysthei filia esse ea vide-

tur, quæ Tyrrhenos fures insequitur, répetitura vi ab iisdem Junonis simulacrum quod illi abstulerant: aut Dea ipsa eo picta habitu. Narrat hanc historiam Athenæus, lib. x v. pag. 672. ex Menodoti Samii commentariis.

**C A P Δ I A N Ω N. Δ I C. Ν E Ω K O R Ω N. E P I. E P I G E-
N O Y C.** *Sub Epigenie Piætore*, vel ludorum Agonotheta. In infima nummi parte, **Φ I L A Δ E Λ Φ E I A**. Stat concordia, in hoc Severi nummo, Caracallam inter ac Getam: a quibus nomen accepere **Φ I L A Δ E Λ Φ E I A** certamina, ut diximus in nummis **Π E R I N Θ I Ω N**. Est e Cimelio Franc. Gotifredi.

Σ E B A S T H N Ω N. B A S I A I S S A. I O T A P H. *Sebastenorum. Regina Iotape.* Fuit hæc Jotape Antiochi tertii Commagenorum reguli filia, conjux Alexandri, qui Herodis Magni pronepos, in Cilicia regulus Sebastenorum a Vespasiano est constitutus: ut refert Josephus, lib. xviii. Antiq cap. viii. Ea marito mortuo in societatem ejus regni, ut credimus, fratrem adscivit, jam Commagenorum mortuo patre regulum, Antiochum ejus nominis quartum, cuius in parte nummi hujus aversa depicta effigies est, cum epigraphe, **B A S I A. M E G. A N T I O-
X O S. E P I. Βασιλέως Μέγας Ἀντίοχος Ἐπιφανής. Rex Ma-
gnus Antiochus Epiphanes**, in Gaza Regia. De voce ea **Ἐπιφανῆς**, in nummis **Ε Δ E Σ Σ H N Ω N** diximus. Ob communicatum certe imperium cum fratre, **Φ I L A Δ E Λ-
Φ O S I O T A P H** vocatur, ut vidimus, in nummis **K O M-
M A G H N Ω N**. Quare & in nummo **K O M M A G H N Ω N** altero, epigraphe adjecta **Π I C T I C**. *Fides*, junctæque manus inter se, ut in nummis Pupieni atque Balbini, qui sic inscribuntur, **A M O R M V T V V S. C A R I T A S
M V T V A. C O N C O R D I A. A V G G.** Dedit ea nomen oppido in Cilicia, de quo Plinius, lib. v. sect. xxii. *Arsinoë, Iotape, &c.* quem locum nos primi sanavimus, ubi prius perperam legebatur, *Arsinoë, Tabæ*, cum sint Tabæ in Lydia procul ab hoc tractu terrarum positæ: sit autem *Iotape* in Cilicia, cum Arsinoë, Ptolemaeo, lib. v. cap. viii. alisque, quos ibi appellavimus. Sed ut ad nummum redeamus, sunt hi Sebasteni ejus urbis cives,

quæ Ptolemaeo Σελαγὴ in Cilicia vocatur, loco cit. Stephano quoque, quem mox appellatur sumus. Sed opera pretium sane fuerit hoc loco obiter Josephi locum emendare, in quo de Alexandro proxime laudato agens, Γαμεῖ δὲ εὗτος, inquit, Ἀντίχειν τὸν Κομμαγηνὸν βασιλέως θυγατέρα Ιοτάπην, κόσιδος περὶ τὴν Κιλικίαν Οὐεσπασιαὸς αὐτὸν ἰζαται βασιλέα. Ubi Latinus interpres: *Hic Antiochi Commagenerorum regis filiam duxit Iotapen, & Lesis in Cilicia rex a Vespasiano constitutus est.* Ac nuper Arnaldus Gallice: *Il luy donna le Royaume d'Esis en Cilicie.* Atqui nec Lesis nec Esis nota priscis scriptoribus, & sunt exæ voces figmenta hominum Τύλος ἀγωγαφήτων. Lege, νοτίδος περὶ τὴν Κιλικίαν, insulæ in Cilicia regulus est constitutus: assumpta priore vocis ejus νοτίδος littera ex antecedente vocabulo Ιοτάπην, quo absorpta hæc fuerat: cum geminari ibi eam oportuisset: familiari amanuensibus in MSS. exemplari bus vitio. Quæ porro νοτίδος a Josepho appellatur, ea a Stephano χερρόνος dicitur: Σελαγὴ . . . τὸ θύνεο, Σελαγηνός. Δέχεται γὰρ τὸν Κάρπου χερρόνος οὐτῶν. Vocatur etiam Sebaste Cherronesus que juxta Corycum est. Legendum enim τοῦ τὸν Κάρπου. Nam Ptolemaeus loco cit. Τῆς ιδίας Κιλικίας, Κάρπου, Σελαγῆ. Simili modo urbes maritimæ complures, forte quod in æstu circumilluantur mari, a Stephano aliisque νησοὶ appellantur, quæ sunt æstu abscedente χερρόνοι, hoc est, terræ in insulæ modum mari circumdatae, unoque tantum & eo quidem angusto spatio, quod Isthmus appellatur, continent adjunctæ. Denique regulum insulæ ejus ac finitimi agri cum audis, eodem jure hæc tenuisse scito, quo ditiones suas ii qui reguli Chalcidis, Emesenorum, &c. apud Josephum pariter appellantur. nostram igitur emendationem quatuor omnino argumenta stabiliunt: Primum, quod Jotape conjux sit Alexandri Cilicum regis: Alterum, quod eadem sit βασιλισσα Σελαγηνῶν. Tertium, quod Σελαγὴ in Cilicia sit, auctore Ptolemaeo, juxta Corycum. Quartum, quod eadem sit Χερρόνος Stephano, hoc est, pæninsula: pæninsulas autem & νησῶν quoque seu insularum appellatione venire interdum, tralatitium est. Sic Pelopis insu-

Iam dixere Peloponnesum, quam esse pæninsulam constat, & per Isthmum continentis adnecti. Miscent omnia, qui vel Antiochum tertium signari in hoc nummo putant: vel Augustam Euphratesiam, quæ Commagene ipsa est, Augustophratensis dicta Victori, in Vespasiano: Αὐγούστα Εὐφράτην Græcis, non Σελεῖτη: nec in nummis aliter exprimi solita, quam voce K O M M A T H N Ω N: cum sit Αὐγούστη non oppidi nomen, sed merum regionis totius cognomen.

C E Θ P O E I T H C. L. IE. Antonini Piι nummus e Cimelio Regio, anno principatus ejus i.e. hoc est, x v. cūsus. Stat Imperator paludatus, Apollinis Sethroītæ habitu, hastam dextra tenens, avem lœva gestitans, lotum in capite, hoc est, Aegyptiam herbam, quæ similis fere papaveri est, capitibusq; Ägyptiorum Numinum imponi sacerdotiū numero solet. De loto Plinii vide, lib. x i i i. sect. x x i i. Apollinem vero hic adumbrari, qui coleretur a Sethroītis, ex ave conjicimus, nec temere, uti remur: ita prodente Hygino, in Astron. Poët. cap. x x v i i i. de Capricorno: Ägyptii sacerdotes, inquit, & nonnulli poëtæ dicunt, cum comitores dii in Ägyptum convenissent, repente venisse eodem Typhona acerrimum giganta, & maxime Deorum hostem: qui timore permotos in alias figuræ se convertisse, Mercurium fictum esse Ibin, Apollinem autem quæ Threīcia avis vocatur, Dianam cato (legunt æluro alii, quod idem est,) simulatam. Quæ sit avis Threīcia, docet Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. x x v i i i. Απόλλων μὲν ἐγένετο ἱεραχξ, Ερμῆς δὲ Ισ. "Αρης δὲ λεπιδωτὸς ἡρῷς, "Αρτεμίς δὲ αἰλουρος, τραχὺς δὲ εικόνεται Διόνυσος, βοῦς δὲ Ηφαίστος, &c. Sed pro ἱεραχξ, legerem κόραχξ, ut non accipitrem, sed corvum esse intelligeres: uti ex Nasone scimus, lib. v. Metamorph. v. 329. ubi hanc ipsam Deorum mutationem refert:

Delius in corvo, proles Semeleia capro,
Fele soror Phœbi, nivea Saturnia vacca,
Piscis Venus latuit, Cyllenus Ibidis alis.

Et sane corvus propter auguria Apollini sacer est, ac Phœbeius ales ab eodem vate, lib. i i. v. 545. idcirco

vocatur. Sed avis in nummo depicta magis est affinis accipitri, quam corvo: & accipitrem tota Ægypto coli auctor est Strabo, lib. x.vii. & Thracia denique avis de accipitre commodius potest, quam de corvo, intelligi: quod Plinius refert, lib. x. sec. x. *In Thracia parte super Amphipolim homines atque accipitres societate quadam auctorari, &c.* Ubi nostras vide in eum scriptorem Notas. Itaque Antoninum vice Apollinis Sethroïten Dœum esse hoc nummo ejus oppidi cives significant: ut M. Aurelium Nysæi sibi Dei Luni vice fore supra testati sunt, eo nummo quem K A M A P E I T H C inscripserunt, quod in eo Cretæ oppido coleretur: ut ipsum Antoninum Apis vice Memphitæ, in nummo supra allato, M E M Φ E I T H C.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩ. Π. ΚΑΛΥΚΑΔ. Balbinus in equo, arula juxta posita. In pagina numini antica, Balbinus iterum capite laureato: ΑΥΤ. Κ. ΔΕΚ. ΚΑΙ. ΒΑΛΒΕΙΝΟC. C E B. *Imp. Cæsar Decimus Cælius Balbinus Aug. E Museo S. Genovefae.*

ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΝ. Medusæ caput. Ex parte nummi altera, uva. E Museo Franc. Gotifredi.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΕΡΜΟΚΛΗC. Turrita mulier dextra victoriolam gerit.

ΑCΙΑ. ΣΜΥΡΝΑ. Asiam turrita mulier exhibet, lœva hastam vibrat, generositatis insigne, cuius gratia & Damæa olim vocitata est, auctore Eratosthene, ut diximus in nummo ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. Smyrne Amazon bipennem gerit, vulgare fere Amazonum symbolum. In summa nummi parte, ΟΜΟΝΟΙΑ, Concordia scilicet, foedusque initum Smyrnæos inter ac reliquas Asiae civitates, quod quidem foco ibi posito ante pedes, pateraque, quilibare videtur Asia, planissime significatur. In parte ima, ΕΠ. C. ΠΩΛΛΙΑΝΟΥ. Nos legi ΠΩΛΛΙ. ANΘY. jubemus, hoc est, ὅπι Στρατηγὸς Πολλίωνθ' Αἰθύπατον, Sub Prætore Pollione Proconsule, & quod apud Arisidem, ut diximus, Πολλίων occurrit, ἀρχῶν τὸν Ασίας, quod idem atque ἀθύπατος videtur: & quod ἀθύπατος inscribi nummis sape vidimus, ΕΦΕCΙΩΝ in primis: & quod deni-

quæ eundem esse Smyrnæorum Prætorem, Asiamque Proconsulem, qui ob utramque illam sibi impositam a Communi Asiam Smyrnæorumque Senatu provinciam, insculpi nummo Asiam Smyrnæamque jussiterat, quibus unus præterat, simillimum veri est. In pagina nummi altera, A.Y. KAI. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. *Imp. Cæsar M. Ant. Gordianus*. Fecit nobis hujusce nummi copiam pro sua singulare humanitate P. Ludovicus Iobert, e Societate nostra.

CΜΥΡ. ΣΤ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΟΦΙΚΤΟΥ. Nummus M. Aurelii, e Gaza Regia, in quo muliebri habitu sedet Genius civitatis, hastam puram læva, dextra templum gestans. Est & alter Faustinæ conjugis, cum Fortunæ vulgari effigie, atque insignibus, temone scilicet, & Copiæ cornu, cum epigraphè, ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΚΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΟΦΙΚΤΟΥ. Επὶ Σηετῆσθ Κλαυδίου Περικλου Σοφίου. Is est Claudio Aurelius Proclus, de quo diximus in nummis ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ. Et patria & ætate diversus a Proclo Sophista Naucratite, eodemque Atheniensi, impetrato ibi jure civitatis, de quo Philostratus, lib. II. de vitiis Sophist. pag. 598.

T

TΑΜΒΡΑΚΗΝΩΝ. Severi, apud Ligorium, cum effigie Apollinis ac Dianæ, Meminere ejus oppidi Polybius, in Excerptis, lib. x. & Stephanus: Τάμβραξ, πόλις Παρθιαστῶν ἐθνῶν, Ταμβράξιος, οὐαγὸς τῶν χαλεπῶν. De victoria Severi Parthica diximus, verbo PARTHIA.

TΑΜΥΝΑΙΩΝ. Severi nummus, apud Ligorium, cum Apollinis capite laureato radiatoque. Urbs fuit in Eretiaaco Eubœæ insulæ tractu. Strabo, lib. x. pag. 447. Επὶ τῆς Ερετιακῆς πόλις ιων Τάμνων ιερῷ τοῦ Απόλλωνος. Αδμίτου ἦ θρυμα λέγεται τὸ ιερόν, &c. Ceterum in Eretiacæ ditione urbs fuit Tamynæ nomine: & fanum Apollinis, cunctum, ut perhibetur, ab Admeto, &c. Et Tamynæ Jovis ibi templum fuisse, auctor est Stephanus.

TΑΟΥΙΑΝΩΝ. Caracallæ, in Cinelio Seren. Ducas Etruræ; cum ara & serpente, quod Aesculapii symbolum;

C E . T P O . TΑΟΥΙΑΝΩΝ. Severi nummus in eodem

Cimelio, in quo Apollo insculptus cum lyra, sub lauro.
Σεπτιμίας, vel Σεπτιμίας Τερψιχορτασίας.

Treviri. DIVO. MAXIMIANO. SENI. OPTIMO.

Caput Maximiani velatum, ejus qui Diocletiani in imperio collega. In superficie nummi altera. REQUIES OPTIMOR. MERIT. P. T. *Requies optimorum Meritorum. Percussa Treviris.* Sedet idem Imperator in sella curuli, baculumque Imperatorum læva gerit.

TYRVS. Nummum Caracallæ, in quo mensa posita, urnæque ludorum, cum epigraphe, SEPT. TYRVS. METRO. COLONIA. Et in parte ima, HERACLIA. Holstenius in Stephanum, verbo Ηεράκη, sic perperam legit, SEPT. URBS &c. & ad Heracleam Thraciæ refert: cum ad Tyrum spectet haud dubie, cui Septimia prænomen fuit, juraque Coloniae ac Metropoleos attributa, quibus omnino Heraclea caruit: donatam Tyrum nummi alii, quos appellavimus, edocent. Sunt autem Ηεράκη ibi certamina, quæ in honorem Herculis Tyrii edi in ea civitate solerent: eademque ΉΡΑΚΛΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ in alio pariter a nobis allato numismate appellata. X

XAΙΡΩΝΕΩΝ. Triplex apud Pyrrhum Ligorium nummus: primus Jovem Πανέλλια Junonemque Σωτήρα: Apollinem alter, cum tripole: Minervam tertius, cum noctua exhibet. Χαρώνεια oppidum fuit in confinio Boeotiae Phocidisque positum, teste Ptolemaeo, lib. i i i. cap. xv. Plinio, lib. i v. sect. x i. aliisque. Gentile nomen Stephano, Χαρωνός. Hæc Plutarchi patria.

ΧΑΛΑΣΤΡΑΙΩΝ. Hadriani nummus, apud Ligorium, cum Bacchi effigie. Plinio, lib. iv. sect. xvii. in Macedoniæ Thraciæque confinio, *In ora sinus Macedonici, oppidum Chalastra.* Stephano: Χαλαστρα, πόλις Θράκης, ἡθι τὸν Θερμαϊον κόλπου.... ἐπολίτης, Χαλαστραῖος. Vide Plinianas notas.

Ω

ΩΚΑΛΕΙΑ. E Collectaneis Ligorii nummus, in quo Apollinis caput expressum: lyra, ex parte altera, intra coronam lauream. Oppidum est Boeotiae Ocalee Plinio, lib. iv. sect. xii. Stephanò, Ωκελέα, πόλις Βοιωτίας. Ωκελέα Didymo, in Iliad. β. Catal. v. 8. & Apollodoro apud Stephanum.



ERRATA OPERARUM ET CURÆ SECUNDÆ.

Pag. 6. v. *antepenult.* reponendum. *Adde*: ut in *Cara-*
callæ nummo, e Cimelio Sereniss. Ducis Etruriæ le-
gerunt alii.

Pag. 27. v. 6. Ex altera superficie, M. ΛΕΠΙΔΟΣ. *Lege*,
Ex altera superficie, ALEXANDREA. Caput tur-
ritum. Apud Occonem, pag. 21. *Deinde*, *nummus alias*
a priore diversus, M. ΛΕΠΙΔΟΣ, &c.

Pag. 28. v. 35. Urbis annus DCCCCLXXI.... Elagabali se-
cundus. *Lege*, Urbis annus DCCCCLXX.... Elagabali
primus.

Pag. 31. v. 6. Cretenses. *Adde*: Est hic nummus e Cimelio
Regio.

Pag. 35. v. 27. *Pretores*. *Adde*: Præfert autem hic nummus,
quod pæne exciderat, ingens quoddam ædificium, cui
Aquila insidet: quo symbolo urbem indicant sub Impe-
ratoris Romani tutela esse. Supra curru quadrijugo vehi-
tur Imperator ipse, Solis effigie. Annus insuper adjectus,
ET. CKH. *Annus ccxxxviii*. qui Urbis Romæ fuit,
ex superiori computo, DCCCCLXXVII. Alexandri Se-
veri, cuius hic nummus est, quartus. Sed sunt præterea
notæ annorum adjectæ in eo nummo in quo sumus, ET.
CKH. ἔτη σκή. anno ccxxviii. qui anno Urbis Romæ
DCCCCLXXVI. plane respondet, Alexandri Severi fere
tertio. Ingens ædificium hic pariter nummus exhibit,
Aquilamque, & Solis habitu Imperatorem, vectum qua-
drigis.

Pag. 38. in AMICOR. v. 25. *Adde*: Sunt & alii sub eodem
Principe cusi nummi, AMICOR. ΕΑΕΥΘΕΠΑC. ETOYC.
PΣΔ. *Anno clxiv*. cum Capricorno & Corpu copiæ:
Alter, ETOYC. PEΓ. *Anno clxvi*. cum Mercurii
FFff

effigie: uterque e Cimelio Regio. Is vero qui annum indicat ΡΞΓ, CLXIIII. Palladem exhibet, galeato capite: dextraque victoriolam, læva clypeum gerit.

Ibidem. v. 33. e Cimelio Regio. *Adde:* Victoria bijugo curru vehitur. Annorum notæ adjectæ, CME. hoc est, cxxxxv. qui annus incidit in annum Caracallæ tertium fere, Urbis Romæ DCCCCCLXVI.

Pag. 43. v. 7. navis premit. *Adde:* Astarten eam esse Syriæ peculiarem Deam haud levia suadent argumenta.

Pag. 46. v. 13. quæ ad Euphratem vocatur *Adde:* Cave porro Holstenio credas hanc Antiochiam, cum altera miscenti, quæ Nisibis quoque appellatur: hæc enim in Arbelitide, quæ pars est Assyriæ, ubi Darium Alexander debellavit, sive Mygdonia, posita est: ultra Mesopotamiam, Euphratemque, ac Tigrim: illa, in Commagene, ad Euphratem, in Mesopotamia Syriæque confinio. De postiore Plinius, ut diximus, lib. v. sect. XXI. De priore, quæ Nisibis, lib. vi. sect. XVI.

Pag. 48. v. 27. Elagabali supremus. *Lege*, Elagabali tertius.

Pag. 51. v. 28. DCCCLIX. *Lege*, DCCCLX.

Pag. 56. v. 36. de qua lib. v. *Lege*, de qua Plinius lib. v.

Pag. 57. v. 4. nondum occurrit. *Adde.* Priores tamen numeros, a quibus id cognomen abest, si quis in Ciliciam malit ablegare, haud ægre sane, si quo id ideoneo comprobet argumento, assentiar.

Pag. 57. v. 4. nondum occurrit. *Adde:* Nec movere quenquam debet, quod Gordiani nummus Cybelen insculptam Attenque præfert, uti ab Albrico depingitur, lib. de Deorum Imagin. cap. 12. *Currus autem Cybeles a leonibus trahitur, coronamque turritam in capite gestare dicitur.* Pingitur juxta eam in curru Ates puer nudus &c. Sed & braccatus alibi & cum pileo Phrygio pingitur, ut apud Spanhem. pag. 625. August. lib. vi. de Civit. cap. 7. *Ates pulcher adolescens ab ea dilectus, & muliebri zelo abscessus.* Hæc, inquam, numina, etsi Phrygiæ propria, & apud alias tamen gentes ac civitates cultum invenere.

Pag. 58. v. 6. annum CLXIIII. indicant. *Adde:* Vel forsitan Apamenium æræ, quæ biennio post Seleucidarum epo-

cham cœpit, anno Urbis Romæ CCCCXLIV. Rullo & Rutilio Coss. si Chronico fides, quod Alexandrinum vocant, ad annum tertium Olympiadis CXVII. Ἀπὸ τούτων τὸν οὐαδὸν Φιρίζονται τὰ ἐπὶ τῷ Συρμακεδόνων ἡγεμονὸν καὶ Ἀπαμέων. Ab hoc anno incipit Chronologia Syromacedonum, sive Apamenium.

Pag. 60. v. 7. Apamenium. *Adde*: vel potius, uti remur, ΕΠΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ. ΑΡΤΕΜΑ. Γ. ΑΠΑΜΕΩΝ. ΝΕΩΚ. Nam istud ΝΕΙΚΟΜΗΔ. Occonis pigmentum videtur: & nos hac postrema epigraphe insignitum ejusdem Severi nummum alterum in Cimelio Regio vidimus, in quo Deucalion cum Pyrrha insculptus: Sub Agonotheta Arte-ma tertium, Apamenium Neocororum. Αγωνθέτης præfes est ludorum atque certaminum, qui alibi de gentis nomine Αστάρχης, Βιθυνίαρχης, &c. appellatur.

Pag. 61. v. 20. ex Gaza Medicea. *Adde*: Legit in suo nummo Falconerius, ΕΠΙ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΒΕΛ. ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ. Interpretaturque, Βελπίου Αρχερέως, Præstantissimo Pontifice. Nos Βελίου malumus, quod viri cognomen id esse videtur, quale apud Gruterum saepius occurrit. Est hic Philippi Filii nummus, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ. ΑΥΓ.

Pag. 62. v. 16. Carallæ. *Lege*, Caracallæ.

Pag. 63. v. 25. edoceri. *Adde*: Fuit hæc autem urbs olim studiorum celebritate nobilis, ibique litteras discebat Octavius Cæsar, idemque mox Augustus appellatus, cum Cæsar Dictator Romæ est interfectus. Vide Dionem lib. XLV. pag. 271.

Pag. 69. v. 34. Αργίλιοι. *Adde*: Est hic Antonini Pii nummus, in collectaneis Pyrrhi Ligorii: cuius in parte aversa Fama alata, pedibus etiam alatis, tubam inflat.

Pag. 73. v. 26. Myon quidem, Arocheorum: Apamenium potius, quam Atheniensium, ut videtur, Attalus: nam & id obscurum est: & supra ΑΠΑΜΕΩΝ &c. *Lege*: Myon quidem, Arocheorum: Erythræorum, vel Antiochenium Cariæ Attalus: nam & in eodem ferme tractu ΑΠΑΜΕΩΝ.

Pag. 91. v. 24. demum soluta. *Adde*: Et hi Græce quoque interdum in nummis insculpti: cuiusmodi est ille Gallieni,

qui verba hæc in corona præfert. ΔΕΚΑΕΤΗΡΙΚ
ΚΤΡΙΟΥ. *Decennales Domini Nostri.*

Pag. 92. in BHTHPPATΩΝ. *Adde*: Videndum etiam num
spectet hic nummus ad urbem Palæstinæ , de qua Euse-
bius , lib. i v. hist. Eccl. cap. vi. 'Ακμάσαντος ἐπος πολέ-
μου ἐποιησαντος τὸν γενομόνας Αδριανὸς Χ' Βίθηνε πό-
λιν , ὃντις λῦσε ὀχυρωτάτην , τὸν Ιερουσαλυμῶν οὐ σφόδρα πόρρω
διεγώσα. Anno demum octavo decimo imperii Hadriani , cum
totius belli vis circa Betthera urbem munitissimam , nec pro-
cul Hierosolymis distam exarsisset , &c. Scripti codices
Rufini , teste Valesio , habent , apud Bethara oppidum.
Idem forte cum Betthar , quæ in Itinerario Burdegalensi
Mutatio dicitur , lii. pass. millibus ab urbe Hierosoly-
mitana.

Pag. 93. v. 3. *Adde*: Sed est & familiæ Tiniae proprium : unde
Tinius Rufus occurrit , qui ipsius Hadriani principatu
vixit , Magister exercitus , adversus Judæos , idemque Le-
gatus Cælaris Prætore in Palæstina. Eusebius , in Chro-
nico : Anno sextodecimo imperii Hadriani : Iudei in arma
versi Palæstinam depopulantur , tenente provinciam Tinio
Rufo , cui ad opprimendos rebelles Hadrianus misit exerci-
tum. Hieronymus in Danielem , cap. ix. Eo mortuo , tran-
sactis septem hebdomadis , id est , annis XLIX. Elias Ha-
drianus (a quo postea de ruinis Hierusalem urbs Elia con-
dita est) rebellantes Iudeos , Tinio Rufo Magistro exercitus
pugnante superavit. Sic enim MSS. codices , cum in edi-
tis perperam Timo Rufo legatur. A Georgio Syncello in
Chron. Tinio Ποδφόρος appellatur. Ab Eusebio , lib. i v.
hist. Eccl. cap. vi. Ποδφόρος ἐπαρχος τοιοντος , Legatus
Iudeæ. Quare in nummo nihil mutandum.

Pag. 97. v. 24. Stephanas primum viator: *Adde*: Vel simpli-
cius , Στεφάνας νίκη , Stephanas vincit : qua deinde forma
Christiani Principes in nummis cudent , C H R I S T V S
V I N C I T. Et Græci , I C. X C. NIKA. hoc est , 'In-
victos Xerxes νίκη .

Pag. 102. v. 7. nemini debet. *Adde*: Sunt & M. Aurelii , &
Commodi , & Severi numismata , pariter inscripta , BPOY-
ZH NΩN , cum Apolline , Hercule , Geniove civitatis.

Pag. 103. v. 21. & Elagabali. *Adde*: Prior Astarten exhibet, seu Venerem, in templo sex columnarum.

Pag. 104. v. 3. E Museo nostro. *Adde*: Cur porro in nummis Βυζαντίων Luna cum stella Φωσφόρῳ sit insculpta, ex Stephanō disces, verbo Βόσπορος: ubi & quamobrem lampades duæ sint in aliis eorundem nummis expressæ, (Pharos Antiquariorum vulgus lampades eas hactenus appellavit, & nos etiamnum vulgus secuti,) idem expedit. Λέγεται ē Βοσπόρου τοῦ Βυζαντίου λιμήν. Οἱ δὲ ἐγχέειοι Φωσφόρειον ἀντὸν καλοῦσι, οὐδεὶς αὐτὸν λιμήν. "Η δὲ Φιλίσπου τοῦ Μικεδόνος διορύξατο τοῦ πολιορκίας εἰσόδου κρυπτὴν, ὅθεν ἀφαίεις οἱ ὄρυζοντες ἐμελλον τοῦ ὄρυζατος ἔξασθναι, καὶ Εὐχέτη Φωσφόρος οὖσα, διδός ἐποίησε νύκτωρ τοῖς πολίταις φανῆαι, καὶ τῷ πολιορχίᾳ φυγόντες, Φωσφόρειον τὸν τόπον ἀρόμασαν. Dicitur etiam Βοσπόριον Βυζαντίου portus, quem incolæ Phosphorium vocant, perperam invertentes litteras: vel quod Philippo Macedone in obsidione urbis, fodiente meatum occultum, unde fodientes clam ex fossa erumperent, Hecce que Lucina seu Lucifera est, lampades civibus obtulit, qui hoc paēto ab obsidione liberati: idcirco locum a facibus Phosphorium appellauunt. Refert hoc ipsum Constantinus Porphyrog. lib. 2. Them. 12. Eustathius ad Dionys. v. 140. Hesychius, lib. de Orig. C P. p. 27. qui & Byzantinos addit simulacrum idcirco statuisse Dianae lampadiferæ, λαμπαδηρόεντα. Ex ēτης ἀγαλμα: quale nempe in Severi & Juliæ Domnae nummis occurrit, inter geminas faces. Ex Eustathio apud Stephanum pro ἀναδυομένῃ, ἀναδυομένῃ vel ἔξασθναι legi oportere, Morellus in Notis ad Const. Porphyr. admonuit.

Pag. 112. in CÆSAREA Philippi, v. 31. *Adde*: Vide Nicceph. Callistum, lib. x. hist. Eccles. cap. xxx. ubi & a cultu Panis Πανεάδα dictam esse civitatem eam affirmat.

Pag. 113. v. ult. Carteiae nomine. *Adde*: Holstenio cave credas, qui nummum hunc ad Græcum Bithyniæ oppidum refert, de quo Stephanus: Κάλπαι, πόλις Βιθυνία. Est Philippi F.

Pag. 113. v. 28. *Commodianam appellasset*. *Adde*: sic & Panormus in ejusdem Principis nummo, Ligorio teste, COL:

COMMODIANA. AVG. PANORM. appellatur.

Pag. 120. in CLVNIA. v. 19. *Adde*: In eo oppido Sulpicius Galba futuri accepit omen imperii, Tranquillo teste, in ejus vita, cap. 1x. Confirmabatur cum secundissimis auspiciis, & omnibus, tum virginis honestæ vaticinatione: tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Iovis Cluniae ex penetrati somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronunciata. Quorum carminum sententia erat, Oriturum quandoque in Hispania principem, dominumque rerum.

Pag. 127. CONSTANTINIANA DAFNE. Et hic nummus operarum vitio præpostere positus alieno loco est, cum pag. 121. dari ei locum oportuerit: & est nostra ibi quoque interpretatio nummi illius parte sui optima diminuta, quæ fato nescio quo excidit. Hanc tu, optime Lector, suo attexere loco ne graveris. Nobis nihilominus multo similius veri videtur, esse Constantinam Daphnen, castrum a Constantino M. ad Danubii ripam exstructum in Mœsia, cujus Procopius meminit, lib. i v. de Ædificiis, cap. vii. pag. 83. Μεθ' ὁ δὲ τὸ Τραμακείσιας ὄχρωμα
τεῖν· οὐδὲ καταντικύντειν τῇ ἀνπιπέρεσσι πείρῳ Κωνσταντῖνος ποτε
Πωμάγιων Βασιλεὺς φευγεῖσιν οὐκ ἀπημεληθόσις ὠκοδομήσατο,
Δάφνιων ὄνομα, οὐκ αἴρυμφοεγγενεομηκώς ἐν φυλάσσεσθαι ταῦτη
τὸν ποταμὸν ἐκπέρασθεν. Sequitur arx Tramacaristica, cui in
opposita continente respondet Daphne, castellum olim a Constantino Romanorum Imperatore haud negligenter exstructum:
cum e re publica esse existimaret, ut ibi utraque fluminis Danubii ripa præsidio teneretur. Et cap. xi. inter castella Istro apposita, Κωνσταντίνα habet, pro Κωνσταντίνᾳ, uti remur. In Notitia Imperii, sect. vii. Sub dispositione viri Illustris Magistri Militum per Thracias, cui & Mœsia secunda suberat, Constantini Daphnenses, Balistarii Daphnenses. Et pictum id quidem in altero Constantini nummo castrum videtur, cui adjecta epigraphe, PROVIDENTIA AVG. Quam nempe Procopius commendat, ob caute custoditos Imperii limites.

Pag. 127. v. 13. Velleio teste, lib. i. *Adde*, si Cluverio quidem credimus, lib. ii. Ital. antiq. pag. 480. Sigonioque,

quem ille sequitur. At uterque Cossam cum oppido Compsa confudit, de quo locutum Velleium esse nulli dubitamus. *Cossam*, inquit, & *Pæstum missi coloni*, *Fabio Dorsone* & *Claudio Canina Coss*. Hoc est, anno Urbis quem diximus, CCCCLXXXI. Atqui Pæstum in Lucania fuit, cui Hirpini confines. Quare & junguntur a Livio, lib. xxi. pag. 303. *Pontiani*, & *Pæstani*, & *Cossani*. Livii epitomator, lib. xiv. idem quod Velleius refert: *Curius Dentatus Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reversum vicit*, & *Italia expulit* *Coloniae deductæ sunt*, *Posidonia*, & *Cossa*. Quæ Græcis Posidonia, Pæstum eadem Latinis fuit, teste Plinio, lib. i. sect. x. Quo anno Pyrrhus devictus est, Dorso & Canina gesse Consulatum. In vulgatis exemplaribus, *Consa* scribitur: (nam & hic mos eam vocem scribendi, pro *Compsa*, olim obtinuit: ut apud Gallos, *Compter*, & *Conter*:) Sigenius in Cosam Etruriæ commutavit, perperam: in fraudemque impulit eos qui Velleium deinde & Livium ediderunt. Apud Livium rursum legas, lib. xxxii. p. 398. *Cossanis eo die postulantibus*, ut sibi colonorum numerus augeretur, *mille adscripti jussi*: dum ne quis in eorum numero esset, qui post *M. Cornelium*, & *Ti. Sempronium hostis fuisse*, bello nempe Punico secundo, quo Carthaginenses Magnam Græciam, in qua Compsa fuit, Compsamque ipsam, occuparunt. Quare & ibi *Consanis* scribe. Denique hæc Compsa est, ubi Milo interiit: quam in Hirpinis recte Velleius lib. ii. cap. xvi. & LXXII. Cæsar, lib. i. de bello Civ. & Hieron. in Chron. in agro seu ditione Thuringorum: Dio in Apulia collocat. Hinc Gavius ille Consanus municeps, apud Tullium lib. v. in Verr. quod ejus ævo municipium solum foret, coloniæ jure excidisset. Quare *Compsani* in Hirpinis a Plinio simpli-citer appellantur, lib. ii. sect. xvi. sine ulla coloniæ prærogativa. Cluverius ad Cosam Etruriæ incaute Gavii ortum refert. Compsam quoque in Hirpinis habet Livius, statim initio lib. xxii. Nunc servat nomen in Principatu Ulteriore, ut appellant, quæ pars est regni Neapolitani, *Conza*. Ad eam hunc Nervæ numimum Or-

telius in Lexico perperam ablegat : cum vetusta monum-
enta omnia , non Cossam hanc , sed COMPSAM , vel
C O N S A M inscribant. Unum excipimus Stephanum :
sed qui is auctor est , ut ejus diligentiam saepe desideres.
Κόωσα , inquit , πόλις Οἰνάρεων. Quem locum nuperus com-
mentator de Cosis Etruriæ falso accepit : cum sint procul
Etruria positi Oenotri.

Pag. 127. v. 19. *Cosas*. Adde : Ubi Servius : *Cosas* , civitas
Tusciae , que numero dicitur singulari apud Sallustium. Est
hic portus Cossanus , apud Livium , lib. xxi. cap. xi.
Et Κόωσα Plutarchus in Flaminio , pag. 369. male pro
Κόωσαν vocat.

Pag. 132. v. 2. in Cimelio Regio. *Adde* : cum Dianæ venatricis
effigie , cervos duos in sequentis. Coniunctum fere utrius-
que numinis cultum fuisse , Apollinis & Dianæ , alibi de-
cuimus. Epigraphe est , C. M. A Y P. ΗΦΑΙCTΙΩΝΟC.
ΑΡΧ. Α. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ. Στρατηγος Μαρχαδ' Αυρηλίου
'Ηφαιστων Θεος αρχερέως τριτον , Δαλδιανον.

Pag. 133. v. 13. ἀντόπη. *Lege* , αντόπη.

Pag. 143. v. 29. ΔΩΡΑ ΙΕΡΑ. Trajani nummus , e Gaza
Regia. *Adde*. Navim is insculptam exhibit , ob quam
Ναωρχης ea civitas superius est appellata. Annum præ-
terea POE , hoc est , c l x x v. quem & superior Trajani
nummus præfert , cum Jovis capite laureato. Incidit hic
annus in annum Urbis Romæ D C C C L X I V. Trajani fere
x v. sumpto videlicet ejus æræ initio a Ciceronis Consu-
latu , quo Syriam Pompeius in provinciæ formam rede-
git , ut dicemus in nummis Gazensium. Josephus , lib.
x i v. Antiq. cap. viii. de Pompeio : Γαζαν περισσεις τη
θελαση υποστηπην , υποδει... πασας δο Πομπηι θεοφηνευ
ειλαθερας , &c.

Pag. 149. v. 26. Ex parte aversa,apis. *Adde* : E Cimelio Regio.

Pag. 152. v. 2. Apud Spanhem. pag. 906. *Adde* : Et in Cime-
lio Regio , cum triumphalibus quadrigis. Ex parte altera ,
M. C E S T I V S.

Pag. 162. v. 23. *consecravit*. *Adde* : Quasi in Deorum cælestium
& majorum numerum jam relatus esset , quem honorem
Æneas Gazæus in Theophrasto , ab Atheniensibus Ale-
xandrum

xandrum M. ait esse consecutum, tom. 12. Bibl. Patr. pag. 639. Οὐαλέξανδρος τρισκαθεῖτος θεὸς πατὴρ Ἀθηναῖοις ἀνυπρέπετο. Alexander ab Atheniensibus tertius decimus Deus renunciatus est. Est enim res valde protrita, duodecim apud Romanos, sed & apud Græcos, fuisse primarios Deos: de quibus Ennianum est hoc vulgare distichum:

*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars:
Mercurius, Iovis, Neptunus, Volcanus, Apollo.*

Hi sunt δωδεκάθεοι, nempe sex Dex, totidemque Dii, ut Suetonius refert in Augusto, cap. L x x. cum de cœna illius agit δωδεκάθεοι. Atque hi sunt, quos Ὁλυμπίους θεοὺς nominabant, hoc est, Cælestes. Hæc enim est vocis Ὁλυμπίου notio. Hesychius: Ὁλύμπιοι, οὐεργάται.

Pag. 167. v. 5. Dianæ, credo, venatricis symbolum aper fuit, &c. Sunt hæc delenda, quæ de Diana ibi & apro Calydonio retulimus, substituendaque in eorum vicem ea quæ sequuntur: Tristanum mirari subit, qui studium venationis in Geta fuisse maximum hic ariolatur, idque apro innummis insculpto ab Ephesiis significari: cum hic aper aliud nihil indicet, quam primam Ephesiorum originem, quæ affertur ab Athenæo, lib. viii. pag. 361. Κρεώφυλος ἐν τοῖς Ἐφεσίων ὄρεσι, οἱ τῶν Ἐφεσίν, φοιτ, κτίζοντες, καὶ πολλαὶ ταλαπωριζόντες ἅποια τόπου, τὸ πελματιον πέμψαντες εἰς θεοῦ, ἡρωῶν ὅπου τὸ πόλισμα θάνται: ὁ δὲ αὐτοῖς ἐργοῦσεν ἐνταῦθα οἰκίζειν πόλιν, οὗ παταὶ ιχθύς δέξῃ, καὶ ὑπὸ αὐτοῖς ὑφηγήσονται. Λέγεται οὐδὲ ὅπου νῦν ἡ κρήνη ὃσιν Υπέλαυχος καλουμένη, καὶ δὲ ιερὸς λιμνὴ, ἀλιέας ἀλισσοποιεῖσθαι, καὶ τὸ ιχθύων πνεῦ ἅποιείσγυτα σὺν ἀνθρακιᾷ εἰσπεσεῖν εἰς φορυτὸν, καὶ ἀχθεῖν αὐτὸν λόχημιν, ἐν ᾧ ἔτυχε σὺν αὐτοῖς ὁν, ὃς τοῦ πνεύτης θερμοτείχεις, ἐπέδραμε τοῦ ὄρεως ὅπιστοι, ὃ δὲ καλεῖται Τρηχεῖα, καὶ πίπτει οἰκονομεῖσθαι ὅπου καὶ νῦν ὃσιν ὁ δὲ Αθηνᾶς ναός. Καὶ Δαλεκάντες οἱ Ἐφεσίοι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ τεα τοῦ οἰκίσαντες, τῷ εἰκοτῷ δευτέρῳ κλίζουσι Τρηχεῖα, καὶ τὰ ἐπὶ Κόρεασον, καὶ ιερὸν Ἀρτέμιδος ἐπὶ τῇ αὔρεῃ, ιδρύσαντο, Ἀπόλλωνός τε τοῦ Πυθίου ἐπὶ τῷ λιμνῇ. Quæ Dalecampius sic reddidit: *Creophylus in opere De finibus Ephesiorum tradit, Ephesi conditores dubitantes quo in loco civitas esset aedificanda, multum perplexos, ad Deum misisse tandem sciscitatueros, ubinam oppi-*

dulam ponerent, Deumque respondisse, eo loco exstruendum, piscis quem ostendisset, agrestisque suis hortaretur. Iam inde fama percrebruit, ubi nunc fons Hypelæos dictus scaturit, & sacer portus est, piscatoribus opsonium ad prandium parantibus, exslientem cum pruna pisces quendam in congestam e stramentis & virgultis materiam decidisse: accensaque illa congerie, sub ea latitantem agrestem suem igne perterritum, magnam partem montis, quem Asperum vocant, cursu peragrasse irruentem: jaculo vero transfixum procubuisse ubi nunc est delubrum Minervæ: ac ex insula Ephesios, in qua annos unum & viginti commorati fuerant, anno vicefimo secundo in continentem trajecisse: & in illo aspero monte ac locis quæ ad Corissum spectant, urbana ædificia inchoasse: Dianaque templum in foro erexisse: & in portu Apollinis Pythii. Ubi Τερχεῖα quid esset, Dalecampius non intellexit, cum sit ipsa Ephesus, antiquo nomine, a situ certe, Τερχεῖα nuncupata, teste Plinio, lib. v. sect. xxxi. Ephesus, Amazonum opus, multis antea expetita nominibus.... Vocata est & Smyrna cognomine Trachea, &c. Vide nostras ad Plinium notas. Ut porro Ephesi aprum, sic Romani lupam cum infantibus, in nummo Probi, originis suæ argumentum sculpere, cum epigraphe ORIGINI AVG. ut alibi diximus. Huc refer & alterum Gallieni nummum inscriptum, ΕΦΕCΙΩΝ ΓΝΕΩΚΟΡΩΝ, cum Diana venatrice, quæ spiculum humeris gerit, cum apri spoliis: e Cimelio Regio.

Pag. 176. v. 16. Utrumque hunc nummum. *Lege*, Postremum hunc nummum. *Ac superiores nummos*, Neronis, Antonini Pii, & M. Aurelii, *in scriptos ea voce ΓΑΔΑΡΑ*, ad Syriæ oppidum, de quo proxime antea dictum est, scito pertinere.

Pag. 179. in ΓΑΔΑΤΩΝ. v. 19. e Cimelio Regio: *Addē*: Fuisse huic Pomponio Basso prænomen Ælium, ipsumque Cæsaris legatum existisse, nummus alter Domitianus Principis admonet, ex eodem Cimelio: ΕΠΙ. ΑΙ. ΠΟΜ. ΒΑCCΟΥ. ΠΡΕCΒΕΥΤΟΥ, cum effigie Jovis in monte stantis, quo situs regionis ejus indicatur.

Pag. 184. v. 8. adscribitur. *Addē*: In posteriore Getæ nummo,

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΙ. ΕΤ. ΣΑΕ. hoc est, ἐπος σλέ. annus ccxxxv. signatur: ut & ejus urbis æram ab anno Urbis Romæ D C C X X X I. cœpisse necesse sit, quod Geta obierit post annos ccxxxv. hoc est, urbis Romæ D C C C L X V. & a Germanico, qui Tiberii fuit ex fratre nepos, nomen accepisse haud potuerit, qui cum veneno extinctus sit, M. Junio Silano, L. Norbano Coss. cum annum ageret x x x i v. nasci ante annum Urbis D C C X X X V I. aut subsequentem, haud potuit. Præfert hic nummus gallum gallinaceum: prior Severi, Dianam venatricem.

Pag. 184. v. 20. Ē Cimelio pariter Regio. *Adde:* Similis alter ejusdem Principis, ejusdemque Prætoris, in quo leonem Hercules præfocat, ΕΠΙ. ΑΙΔ. ΑΡΙCTONEIKΟΥ.

ΓΕΡΜΗΝΩΝ.

Pag. 191. v. 4. *Mansoura.* *Adde:* Si quis nihilominus hunc quoque nummum ad Heliopolim Syriæ, de qua statim dicemus, referre malit, id si quo idoneo probet argu- mento, haud ægre sane assentiemur.

Pag. 193. v. 23. Chalcæci, *lege*, Chalcioæcæ.

Pag. 201. v. 5. In eo nummo mulier, *lege*, In simili nummo Regiæ Gazæ mulier.

Pag. 211. v. 4. *Iεραπλίτης.* *Adde:* Hæc Hierapolis ad Maeandrum dicta, in vetusta inscriptione, quam Holstenius attulit, ΜΕΝΑΝΔΡΟC ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΗC ΠΡΟC ΜΑΙΑΝΔΡΟN. ΠΟΤΑΜΟN.

Pag. 220. v. 20. *Proconsule.* *Adde:* Prætoris adjectum nomen, sed vitiatum: ΒΑΣΙΛΙΔΟΥ. ΑΙΘΑΜΕΝΟΥ.

Pag. 249. v. 14. nec vestigium est. *Adde:* Pontificis nomen in hoc nummo, quem explanamus, adjectum: ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΑΥΡΗ ΔΙΟΝΥCΙΟΥ. *Sub Pontifice Aurelio Dionysio.*

Pag. 256. v. 1. Γλγια. *Adde:* Mirum tamen, in altero Catulli carmine, quod *In Annales Volusi inscribitur*, hosque præter ceteros versus habet:

Quæ sanctum Idænum.....

Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos:

Mirum, inquam, libros omnes manu exaratos, Vossio teste, Colchos exhibere, non Golgos: quanquam de Golgis Theocritus, Sapphoque, quos Catullus exscribit hoc

loco, consentiunt. Plane ut utramque appellationem ei oppido fuisse communem haud temere forsitan existimare possis.

Ibid. v. 35. ex aversa parte, ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Adde:* Sed in priore ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ potius legi putem oportere, quod in integriore nummo nuper animadvertisimus: ut sit nomen illud mutuae cum fratre caritatis arguendum. Vide ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ *Ciliciae*.

Pag. 260. v. 9. *Sub Cornelio Lupo.* *Adde:* Ut in nummo ΚΥΜΑΙΩΝ inferius legimus, ΕΠΙ. ΚΟΡ. ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ. *Sub Cornelio Lolliano.*

Pag. 271. v. 32. Vide ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. *Adde:* Nummum tamen alterum deinde vidimus integriorem, in quo non ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ, sed ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ, quod Praetoris nomen, apertissime scriptum erat: ex quo prior ille nummus forte refingendus, quem in ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ Άolidis nummis attulimus.

Pag. 278. v. 13. ΒΙΟΦΑΝΤΟΣ, *lege*, ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ.

Pag. 282. v. 9. Σελαπός ἡ ταῦτα. *Adde:* Atque insigne quidem hujus beneficii monumentum nummus est, e Museo S. Genovefæ, in quo nudum Augusti caput, ex parte una, cum epigraphe, ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ: Polemonis diadematum ex superficie altera, adjecta pariter epigraphe, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ. Et hujus uxor in nummo Tiberii, ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ vocatur, de qua Strabo perhonorifice lib. cit. pag. 555. ubi hanc ævo suo, hoc est, Tiberii principatu, regnum administrasse, cum filio, prodit.

Pag. 286. v. 22. *Dacicus.* *Adde:* E Cimelio Regio nummi duo æram Urbis ejus adjectam habent: alter, ΒΞΡ. hoc est, annum CLXII. alter, ΓΞΡ, hoc est, CLXIII. quibus anni Urbis Romæ respondent DCCCLI. & DCCCLII. Trajani fere primus & secundus.

Pag. 287. v. 8. *Hist. Regum Syriæ*, pag. 262. *Adde:* Est & e Cimelio Regio.

Pag. 291. v. 33. in nummo quem vidimus, *Adde*, in Cimelio Regio.

Pag. 293. v. 25. in Lacon. pag. 107. *Adde.* At sunt qui

ΑΙΜΥΡΕΩΝ in eo Gordiani nummo legant, forte sincerius: ut spectet is ad oppidum Lycia, de quo Stephanus: Λιμνεξ, πόλις Λυντας, δύο Λιμνέου ποταμος· ο πολίτης Λιμνερός. Plinius, lib. v. sect. x x v i i . in Lycia: *Lymra cum amne*, in quem *Arycandus influit*. Vide Plinianas notas. Pagina nummi altera Fortunæ vel Abundantiæ iconem exhibit.

Pag. 294. v. 1. ΛΟΓΓΟΣΤΑΛΗΤΩΝ. *Adde*: Caput Apollinis hic nummus ex parte una præfert: ex altera, tripodem.

Pag. 308. v. 4. aliique. *Adde*: Firmat egregie conjecturam nostram idem Hyginus in Astron. Poët. cap. x x x v i i . Argo. *Hanc navim factam Pindarus ait in Magnesiā, oppido, cui Demetrias est nomen. Callimachus autem in iisdem finibus ad Apollinis Aëtii templum, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur in eo loco qui Pagasæ vocatur, ideo quod navis Argo ibi primum compacta dicitur, quod est Græce παγᾶσαι. Homerus hunc eundem locum in Thessaliæ finibus esse demonstrat.* Quod tamen Hyginus in Magnesia putat esse Pagasæ oppidum, egregie sane hallucinatur, cum ceteri ab eo Geographi dissideant. Est in Thessalia oppidum Pagasæ, idem postea Demetrias dictum: distata inde millium fane plurium intervallo Magnesia, quæ est annexa Thessaliæ.

Pag. 314. v. 24. & apud Seguinum, pag. 128. *Adde*. Sed Neronis verius, quam Othonis, numerus ille artis hujus peritis videtur, & quod radiato capite nusquam visus in nummis Otho, nec sine Μάρκος fere prænomine.

Pag. 318. v. penult. Μεδιόνθ. *Adde*: Ex parte altera, caput Apollinis. E Cimelio Regio.

Pag. 330. v. 28. apud Spanhem. pag. 305. *Adde*: In aversa nummi ærea, intra coronam querneam, ΘΛΑΣΤΟΣ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ. *Thlaslus posuit*.

Pag. 332. v. 33. OMNIVM GENTIVM, *Adde*, & DEBELLATORIS GENTT. BARBARR. quo in nummo Constantinus ex equo barbarum hasta confudit.

Pag. 334. v. 13. tom. i i i . pag. 11. *Adde*: Et in Cimelio

G G g ij

Regio Jaliae Domnæ tertius, cum Dianæ venatricis effigie, eodemque Prætore.

Ibid. v. 20. E Cimelio Regio. *Addo*: Circumfertur & alter huic fere similis, in quo figuræ tres stant, seu tria Numinæ, quibus arcis illius tutela commissa, cum epigraphe, ΘΕΟΙ ΑΚΡΑΙΟΙ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ, *Dii Arcis Praefides*, vel *Custodes*, Juppiter, Pluto, Neptunus, ut quidem arbitramur: vel Juppiter, Vesta, Pallas, ut videre nobis olim videbamur. Θεοι ἀνθρώποι qui fint, ex Pollice accipe, lib. ix. cap. v. Τὰ δὲ δημόσια, ἀκρόπολις· τοῦτο δέ περ αἱ εἴποις καὶ πόλιν καὶ τὸν εἰς αὐτὴν θεόν, ΑΚΡΑΙΟΥΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΕΙΣ. Publica autem sunt, acropolis, quam ex arcem dixeris & urbem: Deosque qui in ea sunt Arcis Vrbisque Custodes.

Pag. 338. in *Nacrasos*, v. ult. de qua suo loco diximus. *Addo*: Hæc ipsa Nacrasus est, quam Cariæ Stephanus adjudicat, quod fuere nempe olim, ut ex Strabone monimus in Plinianis notis, Lydiæ Cariæque fines incerti permixtique. *Nacrasos*, inquit Stephanus, δῆμος καὶ πόλις Καρίας... δὲ πόλιτος *Nacrasos*. Ubi vel ex serie litterarum legi constat oportere, *Nacrasos*, & *Nacrasos*. Antecedit enim *Naios*, subsequitur proxime *Nacrasos*.

Pag. 341 v. 3. *Serapis*. *Addo*: In simili nummo legunt alii infeliciter, NE. ΓΑ. ΚΑ. ΣΕ. pro NE. ΠΑ. ΚΑΙ. ΣΕ. Νερπηλις Παλαιστην καὶ *Serapis*. Serapis stat in eo nummo cum Iside.

Pag. 346. v. 15. Antonini Pii alter. *Addo*. Tradit Memnon apud Photium in Bibl. cod. ccxxiv. cap. XLIII. nomen traxisse hoc oppidum a Naïde nympha, cui Nicæa nomen, Sangarii & Cybeles filia, ex qua Bacchus Satyrum aliosque liberos creavit. Αὕτη δὲ οὐ πόλις οὐ Νίκαια, τὰ δὲ ρήσιν αἵγαντο Νάϊδος νύμφης ὄνομα λαχουσιν τὸ Νίκαια,.... Διόνυσος αἱ τῇ θεῷ μίσιν ται, καὶ παῖδες εἴτε αὐτῆς φύδε Σάτυρεψι τῇ ἐπέξερι. Sed ab uxori Lysimachi Nicæa nomen traxisse Strabo mavult, ut dicimus inferius.

Pag. 354. v. 29. *Antipatri filia fuit* &c. *Addo*: Sed frustra conjecturæ indulgemus, ubi rem plane decidit Memnon historiarum scriptor, apud Photium in Bibl. cod. ccxxiv.

cap. XLIII. ubi conditam Nicæam ait a Nicæensibus, qui in Alexandri exercitu fuerunt, & post ejus interitum, cum patriam receperunt, hac urbe a se condita & frequentata, in civitatem coaluerunt. Εργον Ἰ (Νίκαια) νερόν Νικαιῶν, τὸν καὶ Ἀλεξανδρου μὲν συπατεսσίν πων, μᾶς ἡ τὸν Καίνου θάνατον, τῷ ζήτησιν πατέρος πώτιον τε κπισσίπων καὶ συνοικομένων.

Pag. 356. v. 6. apud Gruterum. *Adde*: Inter Orthodoxos Praesules, qui Paulum Saimosatenum e sede depulerunt, Βαλαῖς epistolæ ad eum scriptæ præfigitur.

Pag. 366. v. 7. ΕΠΙ. ΣΤΡ. *lege*, ΕΠΙ. ΓΡ. Et mox, *Sub Prætore*, *lege*, *Sub Scriba*.

Pag. 371. v. 20. Antonini Pii & Caracallæ, quos vidimus. *Lege*, Antonini Pii, quem vidimus.

Pag. 377. v. 3. Mediobarbus, pag. 407. *Adde*: Quod si cui magis RECEPTOR ORIENTIS, quam RECEPTOR arriserit, assentiar sane iubens, vel eo nomine, quod Aurelianus ipse hunc sibi ad Zenobiam scribens titulum arrogat, apud Vopiscum, pag. 218. *Aurelianus Imperator Romani Orbis, & Receptor Orientis, Zenobiae, ceterisque, quos societas tenet bellica*.

Pag. 395. v. 8. Δ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ. *Adde*: Prioribus istis ΠΕΡ, urbem signari Pergamenorum, vel ex simili numero Sabinæ liquet, in quo inscriptio hæc ambitum numeri cingit, ΚΟΡΩΝΙC. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΠΟΛΛΙΩΝΟC. Mulier stolata medium obtinet arcum: litteris hisce ad latus adjectis simili modo:

Π

Ε

Ρ.

Pag. 397. v. 17. *invicit Apollo*. *Adde*: Hinc & ipsum Iacarnationismysterium, quo apparuit in carne Deus, Athanasius, lib. de Salvat. adventu, & Basilius epist. L XV. & in Psalm. XLVIII. ἐν ταρπὶ ἐπιθημίᾳ vocant: Gregorius Nazianzenus, orat. XXXVII. ἐπιθημίᾳ Θεοῦ ὥστε ἀνθρώπους appellat.

Pag. 400. v. 16. in *Æolide*: *Adde*: Vicinam Pergamo Perperen fuisse Galenus ait, lib. de cibis boni malique succi.

Pag. 405. v. 20. alibi monuimus. *Adde*: Est enim istud L. I A. pro λυχελλατος id, sive εὐθεγάτου. Fuit utique hic mos civitatibus in nummis anni signandi, seu Augusti principatus, sive æræ suæ, præfixa voce ΕΤΟΥΤ, vel ΕΤΕΙ, vel syllaba ΕΤ. quæ επος valet: vel denique adscita in eum usum priore littera ejus vocis λυχελλατος, cuius vis est eadem ac potestas. Sed Romanam potius litteram adscivere, quam Græcam, tum forte ut iis adularentur, quorum induere mores ex parte aliqua videri vellent: tum idcirco, (id quod est vero proprius) quod litteræ Græcæ Λ vel Ε, si singulares forent, minus ad hos usus aptæ atque idoneæ futuræ fuissent, cum pro numeralibus notis accipi sæpenumero, non sine rei Chronologicæ dispendio, possent. Singularibus autem litteris vocem eam, quæ annum sonat, in exigua nummi area exprimi, ex usu fuit. In hoc præterea nummo Serapidis caput insculptum, cum ibide, Αἴγυπτιοι cæli peculiari alite, de qua Plinius lib. x. sect. XL. *Invocant & Αἴγυπτιοι ibes suas contra serpentium adventum, &c.* Vide quæ ibi diximus.

Pag. 422. v. 11. cum sit perspicue ΠΡΟΔΙΟΝ. ΚΛ. *Adde*: nec mos sit in nummis usquam appellari simul viros duos, qui pariter Ἀρχαρεῖς forent.

Pag. 430. v. ult. Σεϊτίως nequit, *Adde*, sed Σεϋτνως tantum, per unicum T: ac ne istud quidem gentile, sed possessivum.

Pag. 434. v. 4. cum pavonibus. *Adde*: Athenæus, lib. XIV. pag. 655. Καὶ επὶ τῷ νομίσματος τῇΣεμίων ταῦς ἔτι. *Sammii pavone monetam signant.*

Ibid. v. 25. vir eruditus. *Adde*: Sed & simpliciore sententia NOVI SOLES dici videntur, ut Novus Bacchus Caracalla, Nova Ceres Sabina, Nova Juno Livia, Nova Venus Julia, a Mytilenæis appellantur, aliquie ab aliis, ut suo loco diximus.

Pag. 439. v. 28. Κηφαιοτέων. *Adde*: Nummus iste elegantior cum Aesculapio & Hygia, in Cimelio Mediceo servatur, epigraphe integra, ΚΗΦΑΙΟ ΜΕΔΙΚΟΝ ΕΠΙ ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ. ΑΡΧ. ΠΡΩΤΟ. Β. Hoc est, Ἐπὶ Αύρηλίου Μάρκου

Μάρκου Ἀρχιερέως τῷ β. Sub Aurelio Marco Pontifice primo iterum.

Pag. 455. v. 25. ad amnem indicat. *Adde*: Habet autem Aureliæ cognomen a L. Vero , dum Parthis bellum inferret : (nam is a T. Aurelio Antonino adoptatus , in gentem Aureliam transferat :) Septimiæ , a Severo.

Pag. 470. v. 3. bipennim. *Lege*, bipennem. *Qui error & in pag. 160. irrepit.*

Pag. 472. v. 16. Solentini. *Lege*, Soluntini : quanquam & Solentinos libri quidam præferunt.

Pag. 473. v. 16. lib. xiv. pag. 653. *Adde*: Ad Στάσιν certe, quæ Stephano Persica civitas appellatur , cuius gentile nomen Στάσιος est , non Στάσιος , minime putem posse commode alegari.

Pag. 481. v. 13. appellatur. *Adde*: Palmifera autem ea est , ut pleræque e Cycladibus insulæ : quare & in nummo palma iconem insculptam præfert. De Io insula , quæ pariter palmam in nummis exhibet , suo loco diximus. De Delo autem , cui vicina Syros est , Plinius lib. xvi. sect. lxxxix. *Nec non palma Deli ab ejusdem-Dei (Apollinis) ætate conspicitur*. Nihilominus ut originem suam potius Syrii declararent , a Phœnicibus scilicet , quorum insigne φοῖνιξ palma est , idcirco hanc nummis insculpsisse arbitror. Apud Homerum certe Phœnices in hac insula anno integro commorati , Ctesii regis inde pellicem abduxerunt , quæ & ipsa Phœnissa fuit , Sidone nata , ex Arybante : Odyss. 6. v. 402.

Νῆσος της Συνέιν κακλήσκεται , εἴπου αὐτούεις ,

Ορτυγίν καθύσθειν , οὐδὲ ποταὶ Ήελίοιο.

Εὐθα δύο πόλιες , δίχα δὲ σφιοι πάντα δέδεσσι.

Τῇσι δὲ αὐμφοτέρησι πατήρ ἐμὸς ἐμβασιλεύε

Κτήσιος Ὄρμωνίδης , ἐπισίκελος αὐτούτοισι.

Εὐθε δὲ Φοίνικες νεωσίκλυτοι ἀλυθού αὐτοῖς

Τραχταὶ , μιεὶ" αὐγρύτες αὐθύματα τὴν μελαίην.

"Εσει δὲ πατρὸς ἐμοῦ γυνὴ Φοίνιος" ἐν οἴκῳ &c.

Et ibi forte fuerunt Phœnicum libri , ex quibus Syrius Pherecydes doctrinam compilasse suam perhibetur. Suidas , loco cit. *nullo eum ait præceptore usum , αλλ' εἰστος*

HHhh

ἀσκῆσαι, χτησίαδρον τὰ Φοινίκαν ἐπόχυφα βιβλία, sed suo Marte profecisse, postquam reconditos Phænicum libos comparasset.

Pag. 490. v. 7. quæ filio contigit. *Adde*: Rem narrat aliter Conon, apud Photium, in Bibl. cod. CLXXXVI. cap. XXVIII.

Pag. 503. v. 23. M. Aurelii. *Adde*: Herculem hic numerus sedentem exhibet.

Pag. 504. v. 2. iidem. *Lege*, eadem.

Pag. 507. v. 36. ab Alexandro Magno. *Adde*: Inter oppida ab eo Principe condita, censetur istud in Chronico Alexandrino, ut vocant, ad annum alterum Olympiadis CXIII. Ἀλεξανδρεια ἡ ἐπὶ Τρωαδῶς.

Pag. 513. v. 9. ut opinor, sedet. *Adde*: Sed & referri forte sat commode hi nummi possunt ad urbem Pisidiæ Tûegiōy, cuius mentio in Notitiis Eccles. pag. 19. 29. & 51.


Pag. 519. v. 1. Phrygiæ volunt. *Adde*: Holsteniumve, qui cum Augusta Ciliciæ.

Pag. 521. v. 3. Juno pronuba. *Lege*, Juno velata.

Pag. 527. v. 29. certamina indicantur. *Adde*: Hallucinantur ii graviter, qui nummum hunc ad Cæsaream Philippi, Holstenium secuti, referri putant oportere.

Pag. 539. v. 12. circumratum. *Adde*: Quid quod & in usum venit ex Syriae Chalcide oriundos Χαλκιδῖς nuncupare? Sic enim Lamblichus Philosophus Χαλκιδὺς dicitur, aliquique.

Pag. 539. v. 3. nostræ. *lege*, nostra.



INDEX

CÆSARUM, ET AUGUSTARUM,

Quorum in hoc volumine nummi explanantur.

CAIVS IULIVS	Cæsarea <i>Mauritanie.</i>	Philippi.
CÆSAR Dicitor.	Cæsarea <i>Philippi.</i>	Ptolemais <i>Phœnices.</i>
Ægyptus.	Calaguris.	Sebaste <i>Palastina.</i>
Alexandria.	Carthago nova.	Sebasteni <i>Tellosages.</i>
Cæsarea <i>Mauritanie.</i>	Celsa.	Σειρσούρ.
Cæsarium.	Corduba.	Segobriga.
Ilium.	Corinthus.	Sicilia.
Valentia in <i>Calabria.</i>	Δαμασκοῦται.	Σιδηνία.
LEPIDVS Triumvir.	Διοσκεριται.	Σιμεριαίων.
Alexandria.	Ebora.	Taraco.
Cabellio.	Emerita.	Τάινος.
Kôaor.	Ergavica.	Toletum.
M. ANTONIUS	Forum Julii.	Τειπολ. τᾶν <i>Syria.</i>
Triumvir.	Gabii.	Turiafo.
Alexandria.	Gades.	Valentia in <i>Hispania.</i>
Cæsarea <i>Cappadocia.</i>	Γορπυῖα, verbo Κερπῶν.	Visontium in <i>Hispania.</i>
Τειπολιτᾶν <i>Syria.</i>	Hispalis.	Φιλαδέλφεια in <i>Lydia.</i>
AVGVSTVS CAESAR.	Hispania.	Φιλιπποπολιτᾶν <i>Thracia.</i>
Accis.	Ilercavonia.	IVLIA Augusti conjux.
Ađium.	Ilerda.	Ἀλαζανία.
Ἀλαζανία.	Ilipense Mun.	Hispalis.
Alexandria.	Italica.	Θεσσαλονικέα.
Ἀλιβέων.	Julia Traducta, in <i>Batica.</i>	Κλαζορθία.
Ἀμφιπολιτᾶν.	Κλαζορθία.	Μυπλινάρια.
Antiochia <i>Syria.</i>	Κιωσία.	Σιδωνία.
Apamia <i>Phrygia.</i>	Κρητᾶ.	Σιμεριαίων.
Apollonia <i>Epiri.</i>	Κυδωνιαῖ.	IVLIA Augusti filia.
Armenia.	Κυρնών.	Μυπλινάρια.
Asia.	Κάσα.	CAIVS Augusti F.
Ασκελωνιτᾶν.	Λαοδίχεα <i>Caria.</i>	Ἀλωπικοισία.
Afurica.	Lugdunum.	Arabriga.
Ἄσταλέων.	Μαρωνῖται.	Arelate.
Babba.	Μεσσανίων.	Βαλανειτᾶ.
Berytus.	Μιλιτῖα.	Βυζαντῖα.
Bilbilis.	Μυλασέων.	Carthago nova.
Bonna.	Nemausus.	Dactonium.
Buclia.	Νικόπολις in <i>Epiri.</i>	Δαφνούσια.
Bucatia.	Ογδωνία.	Γλασαντῖα.
Bucatia.	Oſca.	Hispalis.
Bucatia.	Parthia.	
Bucatia.	Patrae.	
Bucatia.	Πεπαγνήσια.	
Bucatia.	Περγαμῖνα.	

INDEX

Θεσπιάω.
 Juliobriga.
 Κεφαλονίσιον.
 Lugdunum.
 Μεθυδεύω.
 Norba.
 Παμφυλία.
 Saldua.
 Σαντία.
 Σικελία.
 Φιλιππί.
 Φρυγία.
CAIUS & LVCIVS
 Casares.
 Bracara.
 Julia Traducta, in Batica.
 Norba.
TIBERIVS CÆSAR.
 Abdera Hispania.
 Αμφιπόλις.
 Antiochia Syria.
 Apamea Phrygia.
 Αργυρίω.
 Alia propria.
 Asta.
 Απόλλεω.
 Augusta Praetoria.
 Augusta Tiberiana.
 Augusta Vindelicorum.
 Burdova.
 Caesaraugusta.
 Calaguris.
 Castantum.
 Celsa.
 Clunia.
 Corduba.
 Dertona.
 Dertosa.
 Εδεσσα.
 Emerita.
 Ergavica.
 Fidentia.
 Gades.
 Γερμανία, verbo Κερπῶι.
 Gracuris.
 Ιερεπολίτη Phrygia.
 Ilercavonia.
 Illici.
 Italica.
 Κρήτη.
 Κυδωνίατη.

Κάσσιον.
 Λαμπτανέα.
 Leptis.
 Lobetum.
 Μερμησέω.
 Narbo Martius.
 Oleastrum.
 Olca.
 Osicera.
 Ossonaba.
 Philippi.
 Περιλίω.
 Περιστατή.
 Ratiæ.
 Rauraci.
 Roma.
 Saguntum.
 Salona.
 Segisama.
 Segobriga.
 Σικιώ ίσι.
 Σιμοριά.
 Tarraco.
 Taulomenum.
 Τιβερίσια.
 Turiaso.
 Utica.
 Φασολίπη.
 Χανουσιά.
 Ψαμμιζετία.
 Ωφιτῶι.
D R V S V S Tiberii
 ex Agrippina F.
 Hispalis.
NERO CLAVDIVS
 D R V S V S , Tiberii
 imp. frater.
 Rhenus.
 Σαρδηνία.
G E R M A N I C V S ,
 Neronis Claudii Drusi F.

CAIUS CALIGVLA,
CÆSAR.
 Accis.
 Αἰγαία πόλι.
 Ασπλιδία.
 Βαργυλικτῶι.
 Caesaraugusta.
 Ιερεπολίτη.
 Μιλατία.
 Osca.
 Segobriga.
 Σελευκίω in Syria.
DRVSILLA, Germanici
 Filia , Caligula soror.
 Μιλησία.
IVLIA Germanici filia,
 Caligula & Drusilla soror.
 Μυτιληνία.
CLAVDIVS CÆSAR.
 Αιγαία.
 Αἰγαία πόλι.
 Αλκυονία.
 Αμασία.
 Ανθεστά.
 Antiochia Syria.
 Αγχαλέω.
 Αρχελαΐς.
 Ασκλαπιτῆ.
 Babba.
 Bedunia.
 Britannia.
 Buclia.
 Cæsarea Mauretania.
 Camalodunum.
 Corduba.
 Corinthus.
 Γαβαλίων.
 Ιερεπολίτη Phrygia.
 Julia Traducta in Maure-
 tania.
 Kadubus.
 Κλαζομένια.
 Κοπαΐα.
 Κυδωνίατη.
 Κυδρία.
 Laus Julia Nova.
 Μιλατία.
 Mirobriga.

CÆSARUM, &c.

Nebriſſa.	Γαλαπᾶν.	Σαδιλιπῶν.
Νικουνδία.	Ιουλιέαν. Αἰκυρεγιά.	Salmantica.
Παρειφῆν.	Καρχωδοῖς.	Talabriga.
Patræ.	Καστρὶς.	Tolosa.
Perga.	Κεισιόν.	Vifontium:
Philippi.	Κωνωπῖν.	
Ptolemais Phœnices.	Λασινέως Cariæ.	O T H O.
Ποτίσι.	Μεγαρῶν.	Alexandria.
Sabaria.	Μαρφ επτῶ.	Cætenna.
Salona.	Μητροπολῖτῶν Phrygia.	Μαρφανῶν.
Σαρδιγεῖα.	Μυριναῖαν.	Πλιθαινῶν.
Σιδηρῶν.	Νικειών Bithynia.	V I T E L L I V S.
Συζήδων.	Ολυμπίας.	Mænēdia.
Συρφαῖα.	Oitia.	V E S P A S I A N V S.
Σωμεργαῖα.	Parthia.	
Tucci.	Patiae.	'ΑΕδηπεπῶ.
Φερεθοῖς τῶν.	Περφυρωνιπᾶ.	'ΑΕΩλαῖα.
A G R I P P I N A	Τρισιῶ.	Αἴγαστεων.
Claudiū conjux.	Roma.	Alexandria.
'Ακμφορία.	Σελλαπῖτῶ.	A'λιστεραίων.
Ίερεπλιτῶ Phrygia.	Σιδηρῖτῶ.	Amanobrica.
Κοπαΐα.	Σμυρναῖων.	Aqua Sextia.
Μιλησίων.	Taurinum.	Aquileia.
Φρυγίων.	Τιταν.	Babba.
BRITANNICVS,	Τειτολῖτῶ Syria.	Δαμιλέων.
Claudiū ex Messalina F.	Vienna in Gallia.	Εὐπατρίδων.
'Αλαβασίων.	Vriso.	'ΕΦεσιῶν.
Νικομηδίων.	Φαλασηπῶ.	Ζελεπῶν.
N E R O CÆS A R.	Φρυγιῶν.	Heraclea Pieria.
	POPPÆA Neronis uxor.	Judæa.
Aetium.	Antiochia Syria.	'Ιωπαπτιῶν.
Africa.	Ηερεθίτῶ.	Καστανεύπω.
Agrippina Colonia.	G A L B A.	Κυνοφίων.
Antiochia Syria.	Alexandria.	Κυπαΐα.
Antium	Astigi.	Λυκαχίων.
'Απολωλεπετῶ.	Avenio.	Νικαέαν Bithynia.
'Αργεῖα.	Barbesula.	Νικατεπῶν.
Arausio.	Barcino.	Roma.
'Αρεθουσά.	Bargiacis.	Σαμαλαστῶν.
'Αργιά.	Clunia.	Σαρδινιαῖ.
Asta.	Δασκυλ. πᾶ.	Σμυρναῖα.
Attubi.	Deobriga.	Stobenium.
Babba.	Gallia;	Treviri.
Βερυθέντις, id equi nomen.	Κλυπτῖτῶ.	Τραριστέα.
Caſarea Cappadocia.	Kυνοφίων.	Φειξιῶν.
Corinthus.	Lacobriga.	D O M I T I L L A.
Διμισκηνῶ.	Numantia.	V eſp aſi a n i conjux.
'ΕΦεſiων.	Patræ.	
Forum Julii.	Pax Julia.	'Αμφευπία.
Γαδαρέων.	Roma.	Μοιοκέα.
Γαδάρεων.		

INDEX

TITVS, *Vespasiani F.*

'Αβδικτῶν.

'Αζωπῶν.

Alexandria.

Αἰτωδεῖον.

Antiochia *Pisidia.*

Antium.

Αρχελαῖς.

'Ασκαλόντων.

Βασηρέων.

Beridum.

Βουσεπᾶν.

Caia et Philippi.

Διοπλατῶν.

Flaviopolis.

Γαδαρέων.

Γάζα, ubi & Κρηταγῆς

Zeus.

Ζαρμίον.

Θράκιον.

Θυ αἰσθαντοῦ.

Ιοππιτῶν.

Judaea.

Κελαδονιάς.

Κηποφορίας.

Κιώνιας.

Κυρην.

Λυκοδεσπότα.

Lyla.

Μαρθροπολιτῶν.

Μαστιωφέσιων.

Μεδιον. αι.

Munda.

Narona.

Neapolis Samariae.

Nilus.

Παραπονίον.

Pisaurum.

Πρεξεροπολιτῶν.

Σαυφάσιον.

Sinope.

Σιφωνιατῶν.

Stobenissia.

Troas.

Φραμπέσιον.

Xεδισιον.

'Ωρικίον.

DOMITIANVS,

Titi frater.

'Αδμεδέσιον.

'Αρχαιοφέσιον.

Alexandria.

'Αρεδιάρ.

Διαδικασία.

'Εφεσον.

Forum Julii.

Gades.

Germania.

Γεφυρειακῆδν.

Θασίον.

Jadera.

Ιδμίαν Διός.

Kιαστρ.

Κλαδεց.

Κλαυδιοπολιτῶν.

Κέρκυρ.

Λασδικέσιον, *Cæles Syria.*

Neapolis Samariae.

Νικαρέσιον Κιλελανῶν.

Νικαρέσιον Βιθυνίας.

Νικομηδίας.

'Οζυρούχαπτον.

Patrae

Πηδασίσιον.

Philippi.

Rhenus.

'Ροδιαν.

Sarmatia.

Σεπφορλιάδ.

Σιμορράγιον.

Σιναραδίσιον.

Τηταρ.

Τερειανοπολιτῶν.

Φαρέμαχιτῶν

Φιλαδελφεῖον *Syria.*

LONGINA DOMITIA, *Domitianus conjux.*

'Εφεσον.

Καθηλωσία.

Μαριντῶν *a Sipylo.*

Σιμορράγιον.

Τηταρ.

IVLIA SABINA

Tini filia.

Θυατειφλωσία.

NERVA.

'Αιπηρεέσιον.

Αύλωντῶν.

Cossa.

Italia.

Judaea.

Αυστίσιον.

Μαριντῶν *a Sipylo.*

Παρθενοπολιτῶν.

Perga.

Πιρείατον.

'Ροδία.

Roma.

Σιανηδίσιον.

Σφυκεων.

'Ωρα αῆ.

TRAIANVS.

'Αδηγχοντῶν.

Adiabene.

Αἴγυρτος.

Αγιασίον.

Αιανία.

'Ασκανιαντῶν.

Αιγύνια.

'Απάγγιτον.

Babylonia.

Βαγραμψίλωσί.

Βεργαδίσιον.

Berytus.

Bithynia.

Βορυθέντος, *id equi nomen est.*

Buζαντίον.

Chaldæi.

Dacia.

Danuvius.

Deulon.

Δικτυνία Κεντ.

Δάσιοι.

Euphrates.

'Εφεσίον.

Γαλατῶν.

Η'εγκλιτῶν *Acarania.*

Heraclea Ponti.

Θαλασσινῶν.

'Ιερεψολιτῶν *Phrygia.*

'Ιερεψολιτῶν *Syria.*

Ιατία.

Καλαχδενίοι.

Καρυζών.

Κλασιον.

Κοπήτων.

Κεντῶν.

Κυζικηνῶν.

Κυπρίοι.

Κυρρηκῶν.

Λασδικέσιον *Cæles Syria.*

Μακριδέσιον.

Μαπληρούπολις.

CÆSARUM, &c.

Μιλανίων.	Berytus.	Μύρεν.
Ναυπολέων.	Βιζυλων.	Neapolis Samaria.
Ναυπακτών.	Bithynia.	Νεοχαστρέαν.
Νικομήδεων	Βορυθένης, id est qui nomen est.	Nicephorium.
Νικόπολις ad Istrum.	Βιστρετών.	Νικηφόρων.
Nilus.	Britannia.	Nilus.
Ostia.	Caesarea Palestina.	Noricum.
Pannonia.	Cappadocia.	Nysa Caria.
Parthia.	Cælia.	Pamphylia.
Perga.	Cilicia.	Pella.
Περγαλινων.	Corinthus.	Perga.
Περεπισσα.	Dacia.	Περγαμηνῆ.
Ποδαριατῶν.	Dalmatia.	Petra.
Πρεψυταῖσ.	Διογουστοπλιτῶν.	Πηλοποτῶν.
Ptolemais Phœnices.	Διοσπολιτῶν.	Πίνχης.
Σάμητῶν.	Δέσσαρ.	Pincum.
Σαμίων.	Ἐδεσσαῖων.	Πρεσπα.
Σελευκία in Syria.	Ἐλαΐτῶν.	Roma.
Σεπφωλιῶν.	Ἐνεδρίζ.	Σάμτων.
Σιντιτῶν.	Ἐξεμπολιτῶν.	Σαμοσαῖτων.
Σιδωνίων.	Eubœa.	Σαυψιγιτῶν.
Syria.	Ἐφεσίων.	Σαρδησιῶν.
Ticenīων.	Gades.	Sarmatia.
Tigris.	Γάζα.	Σάτων.
Τειπολιτῶν Syria.	Gallia.	Σέβενητῶν.
Ulpia Trajana.	Germania.	Σεργητῶν.
Φοινίκων.	Γόρης.	Sicilia.
Χαλκιδεῶν.	Ζεφυριωτῶν.	Σκαμβαιδῶν;

PLOTINA, *Trajanis*
conjug.

*Αμαζειανῶν.
Μητροπολιτῶν Phrygia.
Σαρδησιῶν.

HADRIANVS.

*Αἴαστ.	Kiliçkoy.
Achaea.	Κλαυδιοπολιτῶν.
*Αἴειανθειτῶν.	Κοπιτῶν.
*Αἴειανπολιτῶν.	Κοριζιωτῶν.
Ægyptus.	Κρητῶν.
Ælia Capitolina.	Κυζικητῶν.
Africa.	Λακεδαιμονιῶν.
*Αἴθιαναρ.	Λαοδικεῖων Cariæ.
*Αἴαστ.	Libya.
Alexandria.	Lycia.
*Αμαζειανῶν.	Λυκοπολιτῶν.
Antiochia Syria.	Μαΐντων ad Maendrum.
Apamea Phrygia.	Μακεδίων.
Arabia.	Μαρφωτῶν.
*Αρσηνίτῶν.	Μαιετανία.
Aisia.	Μιμφιτῶν.
*Αττικῶν.	Μινεράγτων.

SABINA Hadriani
conjug.

*Αἰζαντῶν.
*Αμιστῶν.
Corinthus.
*Ελαιτῶν.
Κυπελῶν.
Μύρεν.
Πανγαλιανῶν.
Σιμφράτων.

I N D E X

Τρίτου.

Τρίτων.

Φωζίων.

A N T I N O V S.

Ἄδειαίων.	-
Ἄδειανοθετῶν.	
Ælia Capitolina.	
Ancyra Galia.	
Ἀχαΐας Εὐρώπης.	
Βελισίων.	
Θυατεῖαν.	
Ιευλίας.	
Μητροπόλιτῶν Phrygia.	
Νικομήδεων.	
Σιμογάσσων.	
Τάρσου.	
T.αρᾶ.	

L. ÆLIUS VERVS, Caſar.

Ἀμίτου.	
Ἐφέσου.	
Κιένενταρ.	
Pannonia.	

ANTONINVS PIVS.

Ἀλειπτειχτῶν.	
Ἀδειανοπολιτῶν.	
Ælia Capitolina.	
Αἰλιαπολιτῶν.	
Alexandria.	
Ἀμαρτειανῶν.	
Ἀνταρτειανῶν.	
Antiochia Carie.	
Antiochia Pisidia.	
Ἀργείων.	
Armenia.	
Asido.	
Ἀσκραντικῶν.	
Ἀτυφιωνῶν.	
Βρεγίας.	
Britannia.	
Cælarangusta.	
Dacia.	
Dienis̄ colonia.	
Ἐμισηῆς.	
ἘΦεσίων.	
Γαζελῶν.	
Γαζαρίων.	
Γαζα.	
Ζενῆματων.	
Τιερπολιτῶν Syria.	
Troas.	
Tυεδίων.	
Τύψηλιτῶν.	
Φιλιπποπολιτῶν Thracie.	
Phœnices.	
Ψαφιτῶν.	
Τιερπολιτῶν Syria.	

Τουλιέων τῷ καὶ Λαζαρίνεων.

Italia.

Κερεπιάνων.

Κλαυδιανολατῶν.

Κυζικηνῶν.

Κυρρητῶν.

Κε'ων.

Λαζαρίνεων Εαρία.

Λαζαρίνεων Syria Cæles.

Λεοπολιτῶν.

Μαζδαλιτῶν.

Μαζεδωνιτῶν.

Μαρεατῶν.

Μεγαρίνεων in Attica.

Μεσαδῶν.

Mopsuestia.

Μυρανδειτῶν.

Μυρανίαν.

Neapolis Samarie.

Νικαιαπλατάν.

Νικηφόρων Bithynia.

Νικονιδίων.

Nysæia in Caria.

Oea.

Οζυροῦχτῶν.

Πανταλιατῶν.

Perga.

Περγανίων.

Πλατειαπολιτῶν.

Qædi.

Ρειδά.

Σαμιών.

Σαυσοπιάν.

Scythia.

Σερενέων in Cilicia.

Σελευκεων in Syria.

Σιειδουδίων.

Sicilia.

Σιδητῶν.

Σιλλείων.

Σμυρνάյων.

Syria.

Ταξσου.

Τιανῶν.

Tiberis.

Τερμιτῶν.

Τειτπολιτῶν Syria.

Troas.

Tυεδίων.

Τύψηλιτῶν.

Φιλιπποπολιτῶν Thracie.

Phœnices.

Ψαφιτῶν.

F A V S T I N A Antoniniæ
Pit conjux.

Κυζικηνῶν.

Σαμιστίνων.

Puellæ Faustiniæ, verbo Italia.

M AVRELIVS ANTONINVS Philoſophus.

Ælia Capitolina.

Αίγαμῶν.

Α μείσων.

Αματειανῶν.

Αντιοχia ad Hippum.

Αντιοχia Pisidia.

Αγχαλέων.

Apollonia ad Rhindacum.

Αρχίδινων.

Αρρεδιπιάνων.

Berytus.

Bizilwōn.

Bithynia.

Bulgarītōn.

Cælaraugusta.

Cæsarea Palestina.

Cæsarea Philippi.

Corinthus.

Δοιαχαίων.

Εὐθύνων.

Ἐφ.σ.ών.

Γαλατειών.

Γαδαρεων.

Germania.

Ζαχιαθίων.

Ζενῆματων.

Θεσαλονικεων.

Θηρέων.

Τιερπολιτῶν Syria.

Ilium.

Ιουλιάθ.

Italia.

Καδικειών.

Καλχαδείων.

Καμαρεῖτης.

Καρβίκων.

Κενατοῦ.

Κιανῶν.

Kuζικηνῶν.

CÆSARVM, &c.

Κυρρήσσων.	Αγκυραῖον.	Αντιοχία ad Hippum.	Κυρρήσσων.
Ακεδαιμονίων.	Δαοδίκεων Caria.	ΑΓχαλία.	Δαοδίκεων Caria.
Δαοδίκεων Caria.	Δεσθίων.	Ασχελωντών.	Μήπιτη πόλεις τῶν.
Δεσθίων.	Μαΐντιον ο Σιρύλο.	Βιζυανῶν.	Μυπτήλωνά.
Μαΐντιον ο Σιρύλο.	Μαχεδίων.	Καλαρέα Palestina.	Νικαέων Bithynia.
Μαχεδίων.	Μελιτενē.	Γάζα.	Παρθία.
Μελιτενē.	Μερελαγτῶν.	Θεοσάλοι.	Πατρæ.
Μερελαγτῶν.	Μιλησίων.	Κιανῶν.	Πανταλιστῶν.
Μιλησίων.	Ναχεχσεσά.	Κιδίων.	Περσικῶν.
Ναχεχσεσά.	Ναριάτιον.	Κυζικηνῶν.	Τιανῶν.
N apolis Samaria.	Μαΐντιον ad Maenndrum.	Μαΐντιον ad Maenndrum.	Ulpia Trajana.
Νικαέων Bithynia.	Μιλισίων.	Μιλισίων.	Ταράντα.
Νινούνδιον.	Ναχεχσεσά.	Νεαπόλις Samaria.	Ταράντα.
Νιλιού.	Νικουντίων.	Νικουντίων.	Ταράντα.
Νικουντίων.	Παταλίας.	Παταλίας.	LVCILLA L. Veri conjux.
Νικουντίων.	Περγαλικών.	Πλατειωπολιτῶν.	'Αδερκαίων.
Νικουντίων.	Πλατειωπολιτῶν.	Πρεστιτών.	Βιζαντίων.
Παταλίατῶν.	Πρεστιτών.	Σακηνῶν.	Ιντῶν.
Περγαλικῶν.	Τιάνων.	Τιάνων.	Μήπιτη πόλεις τῶν.
Περγαλικῶν.	Τιρσολιτῶν.	Τιρσολιτῶν.	M. AVR. COMMODOVS, M. Aurelii F.
Πιμπού πολιτῶν.	Ulvia Trajana.	Τιρσολιτῶν.	'Αδριανέων.
Περγαλικῶν.	'Υπα πηνῶν.	Τιρσολιτῶν.	'Αδειανῶν.
Ptolemaïs Phœnices.	Τιρσολιτῶν τι Κιείων, verbo	Τιρσολιτῶν.	'Αδειανπολιτῶν.
'Ροδίων.	Iouλιέων, & verbo Par-	Χαλκιδίων.	ΑΕλια Capitolina.
Σαργαλασίων.	thia.	Χαλκιδίων.	Αίγαρίων.
Σαρματίων.	Χαλκιδίων.	Χίων.	Αίγαριων.
Σαρματίων.	Χαλκιδίων.	AVRELIVS V E R V S	Αμαρτείας.
Sarmatia.	Χαλκιδίων.	Cæsar, M. Aurelii F.	Αμαρτείας.
Σαρδεῖ.	Χαλκιδίων.	'Αδειανπολιτῶν.	Ancyra Galatia.
Σκηνῆ.	Χαλκιδίων.	'Αδειανπολιτῶν.	Antiochia ad Hippum.
Σμυρναίων.	Λ. VERVS, M. Aurelii	Χαλκιδίων.	Antiochia Syria.
Συνθρετῶν.	frater.	Χαλκιδίων.	Αστιαν.
Συνθρετῶν.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Αύγουλη πόλεις τῶν.
Tiānōn.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Βαρχαπολιτῶν.
Τεργιανοπολιτῶν.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Bolitia.
Τεργιανοπολιτῶν.	Χαλκιδίων.	ΕΙΤΙΑ.	Britannia.
Τεργιανοπολιτῶν.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Bυθλία.
Τεργιανοπολιτῶν Syria.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Δαμασκηνῶν.
Troas.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Ελαύτων.
Valentia in Hispania.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	ἘΦ διαν.
Ulpia Trajana.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Felicitas Temporum, ver-
Φιεζίων.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	bo Δαοδίκεων Caria.
Φιλαδέλφεια Lydia.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Germania.
Φιλαδέλφεια Syria.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Γερμίνων, sive Cermenio.
Φιλαδέλφεια.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Hadrumentum.
Φιλαδέλφεια.	Χαλκιδίων.	Χαλκιδίων.	Θυαπεικηνῶν.
FAVSTINA junior,	Ζευγιατῶν.	Χαλκιδίων.	Ιερεψπολιτῶν Phrygia.
M. Aurelii conjux.	Θηρίων.	Ιερεψπολιτῶν.	Ilium.
'Αδειανπολιτῶν.	Ιερεψπολιτῶν Syria.	Ιερεψπολιτῶν.	Ιουλιόπολις.
'Αμαρτείας.	Ιερεψπολιτῶν.	Κασσιτεῖ.	Ιορδαία.

INDEX

Kέρπεπάσ.	Τεργπελτᾶν Syria.
Κυζικηνῶν.	Τεργχύσσεων.
Κομαίων.	Ilium.
Κυρίνων.	Καρασεῖος Γερμανιῶν.
Δαμασκηνῶν.	Καλχδονίων.
Διοδίκεων Caria.	Κομαίοι Ρισίδια.
Λεσβίων.	Κορκυραῖων.
Μαρωνίτῶν.	Κάσσιον.
Mauritania.	Διοδίκεων Syriae Cœles.
Μελανήσου τετρά.	Μαρκανοπολιτῶν.
Μυτιλεναῖων.	Μεσαιμεριανῶν.
Nicæion Bithynia.	Μιθιμεναῖων.
Nicomedæan.	Μινδιῶν.
Nicopolis in Epiro.	Μυπλιναῖων.
Nicopolis ad Mæsum.	Νικόπολις ad Istrum.
Nysæion Caria.	Πάθμος.
Pamphilia τετρά.	Παρεργετικῶν.
Περσίκων.	Parthia.
Περιπλοπολιτῶν.	Patra.
Περιστάσιων.	Παντιλίας.
Παφία.	Periga.
Roma.	Περγαλινῶν.
Sarmatia.	Petra.
Sebaste Palestina.	Περγασιάν.
Σιδητῶν.	Περγασιάν.
Σιμοραῖων.	Πτολεμαῖς Phœnices.
Tarpon.	Πυρία.
Tytæas.	Roma.
Týmæos.	Σαγαλασινῶν.
Tærgipolitῶν.	Σαμοσιτέων.
Trœas.	Σελευκέας in Cilicia.
Tyrus.	Σιδητῶν.
Φιλαδελφίας Lydia.	Σιρεναῖων.
Φιλιπποπολιτῶν Thracia.	Stobensium.
Φλαγίσιοπολιτῶν.	Tērōs.
Φωκεῖων.	Tοσιανῶν.
CRISPINA Commodi conjux.	Tyndæos.
ΑΦΕΡΗΣΙΑΙΩΝ.	Τεργπολιτᾶν Syria.
ΒΥΖΑΝΤΙΝΩΝ.	Τιρενῶν.
ΓΙΕΡΟΣ.	Ulpia Trajana.
Γερμιλῶν.	ΤΥΠΑΙΠΩΝ.
Τεργητῶν Syria.	Φιλαδέλφειας.
Μαλίπαν καὶ Syrolo.	Φιλιπποπολιτῶν Thracia.
Μεταγενετῶν.	Φλαγίσιοπολιτῶν.
Μελικοπολιτῶν.	IVLIA DOMNA,
PERTINAX.	Severi conjux.
Heliopolis Syriae.	'Αδυνάτων.
Tómeas.	'Αδειανθερετῶν.
	'Αδειανθερετῶν.
	'Αζεταρ.
	Antiochia

CÆSARUM, &c.

Antiochia Pisidia.	Troas.	Γυνεατῶν.
Apollonia Epiri.	Tugraian.	Ζαχιαθίας.
Ἀργεῖα.	Tyrus.	Ζεῦματῶν.
Ἀπολίτια.	Trapezopolis.	Hadrumentum.
Ἄπεσθ.	Φλασιόπολιτᾶ.	Η'λιουπολιτῶν Αἴγυπτος.
Ἀφελησίτια.	Φωκεῖα.	Heliopolis Syria.
Βεγύτιος.		Heraclea Ponti.
Βιλιπών.		Θεοσαλωνίας.
Βούρεια.		Θεσσαλίας.
Caesarea Cappadocia.		Ιερεπολιτῶν Syria.
Δαλδανῖα.	'Αβιλίων.	Ilium.
Δαρδανία.	'Αδρεμιτίων.	Ιουλιοπολιτῶν.
Διοισιστολίτια.	'Αδριανοπολιτᾶ.	Καλχαδοίων.
Διόσπολις.	Δειλια Capitolina.	Καρβέλων.
Ἐλαΐτια.	Αίγαλείων.	Κιασῶν.
Ἐμισθ.	'Αλαζανίτια.	Κλάιχοι.
Ἐρμονία.	'Αλωξάνη.	Κλαυδιοπολιτῶν.
Ἐυχατιστή.	'Αμαστίας.	Κνήσαι.
Ἐφεσία.	'Αμιτίας.	Κορκυρεῖας.
Heraclea Ponti.	'Ανωσανῶν.	Κοπαιίας.
Θεοσαλωνίας.	'ΑυΦιππολιτᾶ.	Κυζίκιων.
Ιερεπολιτῶν Syria.	'Αιθριδόνιος.	Κυπερνίας.
Ilium	Ancyra Galatia.	Κυστίων.
Ιουλιοπολιτᾶ.	Antiochia Pisidia.	Κυρῆνας.
Καμαρέτιας Γερμανικῆς.	Antiochia Syria.	Κυρῆνας.
Καλχαδοίων.	'Αγριαλέων.	Κύρουιτῶν.
Κιλικίας.	Apamea Bithynia.	Κύρων.
Κλαζομενία.	Apamea Phrygia.	Λαοδίκειας Caria.
Κυπαρισσία.	Apollonia Epiri.	Λαοδίκειας Syria.
Κυρωνία.	Βαρυαλιτᾶ.	Laodicea Syria propria.
Κύρων.	Berytus.	Λεβίδια.
Λειριαπολιτᾶ.	Bostra.	Μαγνήτων ad Meandrum.
Μαρκιανοπολιτᾶ.	Britannia.	Μαγνήτων a Sipylo.
Μελαίδων.	Bυτανία.	Μακεδόνων.
Μιαδία.	Casa augusta.	Μαρκιανοπολιτῶν.
Μιρενία.	Caesarea Bithynia.	Μαρωνῖτῶν.
Νικέας Κιλεσίας.	Caesarea Cappadocia.	Μεσσανίας.
Νικέας Βιθυνίας.	Cagliago.	Μεδαναγαρῶν.
Πατιστειρίτᾶ.	Cælium.	Μητροπολιτῶν οὐκ εἰς Ιωνία.
Πιοντᾶ.	Comana Cappadocia.	Μηδέας.
Πρεσπαίας.	Corinthus.	Μυλασεών.
Ptolemaïs Phœnices.	Διαματκηλῶν.	Μυπλικαρῶν.
Σαγήνεια.	Δειλιών.	Νεραγρασσεων.
Σαρδιάνων.	Deulton.	Νικέας Κιλεσίας.
Σεβαλίε Palæstina.	Diensis colonia.	Νικομηδεών.
Σελεύκεια in Cilicia.	Διοσπερτᾶ.	Νικόπολις ad strum.
Σελίνη.	Διολιχία.	Νικόπολις ad Mestrum.
Σιδητῶν.	'Εδεσσα.	Νισαίας Caria.
Σιναράφ.	'Ελαιό-θῆ.	Οδηγειτᾶ.
Stobenium.	'Εμπή.	Παλμυρίων.
Syria	'Εφεσίν.	Pantia.
Tarachianit.	Γαδείας.	Πατια.
Tarsus.	G. imania.	Παυπελιωτᾶ.
Tortegia.	Γερμηλῶν.	Peiga.

INDEX

- | | | |
|--------------------------------------|-------------------------|--------------------------|
| Περγαλινώ. | Βυζαντίων. | 'Αμφιπολιτῶν. |
| Περιθία. | Caſaraugusta. | Βυζαντίων. |
| Περιπολιτῶν. | Corinthus. | Caſa:ca Cappadocia. |
| Πλωτειοπολιτῶν. | Δερδανῶν. | Cœlium. |
| Πομποπολιτῶν. | Διοπεριτῶν. | Deulon. |
| Περιουσιέων. | 'Ελαιτῶν. | "Εδισα. |
| Περιουσιέων. | 'ΕΦ. σιών. | Γαλαλέων. |
| Πρυμητών. | Γέρμανικοπλεος. | Heliopolis Syria. |
| Ptolemaïs Phœnices. | 'Ηλιούπολιτῶν Αἴγυπτοι. | Hispelia. |
| Πυλίων. | Heraclea Ponti. | Κοπάδεων. |
| Ράφια. | Θελπουσίων. | Μαχιμοπολιτῶν. |
| Ροδίων. | Θυατειρικῶν. | Μιτροπολιτῶν Ηρυγγία. |
| Roma. | Ilium. | Νεαροί Samaria. |
| Ρυπίων. | 'Ιουλιοπολιτῶν. | Νικηφόρι Bithynia. |
| Σαρίων. | Καλαχαδνίων. | Νικόπολις ad Iſtrum. |
| Σαμισσατῶν. | Κλαζομενίων. | Περιουσιέων. |
| Σαρδινῶν. | Κλεωάρεων. | Ρωμα. |
| Σελενέων in Cilicia. | Κυπαρισσίων. | Τάρσου. |
| Σελενέων in Syria. | Κυνιδίων. | Tyrus. |
| Σερδινῆς. | Laodicea Syria Cæles. | |
| Σιδητῶν. | Λεβεδίων. | NONIA CELSA, |
| Σικυωνίων. | Μηλυμαίων. | Macrini conjux. |
| Sinope. | Μυλασσεων. | Aἰγαίων. |
| Σμυρνῶν. | Ναξίων in Gracia. | DIADVMENIANVS, |
| Stobenium. | Νεοκυρυσσερέων. | Macrini F. |
| Τάξιον. | Νικηφόρων Bithynia. | Ælia Capitolina. |
| Thracia. | Νικόπολις ad Iſtrum. | Aījazīōn. |
| Τιβεριωπολιτῶν. | Νικόπολις ad Meſtum. | Antiochia Syria. |
| Τόμεων. | Παταλιωτῶν. | Caſarea Cappadocia. |
| Τοπέργου. | Perga. | Καταβαλέων. |
| Τεργιανοπολιτῶν. | Περγαλινῶν. | Κιανῶν. |
| Τερμιταῖν. | Περιθίων. | Κολοφαίων. |
| Troas. | Περιουσιέων. | Κυζικηνῶν. |
| Tyrus. | Πρυμητών. | Neapolis Samaria. |
| Τύπαιπηνῶν. | Ptolemaïs Phœnices. | Νικόπολις ad Iſtrum. |
| Φιλιπποπολιτῶν Thracia. | Σαρίων. | Περιουσιέων. |
| Φλασιεπολιτῶν. | Σερδινῆς. | Περιουσιέων. |
| PLAVTILLA, conjux
Caracalla. | Σιδητῶν. | Σαρδινέων. |
| Αἰγαίων. | Σικυωνίων. | Tyrius. |
| Ακρυσέων. | Sinope. | ANTONINVS
ELAGABALVS. |
| Ερμούνεων. | Σμυρνῶν. | Ælia Capitolina. |
| Γαζία. | Stobenium. | Aījeneitῶν. |
| Ιερεπολιτῶν Phrygia. | Στρατικέων. | Αχρειωτῶν. |
| Νικόπολις ad Iſtrum. | Τοπέργου. | Alexandria. |
| Σικυωνῶν. | Τερμιταῖν. | 'Αιαζαρέων. |
| GETA, Sevéri F. frater
Caracalla. | Τυρου. | Antiochia Pisidia. |
| Άδειανοπολιτῶν. | Τύπαιπηνῶν. | Antiochia Syria. |
| Ancrya Galatia. | Φιλαρκιλίων. | Άσχελωντῶν. |
| Άηθιτῶν. | Φλασιεπολιτῶν. | Berytus. |
| | | |
| | M A C R I N V S . | |
| | Ælia Capitolina. | |

CÆSARUM, &c.

Βεζλίσιον.	Τημιατᾶν.	Σμυρνάς.
Βιζαντῖον.		Ταρσού.
Ἐδενσα.		Τημειτᾶν.
Ἐμισθῖ.		Τήνιον.
Ἐρυθραῖον.		Τερμιτᾶν.
Ἐφεσον.		Τροας.
Γαζαλιτᾶν.		Φιλομηλόν.
Γαδαρίσιον.		Φοκαέων.
Ζερμανίσιον.		
Θυατειρίσιον.		
Κυπρικηΐσιον.		
Κάσι.		
Laodicea Syriae.	ALEXANDER SEVERVS.	IVLIA MAMAEA,
Μαρκανοπολιτᾶν.		Alexandri Severi mater,
Necropolis Samariae.		Julia Masa filia.
Nicæa Bithynia.		
Nysætæ in Decapolis.		
Παλμæλουσι.		Aizalas.
Πριμητᾶν.		Aizias.
Ραφαιειτᾶν.		Bostra.
Σιδωῖον.		Bucæntor.
Stobenium.		Deulton.
Τειπολιτᾶν Syriae.		Ιόιον.
Troas.		Καστρεῖας Γερμανίκης.
Tyrus.		Καρυτῖον.
Ulpia Trajana.		Μαβῖται ad Maandrum.
Φιλιπποπολιτᾶν Thracia.		Μαβῖται a Sipylo.
IVLIA CORNELIA PAVLA Elagabali conjug.		Μαγδίσιον.
Αιρεζαρέων.		Μητροπολιτᾶν Phrygia.
Βιθυνίας.		Σαμᾶλισι.
Νισᾶς.		Σαρδίσιον.
IVLIA A Q V I L I A SEVERA, altera Elagabali conjug.		Σιωράβιον.
Bostra.		Τημιχτᾶν.
Γαζαλέων.		Τειπολιτᾶν ad Maandrum.
Troas.		Φοκαέων.
ANNIA FAVSTINA, Elagabali conjux tertia.		
Λυπημαχίας.		MAMINVS Thraex.
Πρεσπίας.		
IVLIA MÆSA, Elagabali avia, filia Domna soror.		'Αρμίσου.
Bostra.		'Αγχαλέων.
Sidon.		Βρυγελιανόν.
Σμυρνάς.		Δοξυλαέων.
		'Εφισια.
		Germania.
		Καραλιωτᾶν.
		Μαζαρεζτᾶν.
		Μητροπολιτᾶς Βιζινίας.
		Νικηφόριον Bithynia.
		Νυστῖται Caria.
		Perga.
		Περγατᾶν.
		Φοκαέων.
		MAMINVS Caesar,
		Maximini F.
		Διλειτᾶς, in Διλειτᾶ.
		Deulton.
		Κυμαῖον.

INDEX

Μαλίνιται ad Maenstrum.
Μητροπολιτῶν τῆς ἐν Ιωνίᾳ.
Νυσσεῖον Cariæ.
Πλουτία.
Σαρδηῖα.
Σινάδεια.

GORDIANVS Africanus.

Roma.

BALBINVS.

Milanior.

PVPIENV S.

Taracov.

GORDIANVS Pius,
seu junior, ejus nominis
tertius.

Ἄδειανοπολιτῶν.
Ἀλικαῖον.
Alexandria.
Ἀμίσου.
Antiochia Pisidia.
Ἀγχαλέων.
Apamea Phrygia.
Ἀσθεῖον.
Berytus.
Cæsarea Cappadocia.
Carthago.
Δαλδιαῖον.
Deulon.
Διονυσιοπολιτῶν.
Ἐδιοσάγων.
Εἰλιωπολιτῶν.
ἘΦεσόν.
Γαδαρέων.
Gades
Γερμιλωῦ.
Ζεῦματέων.
Hadrumetum.
Heraclea Ponti.
Θεσσαλονικέων.
Ἰουλιοπολιτῶν.
Καδδιαῖον.
Καλλιπούων.
Καρφίων.
Κισινεῖτον.
Κολοφονία.
Κυζικωῦ.
Κυμαῖον.
Διμηρέων.

Λυρέζτῶν.
Μαλίνιται ad Maenstrum.
Μαλίνιται a Syly'o.
Μαρκιανοπολιτῶν.
Μαργιλίτων επιτῶν.
Μητροπολιτῶν ἐν Ιωνίᾳ.
Μοκχαῖον.
Μυρεῖον.
Μυριαῖον.
Νικηφόρι Bitbynia.
Νικηφόρι Cariæ.
Ὀδυσσεῖον.
Παπιρέων.
Pella.
Perga.
Περιδία.
Πουππιοπολιτῶν.
Σαγήλιων.
Σαμιῶν.
Σαρδηῖον.
Σελευκέων in Cilicia.
Σιγῖστον.
Σιδητῶν.
Σιγῖσαρα.
Sinope.
Σμυρνάσιον.
Τάρσου.
Τημφροδηρεῦπον.
Τημερεῖτῶν.
Τιανῶν.
Tyrus.
Viminacium.
Τύπαιπητῶν.

TRANQVILLINA Gordiani conjux.

Ἀμίσου.
Deulon.
ἘΦεσίον.
Καδδιαῖον.
Καλχαδονίφιον.
Καρφίων.
Κισινεῖτον.
Κυμαῖον.
Μυριαῖον.
Σαμιῶν.
Σαρδηῖον.
Σελευκέων in Cilicia.
Σιδητῶν.
Σιγῖσαρα.
Σμυρνάσιον.

PHILIPPVS Pater;

Antiochia Syria.
Βιζύλιων.
Bostra.
Carpī.
Fanum Fortunæ.
Ζεῦματέων.
Hadrumetum.
Heliopolis Syria;
Θεσσαλονικέων.
Ιερεπολιτῶν Syria.
Κινησιτῶν.
Κυρρήστων.
Laodicea Syria Cœles.
Μαλίνιται a Sylyo.
Μαρκιανοπολιτῶν.
Μεσσαμβελαῖον.
Neapolis Samarie.
Nisibis.
Perse.
Σαμιστατέων.
Σελευκέων in Cilicia.
Σηγῖσον.
Σιδητῶν.
Τημιρῖτων.
Viminacium.
Τέγχειτῶν.
Φιλιπποπολιτῶν Arabia.
Φωκαῖον.

MARCIA OTACILIA SEVERA, Philippi Imp. conjux.

Antiochia Syria.
Berytus.
Dacia.
Δαμασκηνῶν.
Ἐύθερέων.
ἘΦεσίον.
Heliopolis Syria.
Ιερεπολιτῶν Phrygia.
Ιουλιέων.
Μαλίνιται ad Maenstrum.
Μεσσαμβελαῖον.
Σιδηνίον.
Σμυρνάσιον.
Τημιρῖτων.
Viminacium.

PHILIPPVS Filius.

Calpe.
Dacia.

CÆSARVM, &c.

^{Ἐφεσός.}	Kολοφώνια.	^{Τερμίταιοῦ.}
Iερεπολιτῶν Phrygia.	Neapolis Samaria.	Ticas.
Κυζίκηνοῦ.		Viminacium.
Κυρρήστων.	HERENNIA ETRVS-	Ulpia Trajana.
Μεσηνῶν, a Sipylo.	CILLA Volusiani	Ταπιτηνῶν.
Μεσαιούσιανῶν.	uxor, Decii filia.	
Μητροπολιτῶν τῆς ἐπ' Ιωνίᾳ.	Viminacium.	GALLIENVS.
Perga.		
Σιδητῶν.	VALENS HOSTILIA-	^{Ἀραζαρβέω.}
Τειπολιτῶν ad Meandrum.	N VS, Decii F.	Ancyra Galatia.
Τραχαιῶν.		Antiochia Pisidia.
MARINVS.	^{Ἐλαζήτων.}	Apamea Bithynia.
Φιλιπποπολιτῶν, Arabia.	Viminacium.	Berytus.
DECIVS TRAIANVS.	TEREBONIANVS	Cælarea Bithynia.
Antiochia Caria.	GALLVS.	^{Ἐφεσός.}
Antiochia Pisidia.		Gallia.
Antiochia Syria.	^{Ἄκμονίων.}	Germania.
Apamea Phrygia.	^{Ἄσπαρνίων.}	Hadrumentum.
Carpi.	Cœlium	Heliopolis Syria.
Carthago.	Δαμασκηλῶν.	Κολοφώνια.
Dacia.	^{Εὐχεπτίων.}	Κοπαέων.
Illyricum.	Hadrumentum.	Κυζίκηνοῦ.
Αλκεδιμησία.	Kολοφώνια.	Μαλίνων a Sipylo.
Ασσοδικέων Syria Cœles.	Laodicea Syria Cœles.	Μαλίνων in Thessalia.
Μαλίνων a Sipylo.	Neapolis Samaria.	Μητροπολιτῶν in Ionia.
Pannonia.	Nicæa Bithynia.	Μογίων.
Πηνειανία.	Tyrius.	Νικομηδία.
Σαμία.	Viminacium.	Περισταλῶν.
Viminacium.		Πρεντέων.
Ταπιτηνῶν.	VALERIANVS.	Σαρμίων.
HERENNIA ETRVS-	^{Ἀδηνέων.}	Σιδητῶν.
CILLA, Decii conjux.	^{Ἀμαστριανῶν.}	Σμυρναῖς.
Kαστελῶν.	^{Ἀμφιπολιτῶν.}	Τηραθιδηρεῦπ.
Κελειδεῖτων.	^{Ἀταζαρβέων.}	CORNELIA SALONI-
Μαλίνων a Sipylo.	^{Ἀτεμονεύεων.}	N A Chrysogone,
Πηνειανία.	^{Ἀφερδιστῶν.}	Gallieni conjux.
Ταπιτηνῶν.	Berytus.	Ancyra Galatia.
HERENNIVS	^{Ἐφεσίων.}	^{Ἀφροδίσια.}
ETRVSCVS,	Hadrumentum.	Θεσσαλονικέων.
Decii filius.	Hispalis.	Θυατειρίου.
^{Ἐλαζήτων.}	Ilium.	Κυζίκηνοῦ.
Περισταλῶν.	Ιουνίων.	Σαρδηνῶν.
Τειπολιτῶν ad Meandrum.	Kopaeōn.	Σιμύνων.
Viminacium.	Kymaios.	LICINIVS VALE-
VOLVSIANVS.	Μαλίνων a Sipylo.	RIANVS SALONI-
Βλανιδέων.	Μητροπολιτῶν τῆς ἐπ' Ιωνίᾳ.	N VS, Gallieni F.
Δαμασκηλῶν.	Μυτηλεῖων.	Λυρειτῶν.
	Nissæa Caria.	Σαρδηνά.
	Περισταλῶν.	Τηραθιδηρεῦπ.
	Periætēs.	ZENOBIA.
	Σωνεῖων.	
	Tætæs.	
	Tremphosθηρεῦπ.	b iij

INDEX CÆSARUM, &c.

Sirmium.

VABALATHVS.	MAXIMIANVS.	CONSTANS <i>Constantini M. F.</i>
Παλμηρῶν.	Carthago. Illyricum.	
POSTVMVS.	GALER. VALER. MAXIMINVS, <i>Armentarius.</i>	Bononia. Gallia. Sifcia.
Deuson.	Alexandria.	
Erymanthus.	ROMVLVS Maxenii F.	CONSTANTIVS, <i>Constantini M. F.</i>
Gallia.	Roma.	
Germania.	CONSTANTINVS M.	Carthago. Roma. Sifcia.
SERVILIUS LOLLIANVS.	Africa. Amida. Arelate. Constantinopolis. Constantiniana Daphne. Francia. Gallia. Heraclea Thracia. Roma. Sarmatia. Sifcia.	IVLIANVS.
AVRELIANVS.		Lugdunum.
Παλμηρῶν.		HELENA <i>Iuliani uxor.</i>
CLAVDIVS Gothicus.		Pharus, seu Isis Faria.
Ἀμεσίας. Σεγαλασσός.		VALENS.
PROBVS.	CRISPVS Constantini M. F.	Roma.
Sifcia.	Alemannia. Sirmium.	VALENTINIANVS.
DIOCLETIANVS.		Lugdunum.
Carthago.		HONORIVS.
CARAVSIUS.	CONSTANTINVS <i>Iunior, Constantini M. F.</i>	
Camalodunum.	Alemannia.	<i>Bogudens, sed id eque non men est.</i>
Roma.		

Additio his quosdam ex Pyrrhi Ligorii Collectaneis nummos, appellatos a nobis in postrema operis huiuscem partem, cui titulum fecimus,
NVMMI ADDENDI.



NOMINA MAGISTRATUUM, PRÆTORUM, PONTIFICUM, &c.

Qui in hujusce voluminis nummis occurunt.

A

A Butius Sex. *Cæsar-*
augusti.
A'gat'or. *Theta'ni.*
Agrippa. *Agric'tor.*
Agrippa Caninius. *Corin-*
thrus.
A'gri'spas. *Gra'ca.*
A'gri'spas. *Ni'polis ad*
Istru'.
A'gri'spas. *Laodicea Cariæ.*
A'gri'spas. *Sy'racosia.*
A'gri'spas. *Avg' Kolo'phi'as.*
A'gri'spas. *Mali'tia ad*
Mare indrum.
A'gri'spas. *Ni'sea.*
A'gri'spas. *Tan'cas. T'pa-*
ti'.
A'gri'spas. *Ae'gina.*
A'gri'spas. *Ger'man'.*
A'gri'spas. *D'ni'pias's I'pit'ias,*
vel I'pit'ias. Ko'piae'.
A'gri'spas. *Di'o'nos. Laodicea*
Cariæ.
A'gri'spas. *E'ph'as. Ku'mas'.*
A'gri'spas. *Mu'ne'.* A'i'car'pas.
A'gri'spas. *Pa'cias Ni'sea.*
A'gri'spas. *Pom'ba. Pe'gma'li'.*
A'gri'spas. *Pom'ba. Ga'latas'.*
A'gri'spas. *Po'nt'as. Bu'zant'as.*
A'gri'spas. *Spi'gas. Sm'ro'as.*
A'gri'spas. *Phi'los. Bu'zant'as.*
A'gri'spas. *Sy'racosia.*
A'gri'spas. *Mali'tia. Sipy'lo.*
A'gri'spas. *Mali'tia ad Sipy'lo.*
A'gri'spas. *A'ch'mas' La'vias. E'fe-*
stas.
A'gri'spas. *Ni'ké'as Bi-*
thym'.

'A'le'xand'res. 'Ave. A'pa-

mea Phrygia.
'A'le'xand'res. Be'l. A'ramia

Phrygia.
'A'le'xand'res. Kl'e'as. Sar-

dia'.

'A'm'as'pas Me'chianos. Mal-

iti'as ad Ma'indrum.
'A'm'as'pas. Ba'stia'.

'A'm'as'pas. Ba'stia'.

'A'm'as'pas. Ma'rib'as pol'as.
'A'm'as'pas. Pe'gai'li'.

'Am'os. M'le'nos. Ul'pia Tra-

j'ia.
'A'rik'os Gar'k'lios. Pa'ste-

li'as. Fi'li'pi'pos pol'as

Th'recia.
'A'rik'os. Ai'gai'pos.
'A'rik'os. Sm'ro'as.
'A'rik'os. Ie'ch'as pol'as.

Phrygia.
Antilius Vetus Gabini.
Ant'ios. Ta'cas.
Ant'ios. Ta'cas.
Antonius Julius. Norba.
Ant'ios N'as'pos. Po'stas.
A'zio'los. Mali'tia ad Sipy'lo.
A'zio'la. A'ch'mas' E'fe-

stas.
'A'pa'cas No'ip'as. Sa'ct-

tu'as.
'A'pa'cas Te'x'as'.

A'pa'cas. Fa'as. A'ramia

Phrygia.
'A'pa'cas. O'u'as'.

'A'pa'cas. T'pa'pi'as'.

'A'pa'cas. G'eb'ul'as'.
'A'pa'cas. Mu'pl'as'.

'A'pa'cas. Di'rrach'ias'.
A'pa'cas. Patria.
A'pa'cas. Ko'as.
A'pa'cas. E'g'as'pi'pos Mal-

iti'as + Sipy'lo.
A'pa'cas. Ta'cas'.

A'pa'cas. Mu'pl'as'.

A'pa'cas. Ge'ru'as'.
A'pa'cas. Sa'rd'as'.

A'pa'cas. Mu'pl'as'. E'fe-

stas.
'A'pa'cas. A'ramia Phrygia.
'A'pa'cas. Ia'as'.
'A'pa'cas. A'gai'as'.
'A'pa'cas. O'kt' Th'as'

Te'gias'.
A'pa'cas. Pe'gma'li'.

A'pa'cas. Ni'ké'as Sm'ro'as.

A'pa'cas. Kl'e'as'.

A'pa'cas. Sm'ro'as.
A'pa'cas. Mi'li'as' Ka-

dom'.

A'pa'cas. A'gai'as' Cariæ.
A'pa'cas. A'gai'as'.
A'pa'cas. E'p'el'as'.
A'pa'cas. Bi'as'. A'ramia

Phrygia.

N O M I N A

*Απόλλος Καπίτων. Περι-
γγαστήν

*Απόλλος Σοφούς. Σμυρ-
ναῖος.

*Απόλλος Λαίχων. Νικηφέων
Βιθυνία.

Αύγουστος Γερεπίνων.

Αύγουστος Διονυσοπολιτών.

Αὔγ. Αἰλιάδος. Κολοφο-
νίων.

*Αὔρ. *Αἴραινδρες. Αρα-
τεα Phrygia.

Αὔρ. Αλέξανδρες. Βέλλ.
Αραπίτη Phrygia.

*Αὔρ. Αιμαρίς. Μαριανο-
πολιτῶν.

Αὔρ. Απφανίς. Μαγιστροί.

*Αὔρ. Αιρχίλας. Πραξ-
ιπάνω.

Αὔρ. Αφφανίς. Φωκείων.

Αὔρ. Βάσχιος. Αραπεια
Phrygia.

Αὔρ. Βέρβουλος. Ἐλαύτων.

Αὔρ. Γάϊος. Μαζίτων a
Sipylō.

*Αὔρ. Γερμίος. Σμυρναίων.

Αὔρ. Γιάνχορ. Θυκτειρινῶν.

Αὔρ. Δαχι Προσαντηνῶν

*Αὔρ. Δαδορος. Νυσσέων.

Αὔρ. Δάσιντος. Κλαβίσιων.

Αὔρ. Ερμίας. Μελιποπλα-
τῶν.

Αὔρ. Εισμίας Τηλετεπών.

Αὔρ. Ευπολής Φωκείων.

Αύρηλος Εύπυχης Σεγκρέος.
Αίχαστον.

Αὔρ. Ζεῦς Μοστηνῶν.

Αὔρ. Ζηνών. Μαγιστροί.

*Αὔρ. Ζηνών. Σερβίανῶν.

Αὔρ. Η'Φαγτίων. Δαλαδύ-
ρων.

Αὔρ. Θεοπετανίς. Φωκείων.

Αὔρ. Θεόδορος. Μαζίτων a
Sipylō.

Αἵλι Ιττήλες (pro Ιπ-
πόλιν) Μινύδων

Αὔρ. Καροτάπερ. Καδωλῶν.

Αὔρ. Λαμπάος Νυσσέων.

Αὔρ. Μαχίμος Αλικαρ-
ναῖον.

*Αὔρ. Μάζων. Ινυλίεων.

*Αὔρ. Μάρκος. Κιενωσίων.

Αὔρ. Μητρωπίτης Αἰρων.

Αὔρ. Μινυστος. Νυσσέων.

Αὔρ. Νικοπέρειος. Τηνικῶν.

Αὔρ. Νίκορ. Ερυθραία.

Αὔρ. Οισέτης Σμυρναίων.

Αὔρ. Περπίας Βλασιδεων.

Αὔρ. Παυλίας. Αιγαίων.

Αὔρ. Ποσπέας Μυτιληναίων.

Αὔρ. Ρύμφες. Σαρδικαῖον.

Αὔρ. Σέλεζ. Μητροπολιτῶν

Phrygia &.

*Αὔρ. Στεγετικιανός. Αρα-
τεα ιχνηγε.

*Αὔρ. Στεγετικηνός. Τημ-
ετηπῶν.

*Αὔρηλος Σάσηρειος. Κυζι-
κηνῶν.

Αὔρ. Σωτηρίος. Βυζαν-
τίων.

Αὔρ. Ταπανός. Μαζίτων
a Syrolo.

*Αὔρ. Τέρπος. Σμυρναίων.

Αὔρ. Τέσπηλος. Αροιονία
Ionie.

*Αύρηλος Τίτος. Θυκτει-
ριῶν.

Αὔρ. Τυχιός Μαζίτων ad
Meanderum.

Αὔρ. Τύλος. Μαζίτων ad
Meandrum.

Αὔρ. Φερίτος. Βυζαντίων.

Αὔρ. Φερίτος Μαζίτων a
Sipylō.

Αὔρ. Χευσόδονος Χίων.

Αὔρ. . . Πιονίων.

*Αφφανίς Φωκείων.

B

Baccius Celsus.

Balchus Αὐγύλιος. Αρ-
ατεα Phrygia.

Baldess. Αἰνύπ' Αλκυονίων.

Bal. Αεισόμαχος Μυτ-
ιληνῶν.

Bérēvulos Ελαύτων.

Berisius Μαχρινῶν.

Besilis Ιουνίων.

Batros Γαλληπῶν.

Batros Πομπονίας Κυανείων.

Bellus Proculus. Cormi-
nthus.

Bidias *Απόλλος. Αραπεια
Phrygia.

Bias Κλαδίδος Κιαρᾶς.

Biblos. Σμυρναίων.

Bóλανος Μίνδος. Νικομε-
δεῖα.

C

C Aldus Corn. Bilbilis.
Caninius Agrippa. Ca-
rath.

Carissus Emerita.

Carissus Tolerum.

Cassius Corinthus.

Cato Cαλαραγύστα.

Celer Calaguris.

Cestius Enna.

Cicero M. Tullius. Laodi-
cea Caria.

Clodius Macer Africa.

Corn. Caldus. Bilbilis.

Corn. Refectus. Bilbilis.

Δ

Δαμασίας Ερετείων.
Δαμασίας Κλαζομε-
νιῶν.

Δαμασίας forte. Περεγαμ-
ιῶν.

Δαμασίας Αθηάλου. Α-
κεχοσωτῶν.

Δαμοκερέτης Απολλώνιος.
Laodicea Caria.

Δάμην. Δυρράχιων.

Δάμην. Αιτα.

Δασιος Σαρδαῖον.

Διμιτσαρίς Αἰρ. Κοπασίων.

Διμιτρίανός Κέλαρ. Κο-
πασίων.

Δημήτερος Βυζαντίων.

Δημητρίου βασιλεύς. Δημη-
τρίων.

Δημιοτρίου Ολοτος. Ελαύ-
των.

Δημητρίου Σερδαῖον.

Δημιοτρίου Ευπαπον.

Δημιοτρίου. Σμυρναίων.

Διαλιγές Μαζίτων a Si-
pyla.

Διορέτης Σμυρναίων.

Διορέτης Διούτου Κοπασίων.

Διόδης Αἴρη. Νυσσέων.

Διούπης Αἴλιος. Laodicea
Caria.

Διούπας Κολυθάσιος Σμυρ-
ναίων.

Διογύσου

MAGISTRATUUM, &c.

Διούστου Διοσκένης. Κοπαίων.	Γάιος Ποτίλιος. Μακεδόνιον.	Θεοφάνης. Μητροπολιτῶν Thessalia.
Διοφάντης Κιλεῖανῶν.	Γαρζίλιος Ἀππιος. Πανταλιστῶν.	Θάσιος. Νικομηδίας.
Διοφάντης. Κάων.	Γαρζίλιος "Αππιος. Φιλιπποπολιτῶν Thrace.	I
Διών ο Διοφάντην. Κάων.	Γέρμινος. Περγαμοῦν.	Ἐερεξ. Αἰχαρίτῶν. Ιερεξ Κιλεῖαν.
Δορύλαος. Βλάστην.	Γέρμινος. Σμυρναῖον.	Ιερεξ Μυτιληνίας.
Δορύλαος. Σαλατῶν.	Geminus Semp. Saguntum.	Ιππίας Φιλίππας. Σμυρνίων.
E	Γερπανός. Μαρκανοπολιτῶν.	Ιππίας, pro Ιππίλυτος. Σμυρναῖον.
E Λαπινόφορος. Κυμαίων.	Germanus. Caesar Augusta.	Ιππίας. Καλαχδονίων.
Ἐλαπίδος Λαζήν. Αθηναϊτίων.	Γλαῦκος. Κυζικηνῶν.	Juba rex. Caesarea Mauretanica.
Ἐπικείτης. Σαρδηνίων.	Γλαῦκος. Περσεπολιτῶν.	Ιούρνιος. Περσικήτων.
Ἐπικείτης. Μάρκελλος. Κυρωφῶν.	Γλαῦκος. Θουτεϊκενῶν.	Ιουλιανός. ΕΦίσιων.
Ἐπικείτης. Αιγαλέων.	Γλαῦκος. Περγαμοῦν.	Julius Antonius. Norba.
Ἐπικείτης. Τηνίων.	Γλαῦκος Θεούδης, vel Θεοδήτον. Περγαμοῦν.	Julius Flaccus. Corinthius.
Ἐργίτης Αερίου. Μαγνητῶν a Sipyllo.	Γορράφητος. Μεγασέων in Attica.	Julius Polyxenus. Corinthius.
Ἐρμίας. Κυμαίων.	Gratus Sempronius. Calaguris.	Iouλίας.... Κοπαίων.
Ἐρμίας. Μιλητοπολιτῶν.	Z	Iouλίας. Ανθίμος. Περγαμοῦν.
Ἐρμείας. Τηνίτην.	Euzis. Μοσχίων.	Iouλίας Α'Ι. Σέλευκος. Μαρκανοπολιτῶν.
Ἐρμέλλαος. Κυζικηνῶν.	Zliosia. Παλμωρηνῶν.	I. Αικτωνεῖος. Τημενετῶν.
Ἐρμέλλαος Ναιγορ, vel Νείχορος F. Υπαπτικῶν.	Zlios. Κυροφίων.	Iouλίας Ερμέφλος. Σαρδηνίων.
Ἐρμέφιλος. Σαρδηνίων.	Zlios. Αρτεμία. Ιούνων.	Iouλίας Κάτων. Αδειανοπλιτῶν.
Ἐναρετος. Τερψιλιανῶν.	Zlios. Δυνρράχινῶν.	Iouλίας Μάζημος. Βαργυλιτῶν.
Ἐνεργείτης. Φιλαδελφείων. Lydie.	Zlios. Τερψιλιανῶν.	Iouλίας Μηχιανός. Αδειανοπολιτῶν.
Eνεργοπος. Κάων.	H	Iouλίας Νικαιδέρος. Μιλησίων.
Ἐνεκάδην. Ταρεντίων.	Elvius Fronto. Bilbilis.	Iouλίας Νικαιδέρος. Κοροφαῖαν.
Ἐνεύπυλος. Περγαμοῦν.	Hegesalidus. Κυμαίων.	Iouλίας Πομπ. Σεονικείος. Κοροφαῖαν.
Ἐνεύπυλος. Μελιτοπολιτῶν.	Hegesalidus. Ασκληπιάδην.	Iouλίας. Σαρδηνίας. Ancyrax Galatiae.
Ἐνεύπυλος. Φαργάκεων.	Φωρείων.	Iouλίας. Σαρτρίδης. Περιπέαρ.
Ἐνεύπυλος. Αύρηλος Σευκρές. Αιγαίων.	Herennianus. Παλμωρηνῶν.	Iouλίας. Σουλ. Ερμέφιλος.
Eνεύπυλος Σα. Laodicea Cariæ.	Herodes. Παλμωρηνῶν.	Iouλίας. Φιτός. Μαρκανοπολιτῶν.
F	Herodianus. Παλμωρηνῶν.	Iouλίας Πρεσβείας. Μυτιληνίας.
E Abius M. Caesar Augusta sta.	Herodianus. Δαλδενῶν.	Iouλίας Σεύπεια. Ακρωτήν.
Festus Manius. Celsa.	Hercules. Δαλδενῶν.	Iouλίας Σεύπεια. Βιζαντίων.
Flaccus Julius. Corinthius.	Hercules. Αὐρ. Μαγνήταν a	K
Fronto Helvius. Bilbilis.	Θεοδοσίας. Φωρείων.	Aιπίων Σεργούλιας.
G	Θεοδοσίας Αλος. Σμυρναῖον.	Ακρωτήν. Περιπέαρ.
Gaios Παπίειος Κάρε- ση. Νικαιδέρος Βιθυνίας.	Θεοδοσίας. Μιλησίων.	Καλικλείδης. Περιπέαρ.
Nικομηδίαν.	Sipyllo.	C

N O M I N A

- Καλίνιος. Κολοφωνίων.
 Καλιτέος. Περγαμηνών.
 Κάλλιστος ΚΑ. Κολοφωνίων.
 Καππητοπλήσιος. Βυζαντίων.
 Καπίτων "Απόλλων. Περγαμηνών.
 Κάρχανη Παπίσιος. Νικαέων
Ειδησία. Νικαριδίων.
 Καραγάδρης. Πιταράδιων.
 Κάρσος Ειούλιος. Αδελφαπλάτων.
 Κέτσιος Antiochis Syria.
Κεφαλίων. Περγαμηνών.
 Κίρρος. Ρατεία.
 Κλάσινος Δόμιος. Αἰγαντών.
 Κλαύδιος. Τιβεριάδων.
 ΚΛ. Αερτοφάνης. Σμυρναίων.
 Κλαύδιος Βίας. Κιανών.
 ΚΛ. Καλλίστος. Κολοφωνίων.
 ΚΛ. Ρουφίνος Σοφίτης.
Σιναράξιον.
 Κλαύδιος Ρούφος. Ρατρα.
 ΚΛ. Στρατόψηνες. Σμυρναίων.
 ΚΛ. Φρέγιτον. Ροδίων.
 Κλείταρχος. Ερεινος.
 Κλεόδουνος. Τηρεδροπερεύπ.
 Κλεοπάτωρ Άυρι. Καδονών.
 Κλέων. Εφεσίων.
 Κλέων Αλέξανδρος. Σαρδηνίων.
 Κοινώπορεινος. Χία.
 Κολυθέδος. Σμυρναίων.
 Κρίνινος Περγαλος Κυφίων.
 Κόρδος Μάρσης. Φρεγήων.
 Κορ. Δολανός. Κυματίων.
 Κρή. Λύπος. Κρήτων.
 Κόπης βασιλεύς. Θράκης.
 Κούχρες. Περγαμηνών.
 Κενινόπλιανός. Περγαμηνών.
 Κεράπτης. Περγαμηνών.
 Κρητειος. Κερτίτων.
 Κερτασίνος Σμυρναίων.
 Κερακίτης Αντίτων.
 Κείτης. Σαρδιανών.
 Κινιπανός. Ταπιτηνών.
 Κινηπλιανός. Μαρκιανοπολιτών.
 Λάιχος "Απόλλων Νικαέων Βι-
τινία
 Λάχης. Κυδωνεπτών.
 Larynthus Αραπεια Phrygia.
 Λεύκιος Πακίνος. Μακεδονίων.
 Λέων Τητώ.
 Λορζένος Μαγνητίται Σιρύλο.
 Λόλαρος Κορ. Κυματίων.
 Λολάρος Μηδικαίων.
 Λίλα Σιρφίλος. Τηρεδρο-
πεύπ.
 Λόλιος Κλάδονος. Αἰγα-
ντών.
 Λού 'Αρτωνίτης Τιανῶν.
 Λόγκ 'Αρτωνίτης Τιτών.
 Λόνι Θάλλος Σμυρναίων.
 Λύκιος Κλάδος (mendose)
Αρτεμίδωρος. Αίγαστων.
 Λυθερος. Ελαΐται.
 Lucetius Cesar Augusta.
 Lutatius Q. Cesar Augusta.
 Λύτος Κορι. Κρήτων.
 Λύσιανδρος Σαρμίτων.
 Λυστονίας Μαρίδρευν. Αἰ-
γαντών.
 Λυσίμαχος Βασιλεύς. Λυσ-
μαχέν.
 M
M Acer Clodius. Afri-
ca.
 Manius Festus. Celsa.
 Manlius Carthago nova.
 Μάζημος Αὐρ. Αλικαρ-
πατσάν.
 Μάζημος Αὐρ. Ιουλίων.
 Μάζημος Ιούλ. Βαρχυλι-
πάτη.
 Μάζημος Τούλλιος. Ραυτα-
λιωπή.
 Μάζημος Τούλ. Vlpia Tra-
jana.
 Μάρειος Κόρδος Φευγίων.
 Μάσκελλος Επιφρίος. Κυ-
ψρίων.
 Μάσκελλος Ο'Τίλιος. Αχιάτων.
Έυμερέων.
 Μάρκιανός. Μαγνήτων.
 Μαρκιανός Ιούλιος. Αδελφο-
πολιτών.
 Μάτιος "Amos Vlpia Tra-
jana
 Μάρκος Ρούφος Ροδίων.
 Marlus Vibius. Valentia
Hispania.
 Μαυλύπος Τερεπέζοπλιτών.
 Μελίται Αθηναίων. Σιναρ-
άδεων.
 Μελίται Ασκληπιαδον. Κα-
στίνου.
 Μέανδρος. Νυσσέαν.
 Μένιδρευν Λυστανίας. Αἰ-
γαντών.
 Μενηλίδης Περγαμίτων.
 Μενεχέπτης. Κάσων.
 Μενέμαχος. Μυταλίων.
 Μεντρεπάνης Σαρδηνών.
 Μεσάλας. Μαρκιανοπολι-
τῶν.
 Μιλοφάνης. ΕΦεσίων.
 Μιλιφίλος Μαρκιανοπολι-
τῶν.
 Μητρέδωρος. Μυριάτων.
 Μητρέρηρος. Πατρέαν.
 Μητρεδίτης. Βυζαντίων.
 Μινδος. Ρατρα.
 Μινδος Βολανός. Νικομη-
δίων.
 Μέδεος Σαβ. Νικόπολις ad
Istrum.
 Montanus. Cesar Augusta.
 Μοχίτων. Μαγνήται ad
Meandrum.
 Μουσίνιος. Νυσσέαν.
 Μύιονος. Αραπεια Phrygia.
 Μυπθέμης Αἰλ. Αἰγαντᾶς.
 Μύτων 'Αργιάτων.
 Μύσην. Σμυρναίων.
 N
N Ασων 'Αιτάνιος. Ρο-
δίων.
 Νέιροπαχος. Τηρεδροπερεύπ.
 Νείχορ Ταπιτηνών.
 Νεοκύδην. Θασίων.
 Νικεγέρες. Καστ.
 Νικεδρος. Μιλανίτων.
 Νικίας. Μητρεπολιτών ή
Ιονία
 Νικόμαχος. Θεατρίλων.
 Νικόμαχος. Σαρδηνανός.
 Νικομήνης Επιφανής. Νι-
κομητών
 Νικότερτης. ΕΦεσίων.
 Νικότερτης. Πατρέαν.
 Νικότερτης. Σμυρναίων.
 Νίχορ Αυρ. Ερυθραίων.
 Νόειος Ρούφος. Νικόπολις
ad Istrum.
 Νοίπατος. Σαρδηνών.

M A G I S T R A T U M , &c.

Σ

E Εισφίλος. Τερμοθη-
ρόστ.

Ζεύσιδης. Σρωταίων.

Ο

O Ctavius. Corinthius.
Odenathus. Παλμη-
ριών.

Όκτ. Ἀξεπιμήδης. Θυκ-
τειφίνδη.

Όλοσος Δημάτειος. Ἐλαι-
τῶν.

Όμηρος Μυελικίων.

Όμησφόρος. Κυζικιών.

Όρέτης. Σμυρναίων.

Ογίλιος Μάρκελος. Ἀχιοίων
Εύμεδέων.

Ούκλ. Νικίας. Μιτρεπολι-
τῶν in Ionia.

Όναρ's Πάρακος. Κλω-
διοπλιτῶν.

Όνυχός Πλάκιος. Νικαία
Βιθυνία.

Οὐίτελιος Νικομηδίοι.

Οὐιλοσενας Ἀγίου. Ιου-
λίων.

Ούόπισκος. Πλωτεινοπολι-
τῶν.

Ούοπισκος. Φιλιπποπολι-
τῶν Thracia.

Π

P Αγκεράπης Τερμια-
τῶν.

Παύλος Αἴλ. Νικαίων.

Πάτρος Γερμ. Ἐφεσίων.

Πάτρος Σεπτ. Ἐφεσίων.

Πακίκιος. Μακεδόνων.

Παλαρικδος Προδόκιος. Κα-
λυδωνίων.

Πατίας Ἀνρ Βλανδιδίοι.

Παπιγιόν Υπεπιπού.

Παπιγιόν Κάρβει. Νικαία
Βιθυνία. Νικομηδίων.

Παυλεῖος. Μιτρεπολιτῶν
in Ionia.

Παῦλος. Αἰγαίων.

Παῦλος. Στεκτεινᾶς

Ρετοπίος. Carrhago noua.

Πετρώνιος. Antioch in Syria.

Πεπρώνιος. Σμυρναίων.

Πλάκιος Ουαρές. Κλω-
διοπλιτῶν.

Πλάκιος Ουαρές. Νικαία
Bithynia.

Ποιελεοπέτεος. Μυπλικιάων.
Πολέμφοι. Μαγνήτων a Si-
rylo.

Πολέμφοι. Σμυρναίων.

Πολέμφοι Φιλοκεάπορ. Laod-
icea Caria

Πολύφοι. Περγαλινῶν.

Πολίφοι. Σαλαμινῶν.

Πολίφοι Ἀκάνθας. Σμυρ-
ναίων.

Polyænus Julius. Corin-
thius.

Πομπίλιος. Πομπίλιοπολιτῶν.

Πομ. Ούρπισκος. Πλωτει-
νοπολειτῶν.

Πομ. Ούρπικος. Φιλιππο-
πολιτῶν Thracia.

Πομπίνος Βάζος Κυνοφία.

Πομπίν. Ιεύλ. Σεουνεῖος.
Κεληφωνίων

Πορπαύος. Μαρκιανοπολιτῶν.

Πορπιος Αἴλ. Βυζαντίων.

Πέπιπος. Νικόπολις ad
Istrum.

Πέπιτ Σαβεῖος. Φιλιπποπο-
λιτῶν Thracia.

Ποπτίλιος. Μακεδόνων.

Πόππιος Οὐϊτέλλος. Νικο-
μηδίων.

Περιτην. Χιών.

Priscus. Οφεα.

Proculus Bellius. Corin-
thius.

Πρεψίος Παλαρικδεις Κα-
λυδωνίων.

Πρέψλα. Μυπλικιάων.

Πρέψλος Κοινίος. Κυνοφία.

Πρέψλος Συφιτής. Σμυρ-
ναίων.

Πύθος Κάρβει. Laodicea
Caria.

R

R Eftus. Calaguris.
Refectus Cornelius.
Bubis.

Ρισικόπειρις Βασιλέως. Θρά-
κης.

Ριούφιος Σοφιτής Σμυρ-
ναίων.

Ρούφος Δημ. Σαρδεινών.

Ρούφος Κλανίδιος. Ρατια.

Ρούφος Μάρκος. Ροδία.
Ρούφος Νέας. Νικόπολις
ad Istrum.

Ρούφος Τίνος. Βιζυηνών.
Ρούφος Φλάκης. Αιζανή-
τῶν.

Rullus Sempronius. Bil-
bilis.

Ρυλιανός. Φιλιπποπολιτῶν
Thracia.

Σ

S A. Εύποχίς. Laodicea
Caria.

Σαβ. Μόδιςος. Νικόπολις
ad Istrum.

Σαλεῖος. Φιλιπποπολιτῶν
Thracia.

Σαλλάν. Αεριτάνες. Βυζα-
νίων.

Σάλλ. Λέων Τηνίων.

Σαλάνιος. Ελάγτης.

Σαλερίνος. Περινέων.

Σατριῆς Ιουλίος. Anadyra
Galatia.

Σέλευκος Μαρκιανοπολιτῶν.
Semp. Geminus. Sagun-
tum.

Semp. Graccus. Caſili-
num.

Sempron. Rullus. Bilbilis.

Σεξπίλιος. Εφεσίων.

Σεξπίλιος. Κυζικιών.

Σέξης. Μιτρεπολιτῶν Rhry-
gia.

Σέξης Σμυρναίων.

Σεσνίρη Ιουλία. Ακαμένων.

Σεσνίρη Ιουλία. Βυζαντίων.

Σευνέρης Αιμίλιος. Βυζα-
νίων.

Σευνέρης Αύγουλος Εύποχίς.

Αιγαίων.

Σεπτίμιος. Θυατειρίων.

Σεπτ. Παΐς. ΕΦεσιων.

Σερ. Ταπιαίος. Μαρκιανο-
πολιτῶν.

Σερφυτίλιος Καρπίων. Ακ-
μηνών.

Σερφυτίλιος Ρ'υλιανός. Φιλιπ-
ποπολιτῶν Ιτασία.

Σιλανίς. Αποσθια Syria.

Σκεισφιλίος. Φωκαέων.

NOMINA MAGISTRATUUM, &c.

- Σεγέλιος. Ἱερεχτολίπτω Phryg-
 γία.
 Σουλ. Ἐγρυφίλος. Σαρδίζ-
 νῶς.
 Sparlus. Οἰχα.
 Στήρετος. Σμωριάσω.
 Σπαστος. Σπασίω.
 Στρατηκῆς. Ἀλικηρασ-
 σέων.
 Στρατηκιανός. Αὐρ. Αρα-
 τει καὶ θρηγία.
 Στρατηκιανός. Τημενιώτ.
 Στρατόποντος. Epirus.
 Στρατόπεντος. Σμωριάσω.
 Στρατόποντος Αὐρ. Ἱερεχθ-
 στεξέων.
 Στράτων. Δυρράχιων.
 Sura Val. Saguntum.
 Συλλιος Σμωριάσω
 Σωκράτης. Αθελανθηρεύτ.
 Σώπιμος Laodicea Caria.
 Σώτερος Αυγήλιος. Κυ-
 ζημπάν.
 Σώτερος. Χαλκιδέω.
 Σωτηρίος Αὐρ. Βυζαντίων.

 T
T Arxenīpos. Nikomip-
 δίων.
 Tarracina. Oesc.
 Tatianos Αὐρ. Μαγνήται α
 δ Sipyllo.
 Tatianos. Μαρκιανοπολιτῶν.
 Tatianos. Υπαιπηώ.
 Tē̄tē̄nos Αὐρ. Apollonia
 Ionie.
 Tē̄tē̄nos. Nikopolis ad
 Meſitum,
- Τιβ. Ιώλ. Φιτσίς. Μαρκια-
 νοπολιτῶν.
 Τιβ. Κριπέιος Σμωριάσω.
 Τίνος Ρύθμος. Βιζυλιωνή.
 Τιτ. Αἴλ. Καπταλίτος. Βι.
 Ζαντία.
 Τίτης Αυρήλιος. Θυατειρη-
 τῶν.
 Τιύλιος Μάζιμος. Παντε-
 λιωτῶν.
 Τιύλ. Μάζιμος. Vipia Tra-
 jana.
 Tullius Cicero. Laodicca
 Carie, Μαγνήται a Sipylo'.
 Τύλιος. Τυμροδηρεύσ.
 Τύλ. Κεράππης. Περγαμη-
 νῶν.
 Τυχιός. Νυσσέω.
 Τυχιός Αὔρ. Μαγνήται ad
 Meandrum.
- V
- V** Abalathus. Παλμω-
 γλωῶν.
 Val Sura. Saguntum.
 Vertiacus L. Cæsaraugusta.
 Vetus Antistius. Gabini.
 Vibius Marsus. Valentia
 Hispania.
 ΤΈρεας. Μυλασέω.
 Τήλων Αὐρ. Μαγνήται ad
 Meandrum.
- Φ
- Φ** Arias. Ἱερεχτείω.
 Φανίου Απέλλας. Αρα-
 τει καὶ Phrygia.
 Φαντιανός. Μαρκιανοπ-
 λιτῶν
 Φιτσίς. Μαρκιανοπολιτῶν,
- Φισός Αἴλ. Βυζαντίων.
 Φιλίτας Ἰππικος. Σμωρι-
 ασῶν
 Φίλιππος Φλ. Εύδρείων.
 Φιλοκράτως. Apataea Phryg-
 gia.
 Φιλοκράτωρ Πολέμιος. Λαο-
 ς εε Carie.
 Φιλομήτωρ. Μιλισίων.
 Φιλοπάτωρ. Σμωριάσω.
 Φίλαι Δαμασ. Κλαζιμε-
 νῶν.
 Φιλόπτε. Δυρράχιων.
 Φλάχκος. Αἰζανειτῶ.
 Φλάχκος. Antiochia Syria.
 Φλ. Εγμόλας Νείκηρ.
 Τπατιτινῶ.
 Φλ. Μάζιμος Αὐρ. Α'λι-
 καρασέω.
 Φλα. Μωλέπος. Τερπηζο-
 πολιτῶ.
 Φλ Σουλπικιανός. Ηερ-
 ποτιίων.
 Φλ. Φιλιππος. Εύδρείω.
 Φλασίος. Ρέργα.
 Φρυτέον. Μαγνήται ad
 Meandrum.
 Φρύτων Ρόδια.
 Φρύτων Αὐρ. Βυζαντίων.
 Φρύτων Αἴρ. Μαγνήται a
 Sipyllo.
- Χ
- X** Αιγέας Απιάλου. Περ-
 γλωῶν.
 Ξρέχιος Σμωριάσω.
 Ξεύστιος. Μητροπολιτῶν
 Thessalie.
 Ξρυσόγονος. Χίος.



INDEX

RERUM MEMORABILIU M.

A	ΑΠΑΜΕΩΝ.	Æsculapius. Αδερφοπιάτης.
Bundantia. Σαρόβη.	ΑΡΑΔΙΩΝ.	Αδελαθίειπάν.
Achelous amnis. Αμφιλοχίων.	ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ.	Αίζαπάν.
Oinásis.	ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.	Αινίων.
Achilleus, equi nomen.	ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ.	Ακραγαντίας.
Βασιλέων.	ΕΔΕΣΣΗΝΩΝ.	Ακραστών.
Aceius Juppiter. Σμεργγάρων.	ΕΜΙΣΗΝΩΝ.	Αμαργαλάς.
Ἀρεγιοι Θεοί. Μυπλωσίας.	ΕΦΕΣΙΩΝ.	Απιαλας.
Aetia certamina. Περιθώιας.	ΓΑΒΑΛΕΩΝ.	Αράμπτων.
Ἄριθεινος. Ιεραπλειτῶν Phrygiae.	ΓΑΒΗΝΩΝ.	Διοπειπάν.
Ἄδελφοι δύρφοι. Τάξσου.	ΓΑΔΑΡΕΩΝ.	Δοκιμέων.
Ἄριθεινος. Ιεραπλειτῶν	ΓΑΖΑΙΩΝ.	Ειρηνοπολειπάν.
Admeta. Σαριάν.	ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ.	Ἐλάμπτων.
Adonis horci. Σαμίων.	ΘΡΑΚΩΝ.	Γερμίλιων.
Ἄδειλεια. Νικήτων Bithynia.	ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡΕΩΝ.	Γορπιών.
Adventus Cæsarum. Περιθώιας.	ΚΑΝΩΒΙΤΩΝ.	Γυθειατών.
Æas fluvius. Απολωιαπάν in Epiro.	ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Cæles Syria.	Θελπουσίων.
Ædiles. Αθολαιων.	ΝΕΑΠΟΛΙΤΩΝ Σαμαρίας.	Ιεραποτίας.
Æliana Pincensia. Pincum.	ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.	Καρδονών.
Æliopolis, Damiata. Τατιτῶν.	ΡΑΦΙΑΣ.	Καμαρέιας Γερμανικῆς.
Æneas Anchisen gestat. Ilium.	ΡΗΣΑΙΝΗΣΙΩΝ.	Κλαυδιοπλάτων.
Σεγεστίων.	ΣΙΔΩΝΙΩΝ.	Κοπαΐων.
Æolus. Αιωρίων.	ΣΙΝΩΠΗΣ.	Κυμαίων.
Æquare. Τιανᾶς.	ΤΑΡΣΟΥΤ.	Κώστων.
Æquitas. Τιανᾶς.	ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ.	Λασιθιέων Caria.
Ætræ diversæ.	ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ Syria.	Μερανίων.
ΑΙΓΑΙΩΝ.	ΤΤΡΙΩΝ.	Μεσολιών.
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ in Ægypto.	ΝΙΜΙΝΑΣΙ.	Μιδιαίων.
ΑΜΑΣΕΙΑΣ.	ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ Syria.	Neapolis Samaria.
ΑΜΙΣΟΥΤ.	Ætra Seleucidarum.	Νικηέων Κιλικιατῶν.
ΑΝΑΖΑΡΒΟΥΤ.	ΑΠΑΜΕΩΝ.	Νικομηδίων.
ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ad Hippum.	ΑΡΑΔΙΩΝ.	Οδησσειπάν.
ΑΝΤΙΟΧΙÆPisidie.	ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ.	Πανταλιστῶν.
ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ Syria.	ΕΜΙΣΗΝΩΝ.	Περγαμίων.
	ΣΙΔΩΝΙΩΝ.	Πυλίων.
	ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ Syria.	Σερδικῆς.
	ΤΤΡΙΩΝ.	Σικυωνίων.
	Æsculapius. Vide, Serpens	Σμεργαλίων.
	Æsculapii.	Τητίων.
	Æsculapius, qui Juppiter.	Τημενεῖς.
	Niκήτων Bithynia.	Τιανᾶς.
		Τ' πατιπιών.
		Χίων.
		Æterna Roma. Roma;

I N D E X

- Aeternitati Augusta. *Asta.* Antigonus Gonata. *Αιγανός γονάτης.*
 Aetna crater. *Εννα.* Heraclea Thracia. *Ηράκλεια Θρακίας.*
 Africa typus. *Africa.* Antinoi sacerdos Hostilius. *Αντίνοος Εύμενεος.*
 Agathē τύχη. *Boftra.* Antiochus I II. Comma-
 Καλχαδονίας.
 Agathē, bonus, propitius. *Αγαθή προθυέται.* genorum rex. *Κομμα-
 Agnotheta. *Απαντήσα.* γνώτης.*
 Agnotheta. *Αγνοθήτη.* Antiochus I V. Comma-
 Agnōs Apollo. *Μεγαρέως γενορυτης.* genorum rex. *Σερενέως.*
 Agnōs Apollo. *Μεγαρέως in Attica.* Antiochus I V. Rex Syriae. *Εδεσσα.*
 Agrippina, Drusilla, Ju-
 lia. *Μυπλικιάνη.* Antiochus I V. Rex Syriae. *Πτολεμαῖς Φανενες.*
 Alcibiades. *Νυκέας Καρίας.* Antipater, Caracalla &
 Ajax Oileus. *Λακράς.* Geta præceptor. *Ιεροπλάτεας Φρυγίας.*
 Ομοτιάς.
 Περιουσιάνη.
 Alexander Macedo. *Apol-
 lonia Καρίας.* Antoniniana certamina. *Βιζαντία.*
 Μακεδονία.
 Alexander Syriæ rex. *Apa-
 mia Cæles Syriae.* Aper. *Λοχτήσα.*
 Alcibiades. *Νυκέας Bi-
 thynia.* Aper. *Λοχτήσα.*
 Alexandria certamina. *Ναυπακτία.*
 Οδησσός.
 Philippiopolitæ. *Θρακία.* Aper Calydonius. *Αἰπωλός.*
 Alimenta subministrata. *Italia.* *Ναυπακτία.*
 Alpheus amnis. *Ολυμπίας.* Aper Calydonii caput. *Νι-
 Amazon Cyme. *Κυμαία.* κόπολις in Epiro.*
 Amazon Hippolyta. *He-
 raclæs Ponti.* Aper sagitta transfixus. *Εφεσία.*
 Amazon Smyrne. *Θυ-
 τερπιάνη.* Apex, insigne Pontifica-
 Σμυρνία.
 Amazones. *Μυρμικαία.* tus. *Ιυλια Traducta.*
 Amastris regina. *Άμα-
 στριά.* Apion ab Api. *Τραπιπάτης.*
 Ambrofia Petra. *Tyrus.* Apis. *Άπιαριασ.*
 Amphora diota. *Xian.* *Ἐλευσίνη.*
 Anadyomene Venus. *Ac-
 tium.* Méjaæ in Sicilia.
 Ancaia. *Κομμαγηνή.* Apium. *Σελινιατία.*
 Anguis. *Γατά.* Apollo. *Αἴανταίσα.*
 Anguis e cista prodiens. *Κερτωρ.* *Αιμοτίνων.*
 Annus Novus. *Σεπτήμιοι.* *Αιμοτίνων Μακεδονίας.*
 Arianus, Duunivit, Pro-
 consul. *Άλκυονίσα.* *Άπολλος Ιατρός in Epiro,*
 Calaguris. *Καλαγορία.* *Βλασιδέα.*
 Καλαγορία.
 Καντακίνα.
 Φωκαία.
 Apollo Aëtiacus. *Aëtium.*
 Apollo Calliteenus. *Περ-
 γακινός.*
 Apollo Cithareodus. *Κάρω.*
 Apollo Cocas. *Άπιλονα-
 της in Epiro.*

R E R U M.

Apollo Cygno vescus. Καλαζδενιώ.	Aquila duæ. <i>Hadrumentum.</i>	Σμυρνίων:
Apollo Didymus. Κάως. Μλαντιώ.	Aquila Consulum & Impp. i-signia. Περιπέται.	Ασύι jus. Αθηνέσιον. ἘΦεσία.
Apollo Λαζφεῖος. Καλυδ- νίω.	Aratus. Πουπιόνωλαπῶ.	Atacini. <i>Narbo.</i>
Apollo Leucadius. Λευκ- διώ.	Arcadia Ἐγύπτι Provin- cia, unde dicta. Ὁξυ- ρυγτᾶ.	Atauclus <i>Roma.</i>
Tau. τῶ.	Archontes Athenis, Ha- drianus & alii Augusti.	Athalaticus. <i>Roma.</i>
Apollo Lyceus. Ἀρχειώ.	Alīzai τὰ.	Attalus Priscus. <i>Roma.</i>
Apollo Narmaleus. Ναρ- μαλέω.	Ἀρχέων.	Ates puer. ΑΓΙΑΛΕΑ.
Apollo Pythius. Τερμια- νών.	Arcus. <i>Parthia.</i>	Αὐγούστια. Νικέων <i>Bithy-</i>
Apolloni Sancto. <i>Antio- chis Pýsidia.</i>	Arcus & pharetra Ἀλι- στᾶ.	nia.
Apollo Sethroïtes. Σε- θρόντις	Armenia.	Augustus Ἐλευθέριος. Κρι- τῶ.
Apollo Smintheus. Σμυ- νατῶ.	Arcus triumphalis. <i>Par- thia.</i>	Avis Threïcia. Σεργίης.
Terebītō.	Arethusa. Ἐυποριτῶ.	Axon fluvius. Καλυδεῖον.
Apollo Temenites Συρ- κοσιών.	Argæus mons <i>Cappadocia.</i>	B
Apollo Teneates. Τενεατῶ.	Argeus rex. Ἀρχειώ.	Aalim. <i>Sidonia.</i>
Apollo Τοξότης. <i>Patra.</i>	Argonautæ. Κυζικῶν.	Bacchus. Ἄδειανο- λιτῶ.
Ἀπφαῖος. Σερφεζιωῦ.	Μαγνήται. <i>hessalia.</i>	Berytus.
Aquila Ἀποχέας <i>Syria.</i> Ἀπαρέων <i>Phrygia.</i> Ηλείων.	Aries. Κλαζορθίω.	Bœotia.
Θυατειρών.	Aries cum Mercurio. <i>Co- rinthus.</i>	Corinthus.
Idion Ζιός.	Aries cum ove. <i>Neapolis Samaria.</i>	Διονυσοπολιτῶ.
Ιερεποτιών.	Arion. <i>Brundistum.</i>	Γυθεατῶ.
Κερβερίων.	Arisioë. Ἀρισιοῖτῶ.	Zakhynthian.
Laudicea Cœles <i>Syria.</i>	Ἀρχιγύπτιος Ἀπόλλων. Ιερε- πολειτῶ <i>Phrygia.</i>	Θασίων.
Aunkiών.	Ἀρχιγύπτιος Ἀπόλλων. Ταυ- ρικῶντῶ.	Θήραιον.
Lyla.	Ἀρμεσέως. Ροδίων.	Kerestōn.
Μεσηλίων.	Ἀρχερεποτιών. Ἀποχέας <i>Sy- ria.</i>	Knidia.
Neapolis Samaria.	Ἀρχοντες in plurimis op- pidis. ἘΦεσίων.	Koρκυρά.
Πανομπῶ.	Asclepia Soteria. <i>Ancyræ Galatia.</i>	Kottæa.
Ravenna.	Asclepiades. Περινούσαι.	Kυδωνιατῶ.
Sinope.	Asīx x i i i. civitates. Κι- λοφονίω.	Kύπαρισσίων.
Συγκοσιών.	Λασιδικέων <i>Caria.</i>	Κάρω.
Tægson	Ἀστάρχης Ροδίων.	Λαμπέων.
Aquila fulmini insidens. Μαμερτίνω.	Ἀσπαθέλεως ἘΦεσίων.	Λεσβίων.
Μαρκιανοπολιτῶ.	Affarium. Χίων.	Μαραντῶ.
Aquila globo imposita. Ἐμιστῶν.	Affius lapis. Ασίων.	Μινύσων.
Aquila leoporem discer- pens. Ζεφυρέων.	Astaroth. <i>Sidonia.</i>	Ναζίων in <i>Gracia.</i>
Δοκεών.	Astarte. Βυθλίων.	Νικέων <i>Bithynia.</i>
Aquila, Imperii symbo- lum. Αυαστίας.	‘Οσδανίων.	Νισιάων <i>Caria.</i>
Aquila & draco. Νικομη- δεῶ.	Ιερεπολειτῶ <i>Syria.</i>	Πανταλιωτῶ.
	Σιδωνίων.	Περσηλιωῶ.
		Πίσανξίων.
		Σιδωνίων.
		Τήτων.
		Φιλαδελφέων <i>Syria.</i>
		Χαλαζεῖων.
		Bacchus curru tigribus juncto vescus. Μαγνί- των a <i>Siplo.</i>
		Σελευκέων in <i>Cilicia.</i>
		Bacchus cum panthera. Περγαμηνῶ.

INDEX

- Bacchus cum Satyro, & vite. *Gades.*
- Bacchus, cum vite & tigride, vel panthera. *Μαρσίων.*
Μάρκιανοπόλιτῶν.
- Bacillus Imperatorius. *Περγατέων.*
- Basilea. *Rauraci.*
- Basilica Ulpia. *Pannonia.*
- Baston de commandement. *Περγατέων.*
- Beata Roma. *Roma.*
- Bellerophon. *Άλαιων.*
Corinthus.
- Berenice. *Αγανίτων.*
- Bigæ leonum. *Άλια Καπιτολίνα.*
- Βιδωνίζεχης. *Bithynia.*
- Blandonæ. *Lans Iulia.*
- Borodæus. *Boruðæus.*
- Bos. *Άλιβαταν.*
Ἄρεδιαν.
Ισαμίων.
Καρυτίων.
Μαγνήτων καὶ Σιρύλο.
Νικομήδων.
Πολυρρήσων.
Περγατέων.
- Bos aræ impositus. *Gabini.*
- Bos cornutæ. *Bracara.*
Γοργωτίων.
Θουρίων.
Μασταλιτῶν.
- Bos Marti immolatus. *Graccus.*
- Bos pascens. *Αμφιπολιτῶν.*
Ἀπολλωνιατῶν in Epro.
Pella.
- Bos cum luctente vitulo. *Κορκυριατ.*
- Bos nigra Proserpinae matata. *Κυζικινῶν.*
- Bos, cur in nummis Hispanorum. *Gelsa.*
- Bos vittatus, major Deorum viætima. *Graccus.*
- Boves Nisephorium.
- Botidæ, urbs Phrygia. *Άθητῶν.*
- Bouleutæ. *Λογοταλιτῶν.*
- Bouleus Zeüs. *Nicourndior.*
- Boulæ. *Απαμειων Phrygia.*
Βαγιλιῶν.
- Boulañ & Bouleutæ. *Niko-*
μπίων.
- Boulañ iegæ 'Ορθωσίων.
- Boulañ Κερτίγη. *Σμυρναιων.*
- Bria oppidum sonat. *Με-*
στριπερασῶν.
- Mirobriga.
- Briga, in oppidis Hispaniæ. *Mirobriga.*
- Bzḡt̄m̄d̄a Ἰπποι. *Nixæōn*
Bithynia.
- Byzas. *Buζαρτσ.*
- C
- Pro Σ quando cœpit in nummis & lapidibus sculpi. *Άγησταν.*
Kuglun.
- Cabiri, & Cabiria. *Θεο-*
συλλογικέαν
- Caduceus, Mercurii symbolum. *Nixæōn Bithynia.*
Tuwæcætæ.
- Cæsarea certamina. *Μηργ-*
πολιτῶν οἵ τε Ιανία
- Cælaris Dictatoris equus. *Nixæōn in Bithynia.*
- Calathus frugum plenus. *Παταλιατῶν*
- Callitecus Apollo. *Περ-*
γεινοῦντον.
- Camelus. *Arabia.*
- Camelus, Arabiæ symbolum. *Bostra.*
- Cancer. *Aἰδηνός.*
Άκεραντίων.
Άμερεγιατῶν.
Βερετίων.
Κάδων.
Σινεσανῶν.
Σμυρναιων.
- Canis. *Κολοφωνιων.*
- Canthus Liberi Patriæ. *Ιερεστον.*
- Καλακτῖων.
- 'Oποτίων.
- Σμυρναιων.
- Σιδενῖων.
- Capitolina certamina. *Ηε-*
լιοπολις.
- Capra. *Αἴγαιων.*
Ἐλανῖων.
Εννα.
- Capra Junoni sacra. *Άχ-*
εργατῶν.
- Capricornus. *Nixæōn in*
Bithynia.
- Caput galeatum. *Τειπολι-*
τῶν Syria.
- Carisia familia. *Emerita.*
- Carthaginienses Saidiniam tenuere. *Καρχηδι-*
τῶν.
- Carthago. *Πανορμιτῶν.*
- Catæcia. *Calpe.*
- Caius mons. *Σελευκίων in*
Syria.
- Callander Macedo. *Κα-*
ραρδεῖων.
- Castellum *Ulpia Trajana.*
- Castor & Pollux Ταξιδιων Λακεδαιμονιων.
Όρφωπισαι.
Δορεῖ.
Τειπολιτῶν Syria.
Τιαδαειτῶν.
- Castorū pilei. *Άππ-*
μεών Phryg'α.
Σιωραδῶν.
Φωκέων.
- Cato Euergētis ή Σωτής. *Mopsuestia.*
- Caystrus amnis. *Μητρατ-*
λιτῶν οἵ τε Ιωνία.
Nixæōn Κιλεσιων.
Τιππικιων.
- Centauri. *Πειραιων.*
- Ceranius Juppiter. *Σε-*
λευκέων in Syria.
- Cerberus. *Heraclea Ponti.*
Πιστειρίων.
- Cereales hymni. *Σμυρναιων.*
- Cereris teda. *N.στιων.*
- Cereris teda. *Άπαμειων*
Phrygia.
- Ceres. *Άδειαπολιτῶν.*
Άκεραντίων.
Άρεχτων.
Γυδεσταῖ.
Ἑλαյτῶν.
Ἐρυθρίων.
Κατενιων.
Κυζικινῶν.
Κοττιων.
Λιαζεῖα.
Μαινῶν.
Μελαγέων in Attica.
Μελιτιων.
Μετανιων.
- Metapontiow.

R E R U M.

Μεταποτίνα.	Cleopatra Dea Nova. Μυ-	<i>Nilus.</i>
Νικουνδέα.	πλώσια.	Crus triplex, Sicilia τύ-
Περιποιωτία.	Cloato Lugduno. <i>Lugdu-</i>	pus. Πανορμίται.
Σαρδίανα.	num.	Σελινίται.
Σερδίνης.	Clypeus. 'Ισιδρίας.	Sicilia.
Στρατικά.	Ταραχαία.	Cubitus. 'Αλκάρ.
Συμαίας.	Clypeus cum hasta. 'Ροδία.	Cuniculus. <i>Hispania.</i>
Συραγοσίας.	Colonia deducta lymboia.	Cupido alatus. 'Ορθοσέα.
Τηράνης εῦπ.	Antiechia Pifidia, & alibi	Παριανός.
Τινδαρέα.	sapius.	Τεχίαντολαῖται.
Φλασίπολις.	Colonia quot in Hispania.	Cupido alatus cantharum
Ceres Θεσιφόρης. Μαζ-	<i>Celsa.</i>	gestans. Ηεράλιων.
ηταὶ a Sipilo.	Commodus Juppiter Ju-	Cupido cum Venere. Καρ-
Ceres nigra. Θιλπούσια.	venis. Μυπλώσια.	ππαίσια.
Certamina sacra Capitolini-	Commodiana Carthago,	Cupido τρέπτης. Παφίας.
na &c. Heliopolis.	Panormus. <i>Carthago.</i>	Curetes armati. Μαγίται
Ceramium varia nomi-	Concha Tyria. <i>Tyrus.</i>	ad Μανδρινον.
na. Νορθαὶ Bithynia.	Concordia Colonia. <i>Ha-</i>	Cybele. Ιεραπολεῖται <i>Syria.</i>
Cervorum biga, quadriga.	drumetum.	Κοπαΐσιον.
Μαγίται ad Μανδρινον.	Conditor Orbis Trajanus.	Laodicea <i>Caria.</i>
Cervus. Εφεσία.	Auxiliarum.	Μαγίται a Sipilo
Καυλοποτά.	Conventus. <i>Apamia Phry-</i>	Μιτροπολιται ἐπὶ Ιανίᾳ.
Σπειρίλια.	gia.	Περιποιωτία.
Chalcidæ Minerva. Ηε-	Copia, & Copiarii. <i>Lug-</i>	Σιδηνία.
raclea Acamnia	dunum.	Σμύγρασιον.
Charites. Απολωλέσι in	Cornucopie. 'Ιεραπολεῖται	Syria.
Ionia.	<i>Phrygia.</i>	Cybele. Τυρεῖα.
Αφροδισία.	Λοχρόη.	Vlpius Trajana.
Chimæra. Corinthus.	<i>Lugdunum.</i>	Φορχία.
Σεριφία.	Μαρμετίνα.	Cydas, Κυδείων.
Chora inferior. Κιλεταῖ.	Μαρκιανοπόλις.	Cydnus amnis. Τάγσον.
Chorescopi. Κιλεταῖ.	Neapolis Samaria.	Cygni Apollinis currum
Christopolis. Τύρα.	Nixéσι in Bithynia.	jungunt. Καλχεδοία.
Christus vincit. Βογ νθέσης.	Περιποιωτία.	Cygni Veneri sacer. Κυ-
Chrysanthma. Σαρδίανα.	Σαρδία.	εῖας.
Chryses amnis. Afferinon-	<i>Stobenium.</i>	Cyzicus rex. Κυζικων.
rum.	Τηρμός.	D
Chrysippus. Πομποπολι-	Τεχίαντολαῖται.	Dactyli tres. Μυε-
τοῖ.	<i>Valentia in Calabria.</i>	ριατοι.
Chrysorhoas. 'Ιεραπολε-	Corona ederacea. Παραμ-	Δαμιατοι. Μυεριατοι.
ται Phrygia.	ποι.	Damiata, ubi posita. Τα-
Cius, Herculis socius.	Corona quernea. <i>Parthia.</i>	μποι.
Klavōi.	Corona spicca. Συραγοσία.	Πηλοποιωται.
Claritas Julia colonia. At-	Corvus Παταγέται.	Δ. E. 'Αρτιχέα.
tubi.	Corvus Apollini sacer. Σε-	Comana Cappadoccia.
Classica colonia. Διάρω.	ρθεῖτης.	Dea Syria. 'Ιεραπολεῖται
Forum Iulii.	Colimus, apud Cretenses,	Syria.
Clava Herculis. Δυρρα-	qui Ephorus. Λυχτία.	Decumani. Narbo.
χίων.	Cotys iex. Θεάρχοι.	Decuriones, qui. Corinthus.
Συρνονία.	Crater Ätnæ. <i>Etna.</i>	Δεξαμεῖς Κυλιον. Berytus.
Claudia Augusta Pia colo-	Cressa-nota. <i>Kusmatai.</i>	Delphinus. Αγριά.
nia Salona	Cretica vina. <i>Kusmatai.</i>	Brundifium.
Cleopatra. Τερπολεῖται Sy-	Crocodilus. <i>Egyptus.</i>	d
ria.	<i>Nemurus.</i>	

INDEX

- Βυζαντιον.
 Corinthus.
 Delphi.
 Ἰστρεια.
 Περιφερεια.
 Περιπτω.
 Delphini. Γλυκια.
 Σελαντια.
 Τιθων.
 Τιθεια.
 Τελειω.
 Δημetrius Nicator. *Tyrus.*
 Demetrius Poliorcetes.
 Δημetrius.
 Demetrius Pompeii liber-
 tus. Γαδιγεω.
 Demetrius Soter. *Tyrus.*
 Demosthenes ubi obiit.
 Κραλαιατω.
 ΔΗΜΟC.
 Antiochia *Syria.*
 Αρχεδια.
 ΑΤΛΑΠΑ.
 Γερικουδι.
 Διαπειτω.
 Λαοδικεω *Caria.*
 Σμυρναι.
 Συναδια.
 Τριαρο ή ευστ.
 Τειπολιτω ad Maenadr.
 Φιλαδελφεω *Lycie.*
 Δια βίου. Περιγαλιων.
 Diana. Αδειανοπολιτω.
 Αχρυσιω.
 Ακρεσιω.
 Αγχαλέω.
 Βεργασιω.
 Βιζυηνω.
 Corinthus.
 Δαλδιανω.
 Δηλιω.
 Γερικω.
 Κλαρεω.
 Κιασιω.
 Κρήτω.
 Λευκαδιω.
 Μαχιτω a Sipyo.
 Μυεραι.
 Μυτιλινω.
 Neopolis Italia.
 Patta.
 Perga
 Περιγαλιω.
 Ραφια.
- Ρηγια.
 Τεμλ ανθ.
 Τιπα. πι. αι.
 Diana binammia. Μαζ-
 ητω ad Maendrum.
 Diana Brautonia. Λαοδι-
 κεω *Syria* proprie dite.
 Diana Coryphaea, Ham-
 monia. Πυλια.
 Diana cum velo, taurō ve-
 sta. Ικεσια.
 Diana Epefia. *Αθυδικω.
 Corinthus.
 Διονυσος τολφω.
 ΕΦ. σιω.
 Kadelwsi.
 Ιεροπλατω ιθρυσια.
 Μαγιτω ad Maendrum.
 Μητροπλατω ιερατω.
 Μιλσιω.
 Neopolis Samaria.
 Περιστερω.
 Σμηραι.
 Φιλαδελφεω *Lydie.*
 Diana jaculatorix. Ναυπακ-
 πιω.
 Diana Laodicena. Λαοδι-
 κεω *Syria* proprie.
 Diana Laphria. ΕΦεσιω.
 Diana multimmia. ΑΓ-
 κυριω ιθρυσι.
 Ατυγιειω.
 Νακελω.
 Νειρος *Sunaria.*
 Τηλοροθησι.
 Diana Persica. Ιεροχυση-
 ρεω.
 Diana venatrix. Γερμαν-
 ικοπολις.
 Θασιω.
 Θυατειρω.
 Καισαρεια Γερμανικη.
 Μιαντηλιτω.
 Μιλσιω.
 Sicilia.
 Συρχησιω.
 Τηφειτω.
 Vipra Trajana.
 Didymea certamina. Mi-
 λσιω.
 Didymaeus Apollo. Μιλ-
 σιω.
 Didrachma Jovi Capito-
 lino. Ιουδα.
- Digamma Aëolicum. Φα-
 λειω.
 Diguus, equi nomen. Εο-
 ρυδέων.
 Diomedes. *Αρπανω.
 Dionysia. Λεβαδιω.
 Διόνυσος. Νυσσεω *Caria.*
 Discipulina Aug. *sarma-*
tia.
 Docimus. Δικημεω.
 Dolich. Ικαριω.
 Domino nato Aureliano.
 Καδιλω.
 Doninus Serapis. Οδυσ-
 σειτω.
 Δοστειω, Diana. Θυατε-
 ριω.
 Draco. Αesculapii typus.
 Νικοριδεω.
 Treas.
 Ducenarius. Κιλειαω.
 Duumvir, quis. Αιγαντω.
 Αλκυονιω.
 Caliguris.
 Corinthus.
 Δωριω, Ιδιω. Συναδια.
 Φευχιω.
- E
- Deracea corona. *Αι-
 πηνιω in Epiro.
 Eglein *Nysseω *Caria.**
 Eiagabalus Sol. Ταλα-
 λέω.
 Elaphia Diana. ΕΦεσιω.
 Elefion. Κιλειαω.
 Ε'λευθερος Ζεις. Τεριζιω.
 Ε'λανιου Διις. Συρχησιω.
 Emilius, per E. Ρεινω.
 Ε'μπορειτω. Διλυθειτω.
 Eraminondas ab Επαμει-
 νω. Σμηραι.
 Ε'πιδημια. Περιηδια.
 Ε'πισκεψ. Κιλειαω.
 Ε'πιφαιν. Εθεοιτω.
 Eques. Μαχιτω a Sipyo.
 Μιασαλιτω.
 Equester ordo Roma.
 Equi Pellai. Μακεδια.
 Equorum curator Αescu-
 lapius. Νικηεω *Bithynia.*
 Equorum nomina in num-
 mis. Βορυδέων.

R E R V M.

Equus. Ἀντηγούσας Μασε-
δονία.

Ἄρπακάς.

Equus Θεογάλωνικέων.

Καρχαλίτων.

Κεφαλίων.

Κυμαίων.

Πτειδιώνειτων.

Σαλατίων.

Συνεργούσων.

Ταυριζάων.

Φάρατλος.

Equus Ἀἰσκουρίου cura.
Troas.

Equus alatus, in pīscem
desinens. Πτεινεῖων.

Equus, Carthaginienisum
symbolum. Πανορμίτῶν.

Equus & taurus. Ταυρι-
num.

Equus humano pede Νι-
κήσων Bithynia.

Equus pascens. Larissa
Thessalia.

Ἐργάτης Ζεύς. Τιαρᾶ.

Ερυννίς. Θελποτίων.

Ἐρωτ. Βαγλιών.

Κυμαίων.

Σωραίσων.

Eva, serpens. Μαρκιανό-
τιτῶν.

Ἐνέργητης καὶ Σωτήρ. Μορ-
φεύσια.

Ἐύλινια Τεγέανον. Σαρδί-
ναῖ.

Eugenius, auriga. Βορ-
δένης.

Ἐπιφορά. Γορπύνων.

Σιδωνίων.

Europa tauro insidens.
Αιφιπλειτῶν.

Γορπών.

Εὐρυπίδης. Πειραματών.

Σαλαμίνων.

Ἐντεῖδη Νικήτων Bithynia.

Euthymius pycta. Βορ-

δένης.

Euthymius, auriga. Βορ-
δένης.

Expedition Aug. Parthia.

Exiles Reduces. Roma.

F

Faces Μαρκίων.

Tiara.

Faventia colonia. Barcino.

Favorini dictum. Syria.

Faustinianæ pueræ. Italia.

Felicitas. Διοκρέων.

Felicitas temporum. Λαο-
δίων Caria.

Felix Carthago. Carthas-
go.

Felix Dacia. Dacia.

Felix Oea, Carthago. Oea.

Felix Ravenna. Ravenna.

Felix Roma. Roma.

Filinus tibicen. Βορυθέντης.

Firma Colonia. Aſſigis.

Fiscus Alexandrinus, Asia-
ticus, Judaicus Iudea.

Fistulæ. Αριθμεῖτων.

Flamines. Κοπαΐς.

Flamines Romæ Roma

Flavia Fenestræ. Fanum

Fortune.

Flora Dea. Μαραθαντῶν.

Foculo posito, sacrificium.

Gracchis.

Fortuna. Vide Τύχη. Αμα-

δίας.

Ἀρεβάτων.

Κιθυριτῶν.

Λιμναῖον.

Μαρκιανοπλιτῶν.

Μειλικοπλιτῶν.

Ναξῖων in Gracia.

Νικήτων Bithynia.

Πρευταῖον.

Ῥοῖσ.

Σμιγραιάτων.

Τηνιετῶν.

Τεχίταιοπλιτῶν.

Τρίχιστων.

Fortuna typi varii. Καλ-

χρόνων.

Frugifera Colonia. Hadri-
neum.

Fulmen. Αμάρτων.

Μεσκωνιῶν.

Fulmen Jovis symbolum.

Σελενικάτων in Syria

Fulmen & arcus. Σελγέατων.

Furix. Αἰποχάρη Syria.

Gallinaceous puna.

Δαρδαίας

Gallinaceus. Caleno.

Γερμανικόπολις.

Himera.

Καμαρικίας.

Καρυζίων.

Suffano.

Τεινητ.

Gallinaceus, Ἀἰσκουρίος.

Σελινοτόνος.

Gemella colonia. Tucci.

Genetrix orbis. Hippalis.

Genius urbium. Roma.

Γερρετός. Αἰχππια.

Ιερεπολιτών Phrygia.

Γλυκού. Αἴωντειχτών.

Ιωνοπολειτών.

Νικομήδεων.

Τιαρᾶ.

Γόλυς. Κόλχη.

Gothia Memoria. Roma.

Γρηγματεύς. Μυλασία.

Granatum malum. Σωνι-

δών.

Gryphus. Αἴσθητέων.

Κυπαρισσίων.

Τηία.

Χίων.

Apollini facer. Ιδαλέα.

Z

Z Pro Z in nummis.

Ἀρποχίσ. Syria.

Zarmigethula. Βίρια Tra-
jana.

Ζεύς Ελευθέριος. Συνεκ-

σιον.

Ζεύς Εργάτης. Τιαρᾶ.

Ζεύς Κριταῖος. Γάζα.

Ζεύς Μαλοῖος. Αράτειος,

Στρατῆς. Τιαρᾶ.

Ζεύς Πολιεύς. Τραϊλιών.

Ζεύς Φιλαλήθης. Λαοδικέων

Caria.

Ζεύς Φίλιος. Περγαμινῶν.

Zosteria Minerva. Λοκρῶν.

G

G Alea. Βυζαντίων.

Gallia tres. Remi,

H Pro EI. Εφεσίων.

Hadriani principa-

tus anni. Κιλίκιος.

INDEX

- Hadrianus Σπρατγούς.
 Μυπλικώσια.
 Harpoocrates. Μενελάξτεῖ.
 Περιφέσι.
 Περιποιησία.
 Τερεῖανοτολίται.
 Harpyia. Γαζελία.
 Hasta. Πολυρύγησι.
 Ἡμερού. Περφέρωσι.
 Ἡγεμόνι. Φιλιπποπόλιται
 Thracia.
 Hector. Ilium.
 Helene. Έλενται.
 Heliopolis. Corinthus.
 Ἡλια certamina. Εμπο-
 ται.
 Heptanemos & Heptapo-
 lis. Οξυρυγχται.
 Hercules. Αδειανοπολιται.
 Αγεναται.
 Αλλαγεται.
 Αυφιλιχιαι.
 Antium.
 Απολαναιαι in Epiro.
 Βαργαται.
 Berytus.
 Βιοται.
 Βρούεια.
 Brundisium.
 Corinthus.
 Ερυθρειαι.
 Γερμιλιαι.
 Γυνεται.
 Heraclea Acarnania.
 Heraclea Ponti.
 Heraclea Trachin.
 Himera.
 Θασιαι.
 Θιβαι.
 Καλλαπαναι.
 Κασσιδερέαι.
 Κεφαλιτσιται.
 Κυζικιναι.
 Κάσαι.
 Δακεδιμοιαι.
 Μελιπαι.
 Νυσαιει Caria.
 Περιθιαι.
 Πειλιαι.
 Πρεστει.
 Σαρπικιαι.
 Σαμιαι.
 Σπουμφαλιαι.
 Sneffai.
- Σιναράδει.
 Συρχησιαι.
 Ταρερ μηται.
 Ταρανται.
 Τηριοδηρε'αι.
 Τηιεται.
 Τομπαι.
 Τυρχιαι.
 Τυραι.
 Φαγισαι.
 Φιλιαι.
 Φλαχιοπολιται.
 Χαονιαι.
 Χιαι.
- Hercules Centaurum con-
 ficit. Αιτωλαι.
 Hercules Commodianus.
 Roma.
 Hercules Commodus. Ιου-
 λιοπολιται.
 Hercules ebrius. Θιβαι.
 Κερπονται.
 Hercules cum hydra.
 Πρεστει.
 Hercules iconem suffocat.
 Γερμιλιαι.
 Καρπαθιαι.
- Herculem. Μυπλικωσι.
 Herculi Augusto. Paire.
 Herculis clava. Μαρεδιαι.
 Herculis templum. Gades.
 Herculeus scyphus. Θι-
 βαι.
 Hermus amnis. Σαρπικιαι.
 Σμωριαι.
 Τηιμεται.
 Hero. Αένδηναι.
 Αλωραι.
 Heros, heroina. Μυπλι-
 κιαι.
 Hippolyta Amazon. Hera-
 clea Ponti.
 Hippopotamus. Nilus.
 Homerus. Αματειαι.
 Ινται.
 Μυειαι.
 Χιαι.
- Homerus Melcigenes.
 Σμωριαι.
 Hyblæum mel, Hyblaæa
 Dea. Τελαι.
 Hygia. Αιζανται.
 Ακεραγασται.
 Αματειαι.
- Ειγιλιοπολειται.
 Ελαρται.
 Ιεραπολειται Phrygia.
 Ιουλιοπολειται.
 Καδουαι.
 Neapolis Samarie.
 Nematus.
 Νικηται Κιλιαναι.
 Νικηται Bithynia.
 Οδησται.
 Περγαμιναι.
 Σιλιοπαι.
 Σικυοναι.
- Θ
- Ea Ριμαι. Ελαρται.
 Ερυκαπηλιται.
 Θεοι ακρειαι. Μυπλικωσι.
 Θεος, Divus. Φιλιπποπο-
 λιται Arabia.
 Θευμφόρες Ceres. Μαγνή-
 ται a Sipyllo.
 Θράκαι ποιαι. Φιλιππο-
 λιται Thracia.
- I
- Anus biceps. Πανορμ-
 ται.
 Iasonis templum. Abdera.
 Hispania.
 Iasæ Ηesculapii filia. Iasæ.
 Ibis Βεγγαι.
 Ιδειν. Τερμιται.
 Ιεραι Βουναι Ορθωπαι.
 IEPA ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ.
 Αδειανορειται.
 Βαγησαι.
 Βλαωδιαι.
 Cappadocia.
 Δαλմια.
 Γαδιαι
 Θυκτεικαι οι.
 Γεραπολιται Phrygia.
 Ιεραχησιρει.
 Ilium.
 Κυδωνιαι.
 Κυμαι.
 Κυρραι.
 Μαγνηται a Sipyllo.
 Ptolemaïs Phœnices.
 Σκυψι.
 Σμωριαι.
 Τηιαται.
 Τειπολιται ad Mann-
 drum.
 Τηπαπιαι.

R E R U M.

Χρυσόποδέων.
 Τερψίς διθύρων. Περσέριστη.
 Γεράρδος αχών. Σιδητῶν.
 Igne puro altaria adolentur. Κυαφίων.
 Παφίων.
 Imperator in nummis, quid sit. Germania
 Corinthius rex. Θεόφιλος.
 Ino. Corinthus.
 Inspectores. Κιλεῖαν.
 Invicta Roma. Roma.
 Iotape. Κομμαγηνή.
 Σελαζίων.
 Iphigenia. Ικελίων.
 Iselaistica certamina. Heliopolis.
 Isis. Antiochia Pisidia.
 Αρετίων.
 Αργείων.
 Βοστριών.
 Ιεροπολεῖτῶν Phrygia.
 Κοπτίτῶν.
 Νικηέων Bitkynia.
 Ρόστρων.
 Σμυρναίων.
 Isis Faria. Pharos.
 Isthmia certamina. Θεσσαλονίκαι.
 Ithomates Juppiter. Μετσοβίων.
 Itonia Pallas. Θεσσάλων.
 Juba rex. Καστρα Μανετανία.
 Julia Procla Μυπλικίων.
 Juno. Γαβαλέων.
 Μελιπάιων.
 Σπιφαλίων.
 Τιωδυετῶν.
 Υπιππιών.
 Χαρανίων.
 Juno cum pavonibus. Σεμίων.
 Juno in curru juncto parvonibus. Καίων.
 Juno Argiva. Αργείων.
 Juno Axia. Αξία.
 Juno Martialis. Σεμίων.
 Juno sceptifera. Βερνίων.
 Juno velata. Μαγίων.
 Σεμίων.
 Junonium sceptrum. Σεμίων.
 Juppiter. Αἰγαῖτη.

Αμαδίτων.
 Αμετειμάτων.
 Αμερικιωτῶν.
 Ανδρίων.
 Αποχέων Syria.
 Αποποιτῶν.
 Αργύρων.
 Απολωνατῶν Epirti.
 Corinthius.
 Dacia.
 Ζακυνθίων.
 ΖΦονιέων.
 Θέατραλων.
 Κερβερίων.
 Κεφαλοειδίστων.
 Κλαυδιοπολεῖτῶν.
 Κομισίων.
 Κυνούων.
 Δικέων.
 Μαργύτων a Sipyllo.
 Μαρίων.
 Μεδιανίων.
 Μεσσηνίων.
 Μητροπολιτῶν τὸ Εἰρηνία.
 Μητρώων.
 Μυλ. ΣΕΩΙ.
 Νισιών.
 Παναγιώτων.
 Περγαλιωνά.
 Πικερέων.
 Ρόγιων.
 Σαρίων.
 Σικυωνίων.
 Συεδρέων.
 Τερή πάν.
 Τομιτῶν.
 Τρελλιωνά.
 Φλαχελφέων Lydia.
 Χιών.
 Juppiter Acriaeus. Σμυρναίων.
 Juppiter Amicus. Περγαλιωνά.
 Juppiter Athous Αθαίτῶν.
 Juppiter Bονατίος, seu Con-siliarius Μυπλικίων.
 Juppiter Ceraunius. Σελευκέων in Syriz.
 Juppiter Forensis. Νικηέων Bitkynia.
 Juppiter fulminator. Καρκίνων.

Juppiter Hammon. Καρνι-
 στιδέων.
 Καταβατῶν.
 Κυζικίων.
 Κυρίων.
 Μυπλικίων.
 Τλιών.
 Juppiter Hospitalis. Κυ-
 ρρίων.
 Juppiter Juvenis Commo-
 dus. Μυπλικίων.
 Juppiter Kataκάτης, Hi-
 cehius, Milichius. Κυρ-
 ρίκαι.
 Juppiter Liberator. Τερ-
 ζέων.
 Παιρά
 Juppiter Μελίχος Αργείων.
 Juppiter Nicephorius. Ni-
 cephorium.
 Juppiter Olympius.
 Ολυμπίων.
 Συνεγενεῖων.
 Juppiter Πανέλλιων. Συ-
 γειέων.
 Juppiter Philalethes. Λαε-
 δίκαιος Καρία.
 Juppiter Salutaris. Νι-
 κηέων Bitkynia.
 Juppiter Σπαλαγχνίων.
 Κυαφίων.
 Juppiter Tonans. Κανλα-
 νατῶν.
 Justinopolis. Ζενίων.
 Ιδίων, Δαρειών. Φερνίων.
 Ionum commune. Κολο-
 φωνίων.
 Jones in Thracia. Περσι-
 θίων.
 K
 Καισαρέων certaminum.
 Φιλίπποπολιτῶν Ιθρα-
 κία.
 Καμαρέτης. Νυσσέων Κα-
 ρία.
 Κάπητα τέλα κάκιστα. Κιλι-
 κηροι.
 Κατακάτης Ζεύς. Κυρ-
 ρίκαι.
 Κεπαυρέπολις Λασθάν.
 Κοινός. Μακεδόνων.
 Κοινωνία. ΕΦεσίων.
 Κομιθία. Νικηέων Bitkynia.
 Κόρη Minerva. Λεσέλιων.

I N D E X

Kōρη, Proserpina. Κυνή.	Nixīēr Bithynia.	Λικίη.
Mēnīēr.	Όπωντος.	Tnīēr.
Kōροφός Κρηνεγέιος.	Libera Dea. Βυζαντίου.	M
Κεχάπτη Βουλή Σμυρνίας.	Liberia, sive Proterpina.	Αενδετονίας ad Māndrum.
Κεφασίο Νικούσιο. Ἀθωλ-	Enna.	Malum Punicum. Μαλία.
λαῖον.	Liberalia, a Libero Patre.	Συναδία.
Κέμαρη νυμφα. Κέπτω.	Διεδία.	Μανιάνα ϕυλαχτα. Italia.
Κύελος Σεργετίς. Ὀδυσσε-	Liberalitas Julia. Ebora.	Marciana soror Trajani.
τῶι.	Liberator Juppiter. Τερ-	Μαρκιανοπολιτῶι.
L	χτιος.	Marinus. Φιλιπποπολιτῶι
Λ Pro Αυραύλεας Πίρα-	Nostīēr Caria.	Arabie.
λ μος.	Tάξου.	Μάργαρος ἘΦεσίωι.
Labatum. Gappadocia.	Ταμιειτῶι.	Γαζά.
Damascus.	Libertatis signum. Κυπα-	Mars. Αμαζελαῖοι.
Hadrumentum.	ερνία.	Ἀπολονατῶι in Epire.
Pannonia.	Linguis in Asia minore	Μαρπίται.
Parlaïs.	pluies Iεεχπολειτῶι Phry-	Μαρπολιτῶι Phrygia.
Syria.	gia.	Τεργετῶι.
Labyrinthus. Κρασίωι.	Locupletatori orbis. Italia.	Mars Gradius. Σεβαστε-
Lampades. Βυζαντίωι.	Lotus heiba. Σεθογίτης.	Palastine.
Ticinōi.	Lucani Germania.	Mars Lacedæmoniorum
Laphia, & Laphria Dia-	Luciferi stella, quæ & Ve-	Deus. Σωματίωι.
na. ἘΦεσίωι.	nus. Κυρπατίωι.	Martialis Juno. Σαρμίωι.
Latona. Τευπλιτῶι ad	Lucina. Αἰγαίωι.	Mater Deūm. Γερεχπολει-
Māndrum.	Luctatores insculpti num-	τῶι Phrygia. Vide Cybele.
Latos, uib. Κεμούχη.	moris. Ἀστρούδιωι.	Matroum. Σμωραῖοι.
Laurus. Καλγαδηνίωι.	Luna Bυζαντίωι.	Medusæ caput. Larissa
Leander. Ἀθυνίωι,	Kυδονιτῶι.	Theffissia.
Ἄλωξά.	Σαμίωι.	Νεαρός Italia.
Legio sextum Pia, sextum	Luna, Diana. Ικεσίωι.	Παρία.
Fidelis. Lugdunum.	Luna falcata. Τεανημ.	Συρχισίωι.
Leo, Kerycepiā.	Luna effigie Julia, Ma-	Meleager. Σαρμίωι.
Λεωνίωι.	mīxæ. Σμωραῖοι.	Meles amnis. Αμαζετα-
Λεοπολιτῶι.	Lunus Deus. Αγγύρα Ga-	ρᾶ.
Μωσαλιτῶι.	latia.	Σμωραῖοι.
Μιλησίωι.	Antiochia Pisidia.	Melicertes Corinthus.
Συρχισίωι.	Γαζίλιωι.	Memoria Gotia Rōma.
Τεργετῶι.	Ιουλιοπλεῖτῶι.	Mercurius. Ἀδειανοπολι-
Χερρίπολιωι.	Καρφίλιωι.	τῶι
Leo cum cantharo. Νι-	Μαγνήτει ad Mānd-	Ἀπολονατῶι in Epire.
xedīω Bithynia.	drum.	Ἀρχαδίωι.
Leo hinnulum vorans.	Nostīēr Caria.	Βόιαίωι.
Καραβεῖται.	Σαρμίωι.	Corinthus.
Leones Antonii. Lugdu-	Σιείδουδίωι.	Γορπίωι.
num.	Lupa Remum & Romu-	Ηεραλεα Pieria.
Lepus. Ρηγίωι.	lum lactans. ἘΦεσίωι.	Κεφαλοιδοται.
Leucophryene Diana.	Hadrumentum.	Leptis.
Μαγνήτοι ad Māndrum.	Neapolis Samariae.	Μεσαίωι.
Αντό. Τευπλιτῶι ad Mānd-	Lupus. Ἀρχειωι.	Νοστίωι Cariæ.
rum.	Ilerda.	Σκυλλαῖται.
Liber Pater. Vide Bacchus,	Lupus pīscem vorat. Φε-	Στρεψίνα.
in hoc indice.	ρχίωι.	Tiasāi.
Tubitai.	Lyra. Ἀλυμνίωι.	.

R E R U M.

*Ti*μ*δ*η*ε*ρ*π*α*.*

Mercurius cum atiete. Co-
rinthus.

Patra.

*Παντοποι*τ*ω*ν*.*

Mercurius petasatus. Κα-
*πυνθαν*τ*ω*ν*.*

*Καρυστ*ω*.*

Mercurius Χρειδίτης. Σα-
*μία*ν*.*

Mercurii caduceus. Σα-
*μία*ν*.*

*Meta. Ἀπολωλατ*τ*ω*ν* in*
Epir.

Metallum Noricum. No-
ricum.

Metallum Ulpianum, No-
ricum, Delmaticum.
Pannonia.

*Μηλάδ*ω*ς Ζε*ύ*s. Τια*ν*ω*ν*.*

*Μήν. Σαμ*ι*ω*ν*.*

*Μητρόπολις οὐα*ν* τω*ν* τρ*ο*φ*ω*ν.*
*Μητρόπολις οὐα*ν* τω*ν* τρ*ο*φ*ω*ν.*

*Πυργαμ*δ*ο*ν* Μοσχεβ*ι*α.*

*Miletus. Κυδωνιατ*ω*i.*

*Minerva. Δοξρ*ά*τω*ν*.*

*Ναλαι*ω*ν.*

*Σελευκε*α* in Cilicia.*

*Vide Pala*s*.*

*Minerva Chalcic*ε*ca. Η-*
*ρατελ Ακαρνα*ν*ι.*

Minerva Equestris. Γορτ-
*νια*ν*.*

*Minerva Medica. Νικέω*ν*.*
Bithynia.

*Minerva Zosteria. Δοξρ*ά*τω*ν*.*

*Minotaurus. Αμβρωσια*τ*ω*ν*.*
Caleno.

Γέλας.

*Θυρέ*α*τω*ν*.*

*Καππαδ*ο*κ*τ*ω*ν*.*

*Neapolis Italia*ν*.*

*Ναλαι*ω*ν.*

*Πιτειατ*ω*ν.*

*Σελινο*τ*ω*ν*.*

*Sellasso*ν*.*

*Τιδη*ν*ω*ν*.*

*Ταυρο*ρ*ρω*ν*τω*ν*.*

*Mithridates. Βοζαν*τ*ω*ν*.*

Moesia superior. Vimina-
cium.

Moneta imperata. Patra.
Moneta imperata permis-
ta Augusti. Siscia.

Monetae Procuratores Sif-
*c*α*.*

*Mutes. Τερεδ*ω*ν.*

*Musas δι κατω Κιλικια*τ*ω*ν*.*

*Mysteriarcha. Ποσ*τ*ω*ν*.*

N

N Avare*τ*s. Δρυ*γ*ω*ν*.

Περγαμε*ν*τω*ν*.

Σιδη*ν*ω*ν*.

Navis, insigne Tarsenium,

& aliarum civitatum.

Πρεσβ*τ*ω*ν*.

Τάρας.

Navis in nummis. Γαδε-

γε*τ*ω*ν*.

Σμηναγ*τ*ω*ν*.

Navis plenis velis fertur,

Felicitatis symbolum.

Κορκυρ*τ*ω*ν*.

Navis Pratoria. Νικομη-

δίω*ν*.

Valentia in Hispania.

Navis prora. Σχυλ*ε*τω*ν*.

Τετροποτ*τ*ω*ν* Syria*ν*.

Χειλιδνε*τ*ω*ν*.

Nausicaa. Μυτηλε*ω*ντω*ν*.

Nemea certamina. Θεσα-

λού πέω*ν*.

Nemesis. Αδειανοπολιτ*ω*ν.

Σμυρν*τ*ω*ν*.

Τια*ν*ω*ν*.

Nēos H*η*ρ*ι*ο*ν*. Σαμ*ι*ν*τ*ω*ν*.

Νευρ*ε*ρ*η*, qui. Αξολο*τ*ω*ν*.

Neptunus. Απολωλατ*τ*ω*ν*

Επιτ*ρ*.

Ασκχαλωτ*ω*ν.

Berytus.

Βοιωτ*ω*ν.

Βυζαντ*ω*ν.

Corinthus.

Δημητρε*τ*ω*ν*.

Πισσανε*τ*ω*ν*.

Ποσειδωνε*τ*ω*ν*.

Σαλαντ*ω*ν.

Σαμ*ι*ν*τ*ω*ν*.

Σιρυεσ-α*ν*ω*ν*.

Σκυρ*ε*τω*ν*.

Σολον*τ*ω*ν*.

Τκω*ν*ω*ν*.

Τρεμιδωπολιτ*ω*ν.

Τριφαντ*τ*ω*ν*.

X*ω*.

Neprunius tridens. Λιπ-

ει*τ*ω*ν*.

Nestor. Πυλι*τ*ω*ν*.

Nestorii patria. Καισαρε*ι*ας

Γραμματ*η*ς.

Nicephorus Juppiter. Ni-

cephorium.

Nicias. Αχρειτ*ω*ν.

Nica Pallas. Μακεδ*ω*ν.

Noctua. Paliedis symbo-

lum. Ανθε*τ*ω*ν*.

Γερπ*τ*ω*ν*.

Καμαραια*τ*ω*ν*.

Λιθ*δ*ω*ν*.

Λυκη*τ*ω*ν*.

Μέγαρα in Sicilia.

Μεταποτ*τ*ω*ν*.

Ολυμπ*τ*ω*ν*.

Noctua. Πολυφ*λ*ω*ν*.

Πειλι*τ*ω*ν*.

Τελτ*ω*ν.

Noricum metallum. Pan-

nonia.

Nota Cressa Κυδωνιατ*ω*ν.

Nova Ceres Sabina. Μυπ-

λω*ν*τω*ν*.

Nova Juno Livia. Μυπ-

λω*ν*τω*ν*.

Nova Venus Julia Μυπ-

λω*ν*τω*ν*.

Novi Soles. Σαμ*ι*ω*ν*.

Novus Bacchus Caracal-

la. Μυπλε*ν*τω*ν*.

Nux pinea. Angusta Vin-

delicorum.

E Ailos. Κυμαι*τ*ω*ν*.

O

O Pro Ω Ποδ*τ*ω*ν*.

Oσολο*ς*. Νιστ*τ*ω*ν*.

Octavanorum Colonia.

Forum Iulii.

Occumenica certamina.

Heliopolis.

Νυσσέαν Κρίε.

Oinoumphiros ἀγάθ. Σιδητ*ω*ν.

Τάγσου.

Olympia certamina. Θεσ-

σαλον.κέ*τ*ω*ν*.

Olympius auriga. Βογυ-

δέν*τ*ω*ν*.

Olympius Hadrianus. Αθη-

νατ*ω*ν.

Εφ*ε*τ*ω*ν.

INDEX

- Σμυρναῖς.
Olympius Juppiter. Λαοδί-
κεῖαν *Cariae*.
 Συγκοστῖον.
Oppidum in omnibus cin-
ctum. Κερατοπατᾶν.
Orbis Praes Juppiter.
 Τυρειτᾶν.
Orgia Bacchi. Μαρκιανοπο-
λιτῶν.
Oriens radiato capite.
 Πρωτότοι.
Origini Aug. *Sicilia*.
Osis. Νικηῖα Bithynia.
Ovifera Ceres. Μαρτία
in Attica.
Ovis Idulis. Πανορμιτῶν,
P
P Acensis colonia. Denli-
ton.
Pactolus. Ιεροπλειτῶν
Phrygia.
Pax, Apollo. Νυστέαν
Caria.
Palémon, sive Melicertes.
Corinthus.
Palladium. *Ilium*.
Pallas. Αἰγαλέα.
 Αὐστεία.
 Αὔριος.
 Αἴδεια.
 Αἴποχεῖ ad Euphratēm.
 Αἴραντία.
 Ασκαλωνῖτῶν.
 Berytus.
 Damascus.
 Γαβαλία.
 Γαδαρέα.
 Herculea Acarnania.
 Θεατράς,
 Ιεροποτία.
 Ἰντῶν.
Ilium.
 Κλαζομέναι.
 Κλεωπάτια.
 Δακεδαιμονία.
 Αἰγαία.
 Αἴστεία.
 Μαργίπαι ad Maandrum.
 Μαρτία.
 Μακριδία.
 Μαρκιανοπολιτῶν.
 Μελιτηπολιτῶν.
 Μεταπετίπαι.
- Νικηῖα Bithynia.
 Οξυρυγχῖτᾶν.
 Patra.
 Πελίναια.
 Pella.
 Πικεπέων.
 Περινία.
 Πύλια.
 Ρύμια.
 Ρύσα τοῖς.
 Σαγτῶν.
 Σαλαντία.
 Σαρδανᾶ.
 Σιδητῶν.
 Σμυρναῖα.
 Stobenium.
 Συγκοστῖον.
 Τερέπτῶν.
 Τιμροπέων.
 Τηνία τῶν.
 Τηνίας.
 Τελπτῶν.
 Φεσσαλος.
 Φλανιοπολιτῶν.
 Vide Mineira.
 Pallas Ithomia. Μιτροπο-
λιτῶν Θεσσαλία.
 Pallas Νίκη Μαχεδῶν.
 Palma Alexandria Αἴγυπτοι.
 Βάιβα.
 Ἰντῶν.
 Neapolis Samaria.
 Phœnix
 Σεπφολιών.
 Συντάν.
 Τειτοπλιτῶν Syria.
 Tyrus.
 Palma in ara enata. Tar-
raco.
 Palma Creticæ. Πειραιῶν.
 Palma Cyprīa. Λαππιθέων.
 Πάνδημος Ζεὺς, 'Αφερδίτη.
 Σωνιάδων.
 Πανήγυεις, Conventus.
 Apamia Phrygia.
 Papaver cereale. Ιερεπο-
λειτῶν Phrygia.
 Papilio. Σολονίων.
 Πισσελία Ephesus. Σμυ-
ρναῖα.
 Parazonium. Πρεστία.
 Parthenope. Neapolis Itha-
lia.
 Patricia colonia. Corduba.
- Pavones. Σαμῖα.
 Pax. Νυστέαν *Carie*.
 Pax Augusti. Dacia.
 Pax fundata. Περίκλε.
 Pedunculi. Κυμα εω.
 Pegasus. Αιαχοφλυγῖται.
 Corinthus.
 Επιπερτῶν.
 Heraclea Trachis.
 Κορκυρεῖα.
 Λαορῖ.
 Mediomatrici.
 Συρακουσία.
 Pelagia Veneri. Attium.
 Pelamides. Βοζανία.
 Πελασία. Μεσσανία.
 Persequatores Kilicienses.
 Τιανῶν.
 Perses, Persei F. Θασίων.
 Persica Diana. Ιεροχρυσο-
πέων.
 Persici, in Lydia. Ιεροχρυ-
σοπέων.
 Petrus Ambrosiæ. Τύρια.
 Phatetra & clava. Τίτα-
νη.
 Pharus. Τορσιάται.
 Philadelphea certamina.
 Περιθίων.
 Σαρδανᾶ.
 Pileata Armenia. Armenia.
 Pileata Dacia. Dacia.
 Pileoli Castorum. Φε-
ργάλιων.
 Pinocnia certamina. Pin-
cum.
 Πίσις. Κομμαγηνῆ.
 Σεβατιῶν.
 Pitaneus Pitane conditor.
 Πιτανία.
 Pitaneus amnis. Αἰγαία.
 Pius Felix. Λαοδίκεα Car-
ria.
 Pluto Proserpinam ra-
piens. Κατακαιάων.
 Ορθωπέων.
 Σαρδανᾶ.
 Poculum. Νικηῖα Bithynia.
 Polemon Aristidis magi-
ster. Αἰελλαῖα.
 Polemon rex. Λαοδίκεα
Carie.
 Πολιάς. Τεργιτλιών.
 Πολιεύς Ζεὺς. Τεργιτλιών.
 Pompeius

R E R U M.

- Pompeius M. Pompejus pro-
curator.
- Pontifices. Κοπαῖς.
- Pontus P. Lemnianus, Cap-
padocicus &c. Νικηφορ-
έων.
- Populus Romanus. Αὐστρ-
ικός Κίρις.
- Praefectura. Περιφέλυσ.
- Praef. Numen Εὐστοχόν.
- Praeses Orbis Juppiter.
Τιμόθεος.
- Praeses, ἡγεμόν. Φιλιππο-
πολιτεῖα Ιθραία.
- Praetor, quis. Αἰχαρτόν.
- Praetoria colonia. Augusta
in Salassia.
- Precibus & igne puro al-
taria adolentur. Κυνηγία.
- Priapus Λαυράνιον.
- Procula Julia Mun. Iu-
ra.
- Proconsul Cypri, & Cie-
ra. Κυνηγία.
- Procuratus Αδηνᾶ Νικέων
Βιθυνία.
- Proprietore Dacia.
- Proratores, & Procom-
tules Toleum.
- Proserpina. Δρεπτίσια.
- Επιγν.
- Ιππανέων.
- Κυζικηνή.
- Λοκρῶν.
- Μαραθῶν.
- Τροδῶν.
- Σαρδανῶν.
- Provincia orbis Romani,
alii Augusto, alii Se-
natui Populoque cesse-
runt. Hispania.
- Prusias. Προστοίων.
- Prytanis. Πρύται.
- Prætor, & Prætor. Αστέας.
Σμυρνῖσσαι.
- Prætori civitas quæ. Αμα-
σίας.
- Prætor Bithynias. Νικομη-
δεῖα.
- Prætor Λέτεσι Μυτιλήνη.
Μυτιλένη.
- Prætor Μαγίσια Σάρδις.
Μαγίσια.
- Prætor Τειπολιτῶν. Τειπο-
λιτῶν Συρία.
- Praetorius. Νικέων. Νικέων
in Bithynia.
- Protocolmus. Λυχνίας.
- Praetor. Πρεξαρκεῖα.
- Ptolemaeus & Berenice, &
Aristoteles. Αριστοτέλη.
- Ptolemaïs Cyrenaïca. Βαρ-
χεῖα.
- Punicum malum. Μηλία.
- Punici mali flos. Σπερματό-
- Pyrrhus rex Θεσσαλονίκη.
- Φίδας.
- Pythagoras. Σαμίων.
- Pythii ludi. Θεατραλονίκης.
- Πρεσβύτερος.
- Pythius Apollo. Τεχμία-
νη.
- Pythodoris regina. Λαοδί-
κεσσα Καρία.
- Q** Uadrigæ Θερμαῖ.
- Q uadrigæ equos ha-
bueis quatuor εἰς οὐλα-
λήλου Συνεχεσίον.
- Quæstorum nomina in
nummis. Μακεδονία.
- R** Eceptior Orbis. Παλ-
μυρίων.
- Reliqua vetera abolita.
Italia.
- Remus & Romulus. Αν-
tiochia Pisidia, &c.
- Rhescoporis rex. Θράκης.
- Rhodope mons. Φιλιππο-
πολιτεῖα Ιθραία.
- Rhœtæ metalces rex. Θράκης.
Ρόδιον. Ελαύτων.
Λοκρῶν.
- Rome & Augusto Tem-
plum. Roma.
- Rome & Imperio. Corin-
thiuss.
- Rosa. Ποσειδών.
- Rora. Λουερία.
- Rusticus saccum humeris
gestat, coloniæ symbo-
lum. Τειπολιτῶν Συρία.
- S**
- Σ Pro Z in nummis.
'Αξωτίων.
- Saccum humeris vir ge-
stans, coloniæ symbo-
lum. Καλινοῦ.
- Sacerdos Perpetius, διη-
ριον Αθηναῖος.
- Περιφέλυσ.
- Sacra Romana Roma.
- Sætaba sindaria. Σαταβίς.
- Sagaris. Νικέων Βιθυνία.
- Sais Minerva. Σαιγών.
- Salus, & Sanitas. Νικέων
Bithynia.
- Salutaris Galatia. Πειραι-
ωνίτερος.
- Salutaris Phrygia, Galatia.
Φρεγία.
- Sappho Αισθία.
- Μυτιλενία.
- Satyri cum Baccho. Νυ-
σαέων Καρία.
- Scorpius. Αφριδία.
- Scriba. Εφεσία.
- Μαρκιανοπολιτῶν.
- Μυτιλενία.
- Scyphus Herculeus. Θη-
σαία.
- Σδύς pro Ζεύς. Τεργιτίνη.
- Σεβάσμια. Βοΐφρα.
- Securis. Τερεδία.
- Securitas. Βερύτος.
- Senaculum. Τερεπολειτῶν
Phrygia.
- Senatus facet, & Deus.
Κυδωνιαῖ.
- Σεβίτεια Νικέων Bithynie.
- Severiana certamina. Πε-
ριθίων.
- Scrapion a Serapi. Τημα-
πηνῶν.
- Scrapis. ΑΕνδηνῶν.
Αθηλέων.
- Βαγιδανίων.
- Βεργίνη.
- Διόσπολις.
- Γερεπολιτῶν Phrygia.
- Κλαζονία.
- Αινιοπολιτῶν.
- Μισανειανῶν.
- Οδησσετῶν.
- Περιθίων.
- Σαρδιανῶν.
- Σμυρνῖσσαι.
- Serapis & Isis. Περιθίων.
- Serpens Aesculapii. ΑΕν-
δηνῆτῶν.
- Αρινία Phrygia.
- Αστίων.

INDEX

- Kαστοναλαι.**
 Serpens pluribus involutus (piris). **Καλαπανά.**
 Νικεων Bithynia.
 Πανταλιστῶν.
 Τομιῶν.
 Serpentes Bacchi orgiorum symbolum. **Μαρκίζοντατῶν.**
 Sideretus, equi nomen. **Βογυδένης.**
 Signa militaria. **Νικέων Bithynia.**
 Philippi, &c.
 Signis receptis. **Sarmatia.**
 Signis recuperatis. **Parthia.**
 Silphium. **Κυρψίνη.**
 Sipylus Agenoris F. **Μαλανταρά a Sipyllo.**
 Sirenes tres. **Neapolis Italica.**
 Sistrum. **Ægyptus.**
 Σ. K. Pro Senatusconsulto. **Αἰποχών Syria.**
 Smyrna Amazon. **Θυατεῖλησση.**
 Συμμάχος.
 Sol radiato capite. **Άδεια πολλαπλῶν.**
 Κυπαρίσιον.
 Νικέων Bithynia.
 Ποδιῶν.
 Στασίον.
 Sol & Luna sanitatis praefides. **Μαλαντίον.**
 Solis habitu Alexander Severus. **Σμυρνάς.**
 Soles Novi. **Σαμίων.**
 Solon. **Μητροπολιτός Ρώμης Ιωνίας.**
 Solymus. **Τερμηντέων.**
 Soteria Asclepia. **Ancyra Galatia.**
 Speciosus, equi nomen. **Βογυδένης.**
 Sphinx. **Ægyptus.**
 Γαβαλέων.
 Γρεγορέων.
 Χαν.
 Sphinx Hortensi. **Αιαντατῶν.**
 Spicæ. **Africa.**
 Alexandria.
- Iulia Traducta.**
 Kamara. **Μητροπολιτήν Phrygia.**
 Νικαία.
 Τελιπῶν.
 Φιλιπποπολιτήν Thracia.
 Spica & papaver. **Πειθέα.**
 Spicifera Ceres. **Συνεχόδια.**
 Splendidus Senatus. **Φορτικόν.**
 Stadia Rhodus. **Κνιδία.**
 Stephanas auriga. **Βορυθέμης.**
 Stephanophorus. **Μαγνήτια a Sipyllo.**
 Στρατηγός quis. **Αἰχαντῶν.**
 Αρρχων.
 Sudaria Sataba. **Σαταβίς.**
 Sufes. **Carthago.**
 Sunias, fons. **Πορπιλίστηντῶν.**
 Sus apud Cretenses animal sacram. **Πρεστία.**
 Συναρχία. **Antiochia Caria, ad Maandrum.**
 Αρρχή.
 Syro Macedonum æra. **Άπαντες Syria.**
 Σωτήρ καὶ Εὐεργέτης. **Μορφεύσια.**
- T
- T** Aras delphino vestus. **Ταρσόντιον.**
 Tauropolium. **Ικκεία.**
 Taurus. **Τορπικόν.**
 Πελκίων.
 Τύρος.
 Taurum vir ex equo domat. **Larissa Thessalia.**
 Teda Cereris. **Κυζανῶν.**
 Telephorus. **Άδεια παντατῶν.**
 Ιεραπολεῖτῶν Phrygia.
 Telephorus Kadikwa. **Νικέων Bithynia.**
 Περγαμουνά.
 Templum. **Νικομηδίων.**
 Templum in nummis Hispanorum cudi solitum. **Abdera Hispania.**
 Αΐδη.
 Αἴστα.
- Templum Tiberio, ac matri ejus, & Senatu.**
Σμυρνάς.
 Templaduo. **Νικομηδίων.**
Τερμιανᾶ.
 Templicia. **Νικομηδίων.**
 Πέργαμουνά.
 Σμυρνάς.
Τερπολιτήν Syria.
 Templum quatuor columnarum. **Stobenium.**
 Templum sex columnarum. **Ποδιῶν.**
 Temporum Felicitas. **Λαδικῶν Caria.**
 Terminus Deus. **Θρέσκεια.**
 Λεσβίων.
 Μυταλωνά.
 Theogamia certamina Νυστεῖον Caria.
 Theopolis Antiochia. **Τύρα.**
 Thessalorum mos. **Buthrotum.**
 Thetidi parat arma Vulcanus. **Θυατεῖλησση.**
 Threicia avis. **Σεθερίτης.**
 Tiara. **Parthia.**
 Τοβ'. In nummis. **Μαγνήτια a Sipyllo.**
 Togata Colonia. **Tarraco.**
 Τερμιτεῖα. **Νικέων Bithynia.**
 Tridens cum delphinis. **Μυλασία.**
 Triptolemus. **Σερδικῆς.**
 Tripus. **Κερπωνιατῶν.**
 Tripus Ætculapii. **Άμαστρα.**
 Tripus Apollinis. **Καλαδίων.**
 Καπνωτῶν.
 Μεωνικῶν.
 Φωκαῖον.
 Triremis. **Corinthi.**
 Σαγαντον.
 Σικυωνία.
 Triton. **Τάξιστον.**
 Trophæum. **Sarmatia.**
 Tutela. **Ιταλία.**
T TXH in nummis oppidorum Asia. **Άδεια παντατῶν.**
 Βοστρα.
 Ἐφεσία.

R E R U M.

Τερχοτῶν.	Tameritorum.	Voturia gens. ἘΦεσία.
Καλχαδονία.	Venus Idalia Ιδαλία.	Vox Domini preparantis cervos. Καλλωπιτα.
Τειμολιτῶν syria.	Vesta. Ματαυγεστῶν.	Urbis Nostra filius. Roma.
V	Vesta P. R. Quiritium.	Urna cum gemina face. Καταβαλέων.
V Acca. Καρυτία.	Vice Cæsaris Παλμηρίου.	Uva. Αδειανοπολιτῶν.
Valeniiianopolis.	Victoria. Αρρχοι.	Aitoléon.
Nixéων Κιλεταρῶν.	Buthrotum.	Bucatína.
Vehiculatione remissa. Italia.	Corinthus.	India Traducta.
Velum, divinitatis & Consecrationis nota. Σαρδιάνων.	Kœثر.	Καλλεκτίων.
Venus. Αμαθούσια.	Mazin'tau a Sipyle.	Κλαυδιοπολιτῶν.
Corinthus.	Panormitῶν.	Κορεχυζίων.
Venus. Δρεπανία.	Sebasteni Tectosages.	Κώσιον.
'Ελειτῶν.	Stobenium.	Thessiota.
Καρπασίων.	Τερεναιά.	Φιλαπποπολιτῶν. Thrati.
Κόλχων.	Φιλικππολιτῶν. Thratia.	Xισιον.
Μαρωνῶν.	Victoria bijugo curru.	Vulcanus. Αμηνία.
Οπισίων.	*Αμιτος.	Διαζειρι.
Παφίαν.	Victoria stolata. Mazin'tau ad Meandrum.	Μαζιν'tau al Meandrum.
Πειραιών.	Vina Cretica. Κυδωνιατῶν.	Vulcanus Theridi parat arma. Θυατερίου.
Venus Anadyomene. Actium.	Vinum Maroneum. Μαρωνῖτος.	Y Πατέσιον. Podian.
Venus armata. Κυθηρεῖα.	Ulpia Trajana. Hadrumetum.	Φ Ιλι Τιμολίτων.
Venus Cælestis. Αστραλεῶν.	Ulpianum Metallum. Panonia.	X Ρυσσία. Σαρδιάνων.
Ρυσία.	Vota decennalia &c. Berrytus.	Χάρεζ. Κιλεταρῶν.
Carthago.		
Venus Cypria, & Paphia.		
Κυψία.		
Σαρδιάνων.		

838383:8383838383:8383838383:838383

SVMMA PRIVILEGII Christianissimi Regis.

CAutum est auctoritate Regis, ne quis in regno suo, in his locis suæ ditioni subjectis, intra duodecim annos proximos, librum qui sic inscribitur, JOANNIS HARDUINI, Societatis Iesu Presbyteri, Nummi Antiqui Populorum & Vrbium Illustrati, quo plerique Regiae Gazæ numimi explanantur, absque FRANCISCI MUGUET, Regis & Illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis Typographi, seu cum imaginibus ex ære expressis, seu sine illis, imprimat aut divendat, a die publicationis horum exemplariorum. Qui secus fecerit, multa indicta, prout amplius in diplomate Regio continetur, multabitur. Datum Parisiis die decima octava Maii, anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo quarto. Sic signatum. De mandato Regis, LE PETIT.

Publicari liber cæptus est, die 2. Octobris.

JOANNIS HARDUINI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI,


D E

BAPTISMO
QUÆSTIO TRIPLEX:

De Baptismo pro mortuis.

De Baptismo in vino.

De Baptismo in nomine Christi.




P A R I S I I S ,

Apud DANIELEM HORTHEMELS Bibliopolam;
via Cytharæa , sub Mæcenate.

M. D C. L X X X V I I .

C U M P R I V I L E G I O R E G I S .

C



ILLUSTRISSIMO ECCLESIAE PRINCIPI
FRANCISCO
HARLÆO
PARISIENSIMUM
ARCHIEPISCOPO,

PRÆSULUM GALLIÆ
LUMINI ATQUE ORNAMENTO:
QUEM OB OMNE LAUDUM AC MERITORUM GENUS,
IS CUI NIHIL NISI MAGNUM PROBARI AUT PLACERE POTEST,
REGUM MAXIMUS,
AD AMPLISSIMOS HONORUM GRADUS EVESTIT:
ā ij.

JUSSIT QUE UT ESSET IN PRIMARIA REGNI URBE
CUSTOS PRÆSESQUE SACRORUM,
REGII TORQUATORUM EQUITUM ORDINIS
COMMENDATOR,

SACRI CONSISTORII COMES:

ET QUIA DECESSORUM SUORUM DOTES OMNES
IN SE UNO COLLIGIT AC REPRÆSENTAT,
SUCCESSORIBUS IDEM SUIS
DUCIS AC PARIS FRANCIAE
TITULUM AC JUS PRIMUS ASSERERET,
TANQUAM HEREDITATEM AD EOSDEM
UNA CUM MERITORUM SUORUM

MEMORIA, LAUDE, VENERATIONE,
ATQ[UE] EMULANDI DESIDERIO
TRANSMITTENDAM:
QUÆ DECORA IN EO

CUM SANGUINIS AC GENERIS
INSIGNIA ESSE POSSENT,
ETIAM PRÆMIA, UT DECUIT, FUERE VIRTUTIS.
HANC ET COLLEGÆ EJUS ANTISTITES CLARISS
SIC AGNOSCUNT AC DILIGUNT,
UT COMMUNIBUS OMNIUM VOTIS
ET GRATULATIONE MAXIMA

GALLICANÆ ECCLESIAE
IN COMITIIS SÆPISSIME,

HOC EST, QUOTIES IPSA EUM ALIO NON VOCARET, PRÆFUERIT.
NAM PRÆSESSE NUNQUAM ILLE OPTAVIT,
SED PRODESSE,

ET VERO PRODEST MULTIS MODIS:

TUENDÆ PRIMUM AUGENDÆQUE RELIGIONIS STUDIO:

CUM PACATIS SUORUM TOTA DIOECESI ANIMIS,

ET AD OMNEM TRANQUILLITATEM COMPOSITIS:

TUM IMMISSIS TOTA LATE GALLIA SACERDOTIBUS

IN AMPLIFICANDA RELIGIONE STRENUIS.

PERFECTA DEINDE ERUDITIONE,

QUÆ SORBONAM, ET NAVARRAM,

NE TAM INGENTI BONO SOLA MARCHIA POTIRETUR,

UT PROVISOREM EUM EFLAGITARENT, IMPULIT:

TUM ORATIONIS MAJESTATE,

QUA CÆLESTIS INGENII MIRACULA EXPLICAT,

SIVE IN SACRO GALLICANI CLERI CONSESSU,

UBI INTER ECCLESIAÆ PRINCIPES

DE RELIGIONIBUS PRONUNTIAT:

SIVE IN CONCERTATIONIBUS PUBLICIS,

UBI SUOS AD OMNES SINCERIORIS DOCTRINÆ GENUS

GRAVIBUS ET ACCURATIS CONCIONIBUS IMBUIT:

STUPENTE CORONA

EX UBERRIMO EUM LOCUPLETIS INGENII PENU

SEMPER MIRA DEPROMERE,

PRIUS INACCESSA AC NOVA SIBI ITINERA PANDERE,

FUGERE ACIEM INGENIORUM OMNIUM,

ET AQUILÆ NUBES SUPERANTI SIMILEM,

NEC VESTIGIUM INVENIRE ULLUM,

NEC RELINQUERE.

ITAQUE FRUSTRA SUBINDE SILENTIUM INDICENTE

IPSius MODESTIA AC PÆNE PUDORE,

FERRE SEMPER COGITUR AUDIENTIUM

UBIQUE PAR GAUDIUM, PAREMQUE CLAMOREM.

ET IDEM TAMEN SINGULARI MORUM COMITAT
OMNIUM SIBI DEVINXIT ANIMOS:
QUOD SINGULIS CUM QUISQUE POTEST,
CUM QUISQUE VULT,
COPIAM SUI FACIT:
QUOD EGENTIUM COMMODIS
MULTIMODA LARGITIONE PROSPICIT,
VERBIS SEMPER BLANDISSIMIS MUNUS EXORNANS:
QUOD PLEBEIOS AC NOBILES,
IMOS PERINDE AC SUMMOS,
UT EOS A PROFANIS SACRIS AD MELIORA TRADUCERET,
INDEFESSO ARDORE, LABORE, INDUSTRIA,
NULLA NON DIE, NULLA NON HORA INSTITUIT.

ADMIRANTE LUTETIA,
INTER CETERAS DOTES,
TOT CURIS, TOT REBUS, SUFFICERE PECTUS UNUM POSSE.
HAC ADEO COMITATE INVITATI OMNES,
QUOS MALUS ERROR AB DUXERAT,
NON MINUS QUAM ERUDITIONE, VEL DICENDI VI,
VEL IN IMPLICATISSIMIS THEOLOGIAE NODIS
NULLO LABORE SOLVENDIS

INCREDIBILI SOLERTIA,
CONSPIRANTIBUS ANIMIS STUDIIS QUE
AD AVITAM RELIGIONEM
CONFERTIM CONVOLARUNT.

TALI Igitur ac tanto antistiti,
PRO EFFUSIS QUIDEM IN SE PRIVATIM
ORDINEM QUE SUUM
AMORIS AC BENEVOLENIAE SIGNIFICATIONIBUS,

QUIBUS QUIDQUID EST GRATIARUM SATIS ESSE NON POTEST,
EXIGUUM PER SE MUNUSCULUM,
AT PRO DIGNITATIS IPSIUS GRADU,
ET IN SIGNI LAUDE DOCTRINÆ
DEBITUM PRÆ CETERIS
QUASI QUODAM PRÆCIPUI TITULO,
QUÆSTIONEM TRIPLOM
D E B A P T I S M O ,
OFFERT, DICAT, CONSECRATQUE,

JOANNES HARDUINUS,
e Societate Jesu.

NOS PISCICULI SECUNDUM IX^o TY
NOSTRUM JESUM CHRISTUM IN
AQUA NASCIMUR: NEC ALITER QUAM
IN AQUA PERMANENDO SALVI SU-
MUS.... NONNE MIRANDUM LAVA-
CRO DILUI MORTEM? *Tertullianus, libro de*
Baptismo.



DE BAPTISMO PRO MORTUIS.

Ad locum Pauli, i. Cor. xv. Ἐπεὶ γὰρ ποιήσοντι βαπτίζειν οὐ εἰρητὸν νέκρων, Εἰ δὲ λόγος οἱ νεκροὶ σῶν ἐγείρεται; Οὐ τοῦ βαπτιζούσαι τοῦτον αὐτῶν; Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid εἰ βaptizantur pro illis?



U M plurimæ sint in epistolis Pauli sententiæ, quæ difficillimos habeant explicatus, quod & Petrus dudum admonuit, & paucim interpretes ipso discunt experientio: haud tamen ex hoc illam esse numero, quæ in priore ad Corinthios epistola continetur, de Baptismo pro mortuis, quanquam inextricabilis visa est ad hunc diem, propositum mihi est priore hac prolusione nunc paucis ostendere. Nam si licet paulo liberius quod sentio dicere, offusidisse tenebras videtur orationi per se perspicuæ, & puram ac limpidam aquam turbasse, tum vetus ille & vulgatus novi fœderis interpres, quem terimus:

A

1. Petr. 3.

tum vero in primis nimia eorum subtilitas, qui huic loco explanando incubuerunt, & tanquam in curriculo desudarunt. Quamobrem dum suo quisque ingenio obsequitur, sic in diversas partes abierte universi, ut jam tot sint propemodum interpretandi modi, quot exstant paulo celebriora interpretum nomina. Verum enimvero noctem omnes arbitror in clarissima luce quæsivisse. Quod ut liqueat quam verum sit, ac ne nostra temere vagetur & excurrat oratio, operæ pretium duxi certas circumscribere interpretandi regulas, ad quas veluti ad normam certissimam variæ variorum interpretationes exigantur: ut ab ea scilicet quanto quæque longius aberrarit, tanto illam magis a Paulo divelli ac divagari promptum sit intelligi.

I.

Aug.lib. III. de Doct. Ch. cap. x.

Hæc igitur in hoc negotio prima lex sanciatur, in qua & ratio ipsa & schola omnis interpretum ac quiescit: non esse abs sensu nativo & maxime proprio vocum abscedendum, nec declinandum quasi de via, ubi in primis extra verborum sensum translatum, quem μεταφορὴν Græci vocant, exponi omnia commode possunt & explanari. Quæ quidem lex tum ubique plurimum valere debet, tum hic potissimum, ubi nihil argumenti est, quod alio significatu cogat vel baptismi vocabulum accipi, quam quo alibi semper a Paulo idem usurpatur: eo nempe qui est obvius, quem usus fert quotidianus, qui vel nullo docente omnium se animis ingerit, pro lavacro videlicet regenerationis: vel mortuorum pariter appellata.

tione aliud suspicari, præter eos qui de vita decesse-
rint.

Quo igitur loco ac numero habenda illa interpre-
tatio est, quanquam multorum, ut video, recepta
calculis, quæ baptismi vocem detorsit alio ac defle-
xit? id quod ante annos ducentos primum omnium
Dionysio Carthusiano venit in mentem. Neminem
porro e recentioribus, qui sunt in eadem versati sen-
tentia, nomine appellabo: ac ne ex aliis quidem
eiusdem nostræ fere hujus ætatis, ne videar magnor-
um virorum obtrectatione famam querere, aut im-
mortalis gloriæ viros maligno dente perstringere:
nam sunt ex iis ea laude nonnulli. Is autem, quem
dixi, e gemino sensu, quem affingi commode huic
sententiae arbitratus est, hunc priore loco his verbis
obtulit: *Quid facient qui baptizantur, hoc est, lacry-
mis pœnitentiæ, seu aquis afflictionum perfunduntur pro
mortuis, id est, pro remissione peccatorum mortuis im-
pendenda?*

Atqui in sacris paginis, seu novi seu veteris in-
strumenti, vocem hanc Batticiday pro vexatione cor-
poris animive, quæ sit in primis sponte suscepta, usur-
patam esse vel semel, quo tandem probari documen-
to potest? Ubi hæc autem adhibita vox pro oratione,
pro jejuniiis, pro pecuniæ erogatione in pauperes,
quæ tria sunt subsidiorum genera, quorum ope mor-
tuis levatio aliqua emendatorii ignis affertur? Orent
quotidie pro caris suis, inquit vetus auctor, qui diu
sub Augustini nomine latuit, Sermone altero in Ca-
thedra sancti Petri: *interpellent Dominum voce flebili,
precentur eis errorum veniam, lapsuum remissionem:*

pascant esurientes , vestiant nudos : ut si quid defunctorum negligentia minus factum est , fide viventium impleatur. Adhibeat quoque unusquisque pro caris suis Sanctorum preces , sacrificia offerat , & sacerdotali eos prosecutione Domino commendet. Quod quidem a nobis si forte requiratur unde dicatur , cum hoc non nostra doctrina sit , sed Ecclesiarum : Et si Ecclesiarum , utique Dei : quia magister Ecclesiarum est omnium Deus : ita illius verbis respondebimus ; Hæc sunt quæ caros vestros juvare possunt , hæc sunt refrigeria quiescentium , HÆC R E M E DIA DEFUNCTORUM. Atenim ecquid horum , amabo , baptismi potest appellatione censeri ? Immissas sane aliunde molestias , ærumnasque , quibus , veluti quadam aquarum mole perfundimur , mergimur , obruimur , vox ea aliquando indicat. At id modo semel , & a Christo prolata , ac ne id quidem tum sola per se , sed altera simul voce adjecta , quæ & metaphoricam ibi verbi vim latere , & afflictationem extrinsecus irrumpentem innueret. Nam & hoc conduplicatio congeminatioque vocis , & præfixus ei articulus declarat : jubetque istic certum quemdam baptismum præter usitatum intelligi , non proprium : τὸ βάπτισμα , inquit , ὁ ἐγὼ βαπτίζομαι. Et eadem articulo vis ac potestas in aliis plane similibus locis. Nam Marci x. v. 39. τὸ μὲν ποτέρων ὁ ἐγὼ πνεύ , Calicem quidem quem ego bibo , calix ibi non calix , ut quivis ex articulo præfixo intelligit , sed passio est. Joannis vi. v. 51. ὁ ἄρτος ὁν ἐγὼ δῶσω , Panis quem ego dabo , non panis est , sed Christi caro. Joannis iv. v. 14. τὸ υδωρ ὁ δῶσω , Aqua quam ego dabo , non est aqua , sed spiritus. Sic neque baptismus , τὸ βάπτισμα , quo bapti-

PRO MORTUIS.

5

zandum se hoc loco dicit, baptismus proprius, sed illa-
ta mors fuit.

An vero aliam ob causam putamus & hanc cau-
tionem fuisse a Patribus quoque adhibitam, ut cum
baptismi vocem ad alia transferrent extra sacramen-
tum fidei, non ea uterentur per se sola, sed & alte-
ram una subnecterent, ut scilicet pro rei adjunctæ
modo variatam significationem indicarent? Sic dolo-
rem ex delicto expiationemque culpæ plerique cer-
te baptismum pœnitentiæ, vel lacrymarum nuncu-
pant, baptismumque laboriosum: obitam in propu-
gnanda recta fide necem, baptismum sanguinis: ba-
ptismum ignis denique, vel caritatem in Deum, vel
acerbum doloris ex noxa sensum, quam contritio-
nem perfectam dicimus, vel demum cruciatus illos,
quibus in vita altera culpæ eluuntur: nihil horum
quisquam ex illis baptismum duntaxat appellavit.

Quod si hæc foret igitur Pauli verbis subiecta
sententia, vel diceret sane, simili præfixo articulo,
aliave nota, quæ lucem afferret orationi, Quid agunt
qui certo quodam baptisme baptizantur? quan-
quam nec tum multo planior oratio foret. Vel ex-
clamaret ille potius haud dubie, Quid faciunt qui se
ipsi afflictant divexitque pro mortuis? nam in sa-
cris litteris affligere se, affligere animam suam, cor-
suum affligere, eo fere sensu dicitur: baptizare se,
vel baptizari, nusquam. Vel in hanc denique vocem
erumperet, Quid facimus, qui nos ipsi pro mortuis
afflictamus? Nam & fusas ab ipso preces mortuis
expiandis sine ulla dubitatione credimus: quidni enim
ceteris exemplo præiret? & jam tum hunc morem:

rite institutum & confirmatum usu fuisse , transmissa ad nos Patrum scripta testantur. Quid porro causæ, quæso , fuit , cur cum Aërius sæculo quarto pro mortuis orandum negaret , e Patribus tamen omnino nemo hunc ei Pauli locum objecerit , aut sit eo teli & argumenti genere usus ? Dissidentem a formula fidei hanc hominis illius opinionem fuisse præter Epiphanium Zonaras testis est , Canone in Dei-

*Epiphan.
hær. lxxv.*

param :

num. 3.

Κακῶς φευγῶν Ἀέριος
 Μὴ δεῖν περιστέρειν ἐλεγει
 Ὁπέρ πεθνεώτων
 Μηδεμίαν ὄντοι
 Ἐν τάπεις καρπάθοις γάρ.

Prave sentiens Aërius non offerendum esse pro mortuis dictabat: neque enim ex hoc illos utilitatem ullam percipere. Atqui nemo in ipsum impelli hunc arietem posse credidit: nemini uni suboluit, hunc quem Dionysius excogitavit, baptizandi vocabulo significatum subesse. Nam quod Ephremi Diaconi Testamentum quidam allegant, dignum ferme risu ac sibilo est: cum ille Pauli verba nude & sine ulla interpretationis luce recitet, ac totidem modo syllabis repræsentet, quo ea necesse sit intellectu accipi , pæne securus.

Eorum deinde obiter simili de causa perstringendus error , qui postremam sententiæ hujuscce particulam , *pro mortuis* , accipi pro peccatis salutari lavacro ablwendis jubent : quod in sacris codicibus

PRO MORTUIS.

7

generare ea mortem dicuntur. Nam quis *venp̄ū* præcise aut *τὰ νεκὲς* dixit, ut peccata signaret? *τὰ νεκὲς ἐπὶ* semel atque iterum in epistola ad Hebræos inscripta legamusquam *νεκὲς* tantum. Verum eo loci, in quo explanando sumus, non *νεκὲς* sed *νεκὲς* profecto, hoc est, homines ii qui de vita exiere, debent intelligi: qui iis scilicet opponantur, quos dēinde ad vitam revocandos Paulus affirmat, his verbis, *εἰ δλως οἱ νεκὲς ἐγέρονται, si omnino mortui non resurgunt.* Quam fœda alioqui æquivocatione argumentatio laboraret, quæ *νεκὲς* in antecedente propositione, in consequente *νεκρὲς* apponenter?

II.

Alterum hoc generale scitum est, quod in omni novi præfertim fœderis interpretatione ratum fixumque habetur, eam unice fere probari, quæ sit nōn latinæ modo ac vulgatae lectioni, sed & Græco fonti consentiens: atque id ita quidem, ut ne vim ullam afferre verbis videatur.

Quamobrem illa jure exploditur, quæ Pauli effatum de his interpretatur, qui tum in lectulo jam morti vicini sacramentum fidei flagitarent. Sic enim nonnulli apud Epiphanius: & e Latinis aliqui. Perinde quasi Græci sermonis proprietas id patiatur: vel ea vox, *ὑπὲρ τὸν νεκρὸν*, Latino verbo respondeat, *pro Mortuis*, cum jam jam morituros, & plane desperata salute veluti mortuos, conclamatosque significat, quos *ωτεὶ νεκρὲς* Græci vocant, qui pro mortuis ac deploratis nempe censentur: vel integra denique oratio non aperte indicet alios esse qui baptizantur,

3 m. b.
hunc.

S. S. m.
duell. p.

Epiph. ha
xxviii. n.

prædict. T.
vice T.

Sy
nunc adsumus

ab iis propter quos baptisma suscipitur.

Jam quorū attinet eos commemorare, qui ὑπὲρ τῶν

τελευτῶν interpretantur, pro mortuis corporibus ad vi-

tae tam fuscitandis? cum sint, ut cetera nunc argumen-

ta fileam, ea duo inter se maxime discrepantia, ba-

ptizari ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, & baptizari ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀνασ-

τομῆς τῶν νεκρῶν, hoc est, propter spēm fuscitationis a-

mortuis? Cum enimvero Paulus exclamasse fertur,

Act. xxiii. De spe εἰς resurrectione mortuorum ego judicor: μεὶ

ἐλπίδας οὐκ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν εἰς γὰρ νέοντας: quis non ob-

scure locutum & ambigue putaret, si diceret; μεὶ

τῶν νεκρῶν εἰς γὰρ νέοντας, de mortuis ego judicor? cum tam

præcisa abruptaque oratio non magis aperte alterius

vitæ spēm propositam significaret, quam eandem

ademptam ac præcisam.

Nec vero multum ab hac interpretatione abluvit

ista, Quid faciunt qui pro resurrectione mortuorum

defendenda moriuntur? nisi quod bifariam ipsa pē-

cat. Nam præterquam quod aliud est, uti monuimus,

ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, propter mortuos: aliud ὑπὲρ τῆς δογματος

τῆς ἀναστάσεως, propter doctrinam resurrectionis: quis ip-

sum baptizandi vocabulum figurato illo sensu a Pau-

lo adhibitum putet, qui in hac ipsa epistola illud

septies germano ac maxime proprio significatu usur-

parit: alieno, ac translato, nusquam? An cum idem

inita tuendæ fidei nomine discrimina, toleratosque

labores propriis semper verbis expresserit, causæ quid-

quam fuit cur subito inusitato dicendi genere abu-

teretur, tunc cum minime omnium id res tempus-

que posceret? Quin aiebat etiamtum pro more: Quid

facient qui pro mortuorum resurrectione propugnan-

da

da, ludibria & verbera experti sunt, insuper & vin- Hebr. xi.
cula & carceres ? qui in occisione gladii mortui sunt , 36.
egentes, angustiati, afflitti, atque his similia ? Quor-
sum subdit idem : Quid & nos periclitamur? nisi aliud
esset periclitari, aliud baptizari ? Aut constaret is
sibi certe in eadem loquendi formula, ac de se quo-
que pronunciaret, Quid faciemus & nos, qui baptis-
mo haud dispari baptizamur ?

Sed nihil alienius aut minus congruens dici potest
quam quod ingenti nisu adstruere alii conati sunt,
Apostolum vel ablutionem mortuorum spectasse ,
ultimumque cadaverum lavacrum, antequam effe-
rantur : vel lustrationem eam, quæ ex Mosis lege
præcipitur a contactu mortui : quam & Siracides
sic expressit, βαπτίζεσθαι απὸ νεκρῶν. Quis enim non vi-
det dicturum utique Paulum fuisse, Quid facient qui
baptizant abluuntve mortuos ? vel, qui baptizantur
a mortuo ? non ὑπὲπ τῶν νεκρῶν, propter mortuos. Imo
ne dicturum id ipsum quidem : cum nihil uterque
mos ad resurrectionem vel comprobandam vel om-
nino significandam attineret. Nam quid mos prior
ille apud ethnicos fuit, præter ultimam honoris at-
que observantiæ erga demortuos significationem ?
aut quid apud Judæos alter, præter expiationem
quandam lege præscriptam, quæ quidem fuerit ani-
morum castioniæ, si ita lubet, certe non resurre-
ctionis index ac symbolum ?

III.

Tertia deinde lex hæc esto. Baptismi nomine, qui
propter mortuos susciperetur, non intellexit Paulus

ritum aliquem inanis ac vanæ religionis : quod nec simile veri est vel ex tam levi causa , & ex insano amentium ritu , ducere argumentum voluisse : quod ut quivis solveret , erat in promptu responsio , desipere ac delirare id hominum genus , erroremque cumulare errore : vel tam insignem baptismi abusum nulla animadversione saltem obiter castigasse , qui leviora multo in Corinthiis ipsis errata graviore passim censura perstringeret.

Non sunt igitur audiendi ii , qui baptizatos , (verbis utar Petri Cluniacensis , in epistola contra Petrusianos , ubi & huic ipse sententia suffragatur:)

Pag. 1213. alle p. 3. B. J. 35. 39. bona quidem, sed non sana voluntate, pro mortuis non baptizatis: estimantes baptismum, quod dum vivent non perceperant, si pro ipsis vivi baptizarentur, mortuis posse prodeesse. Quod Apostolus, pergit ille, sic de hoc eorum opere loquens temperat, ut baptismum talem non approbet, & baptizatum voluntatem collaudet.

Fuit hæc olim Hilarii Diaconi in hunc locum sententia , ac post eum aliorum sane complurium. Ter-

Tertul. lib. v. contra Marcion. cap. ix & x. & lib. de re- surr. carnis, cap. xlviii. Ut ut est, vanum ille vicarium hunc baptismum vocat, cuius nec Paulus auctor, nec confirmator existenterit. Cerinthianos quidem in ea fuisse hæresi fama retulit: sed, ut Epiphanius testis est, obscura illa admodum , nec satis certa. Silent enimvero vetustiores, Irenæus, Justinus, Clemens Alexandrinus: & e-

nostris , Tertullianus . Marcionitis Chrysostomus hunc ritum primus adscripsit , & unus quidem : nam præter illum nulli Patres , nullæ Synodi meminere . Sed fuerint illi sane hujus pravi dogmatis inventores & magistri : quam longe illi autem , ut & Cerinthiani quoque ipsi , a Pauli temporibus abfuere , a quo hæc exarata epistola est biennio ante Neronis principatum ?

IV.

Jam illud quarto loco adnotare succurrit , Græca locutione , *vñp̄p̄ tñv vñp̄wv* , non omnes omnino mortuos , sed certos aliquos nominatim designari . Est enim in articulo ea vis , Græci *μφαπν* vocant , ut nonnullos hic modo denotet : cum in subsequentे sententia , a qua articulus abest , omnes penitus significantur : *ει δλως vñp̄p̄ ει γειργηται , si omnino mortui non resurgunt?*

Et illa igitur eorum interpretatio censuram flagitat , qui subtiliter magis quam vere ac solide *vñp̄p̄ tñv vñp̄wv* sic reddunt , *pro mortuorum statu* : ut sibi post mortem bene sit : tum ob allatam proxime causam : tum quod vox ipsa *vñp̄p̄* non mortuorum statum , sed demortuos præcise sonat : tum denique quod ipsa oratio , *vñp̄p̄ tñv vñp̄wv* , ut antea monuimus , alios enimvero esse aperte monet , a quibus baptismus suscipitur , atque alios propter quos suscipitur .

Neque illis tamen suam minus *sɔχεσμn* defuisse arbitramur , qui vel designari Christum unum autument , propter quem lavacrum inimus : vel Adamum , qui mortem nobis scelere suo intulit : vel martyres eo ævo passos , quorum exemplo animati complu-

res Christo nomen darent. Quanto enim facilius
Paulo fuit, si de Adamo ageret, ut p̄t̄p̄ t̄s v̄xp̄s Ād̄m̄,
vel ut p̄t̄p̄ t̄s v̄xp̄w̄s t̄s ēn t̄s Ād̄m̄ dicere: si dc Christo,
ut p̄t̄p̄ t̄s X̄c̄s: nec tam in tali argumento ut p̄t̄p̄ t̄s v̄xp̄s,
quam ut p̄t̄p̄ t̄s ζ̄w̄v̄s apponere: cum ipsa Christi ad
vitam redditio maximum amplectendæ fiduci incita-
mentum sit? Jam martyres, præter duos, Stephanum & Jacobum, cum hæc scriberetur epistola, ad-
huc nulli, de quibus certa quidem monumenta ex-
stent: anno nempe Christi LII. Claudi xii. quan-
quam decennio jam fere post Jacobi necem, post
Stephani martyrium annis xvii. cum necdum Ro-
mam Petrus venisset, si Lactantio credimus, aliis-
que: biennio ut minimum ante Neronem princi-
pem, a quo primum Christiani nominis inscriptio
Romæ deinde cœpta creditur.

V.
8.

Quinto demum hæc adhibenda cautio est , ut si quid vetusti moris designari a Paulo dicatur , id ne pari jure inficiari liceat , quo affirmatur , tum certis istud documentis comprobetur , nec levibus corroboretur argumentis : tum vero & vestigium aliquod priscæ consuetudinis demonstretur in subsequente ævo.

249. § 4. Vel hinc autem quam sit futile & cassum intel-
ligis figmentum Lutheri, Chemnitii, & Piscatoris,
qui baptizari *υπερ τον νεκρων* interpretantur, super mar-
tyrum sepulcris, in areis, sive coemeteriis. Nam & id
sine teste ac sine tabulis fingitur: & martyrum fuit
ea *αττα* paucitas summa: & nullo fere locorum
p. 36.

discrimine mos fuit credentes sacro fonte tingui.

Et sunt hæ quidem insigniores paulo hujus loci interpretationes, quarum cum nulla hactenus eruditorum palato arriserit, nostra nunc est vicissim censoriæ subjicienda virgulæ: ut legentium arbitrii judiciique sit, num pro hac indicina *μίνυτον* aliquod exspectari queat. Id vero interim jure posco ut agnoscant omnes, nec arroganter sperni a nobis veteres sententias, nec sine causa indulgeri novis.

VI.

Ac primum quidem illud est pro explorato a certo habendum, non hic alios ab Apostolo dici spe sua delusos, si nullus est ad vitam redditus, quam homines Christianis sacrī imbutos, aut qui imbui iis optarent. Hos ille igitur toto capite in quatuor veluti classes apta & concinna partitione distribuit. Et vos qui nomen Christo dedistis, inquit: v. xiv. nam si resurrectio mortuorum non est, ... inanis est et fides vestra. Et qui diem jam obiere, v. xviii. Et qui dormierunt in Christo, perierunt. Et qui propter mortuos Christianis initiari sacrī expetunt, nihil agunt, nihil consequentur: v. xxix. Et nos ipsi tandem inani spe ludimur, v. xxx. Ut quid et nos periclitamur omni hora? & v. xxxii. Si ad bestias pugnavi Ephesi, quid mibi prodest, si mortui non resurgunt? Ac de ceteris quidem planissima Pauli oratio est: tota reliqua est de tertio genere quæstio: quæ singulis sententiæ vocibus accurate perpensis expedienda restat.

Ἐπειδή, præterea, ad hæc, alioqui. Tí *ποιόσσων*, quid facient, quid consequentur? v. 32. Tí *πόθελος*; quid pro-

derit? Non dico omnibus: neque enim nobis utique, qui sacris jamdudum aquis tinti sumus: nec vobis, nam ad fideles & baptizatos scribimus: sed plurimis, qui in iisdem vobiscum mœnibus degunt, Catechumenis, Judæis, ethniciſive, qui ut baptismō initiantur efflagitant: οἱ βαπτιζόμενοι, qui & re ipsa baptizantur, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, propter mortuos, occasione mortuorum. Est enim ea vis hujus vocis ὑπὲρ, ut non finem modo, sed & antecedentem causam interdum denotet. Ephes. 1. 15. Audiens fidem vestram, qua est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, εὐχαριστῶν ὑπὲρ υμῶν, hoc est, propter vos, propter illam vestram fidem dilectionemque, de qua audio. II. Cor. v. 12. Occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, καυχήσατος ὑπὲρ ιμᾶν, nostra causa, propter nos. Et cap. XII. 5. Pro hujusmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor: ὑπὲρ τῆς πίστος καυχήσομαι. E profanis scriptoribus exempla petitā vel ipsi affatim Lexicographi suppeditabunt. Hanc autem voculam hoc loco obscurius paulo virus est Latinus interpres reddidisse, pro mortuis: cum planius apertiusque diceret, propter mortuos.

Pacian. in paron. ad paenit. Corinthios eo anno nimirum morbus invaserat, quo grassante diem plurimi supremum obibant: & in his haud pauci eorum, qui, ut Pacianus ait, ad altare veniebant indigni. Quamobrem ingruentis leti metu, τῷ φόβῳ τῶν νεκρῶν, propter mortuos, sive occasione mortuorum, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, quorum maximus numerus fuit, baptismō alii ut tinguerentur orabant. Quo illi studio prospicere sibi se in futurum significabant: & quo minus restare viæ vide-

batur; hoc sollicitius viaticum alterius vitæ querere: nec lavacro ante obitum carere velle, quod sæculo alteri prodesset, quodque arrham esse intelligerent futurorum bonorum: Ἀρράβων γάρ εἰς τὸν μελλόντον αὐτῷ, inquit Theodoretus. Quis autem non sponte sua statim intelligit, inanem hanc curam fore, si *mortui non resurgunt, si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus?*

At quo teste, inquies, quibusve monumentis comprobaturi sumus tantam hoc ipso anno cladem Corinthiis importatam? Quo, rogas? Gravissimo sane ac locupletissimo, atque ita idoneo ad faciendam fidem, ut plurimorum annalium ac tabularum vel unus ipse vicem præstet. Paulus enim ipse, si nescis, exploratus profecto, & exceptione major, luculentे rem totam & aperte prodit, ipso hujus epistolæ capite undecimo: *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Qua oratione immisso in ejus oppidi cives morbos mortesque significari, quibus & Christiani quoque nonnulli divinitus multarentur, omnis senatus interpretum confitetur.

Hunc enimvero locum respiciens Augustinus sermone x. de diversis: *De mortibus*, inquit, *qua contingunt ex vindicta, ait quodam loco Apostolus Paulus, corripiens eos qui male tractabant corpus & sanguinem Christi, & dicens, Propterea in vobis multi infirmi & egri.... multi in vobis dormiunt, hoc est, moriuntur. Flagello enim Domini corripiebantur: agrotabant, & moriebantur. Et subiectis post hæc verba, & ait, Si nos ipsos judicaremus, a Domino non judicaremur. Cum judicamur autem a Domino corripimus, ne cum mundo*

Theodor. l.
v. Heret.
fab. c. xviii.
de Baptismo.

damnemur.... Correpti sunt mortis flagello , ne supplicio punirentur aeterno.

Multi moriebantur , inquit Hilarius Diaconus , ut in his ceteri discerent , & paucorum exemplo territi emendarentur.

Convolabant itaque ad baptismum plerique propter mortuos , occasione mortuorum , *νέποντες νεκρῶν*. Sic enim dicere maluit , quam *ιπέρ τὸν ἀποθυνσόντων* , quanquam vis eadem ferme inest utrique verbo : sed ita maluit , quod erat illustrior splendidiorque , ac vivida magis sententia , earumdem occursu ac sono quodam & collisu vocum. *Τί ποιήσου οἱ βαπτιζόμενοι νέποντες ΝΕΚΡΩΝ , εἰ δλῶς οἱ ΝΕΚΡΟΙ εἰς ἐγένεται;* Sic præterea dicere satius erat , quam *νέποντες νομιθέντων ἐν Χριστῷ* , quanquam est idem hoc ipso capite ea voce usus : quod non propter mortuos in Christo , sed propter mortuos præcise , accelerari illi sibi salutare layacrum optabant.

Quorum inanis utique solicitude fuit , nisi futuræ potius quam præsentis vitæ securitatem in baptismo quærerent : nisi post excessum e vita vivere apud Deum mortuos agnoscerent , puniriique post sæculum improbos : nisi aeternam salutem præcludendam iis intelligerent , qui salutis sacramento sua culpa carerent : nisi denique , quod idem Pacianus adjicit , *post animorum tempestiva supplicia reditivis quoque perpetua corporibus pœna servaretur.*

Similis ac plane par huic Pauli argumento Augustini sententia est , eademque ratiocinatio , ab eodem hausta afflata numinis , libro vicefimo de Cœitate Dei , cap. ix. ubi & mortuos ad regnum Christi

sti pertinere & in eo esse demonstrat. Neque enim, inquit; piorum animæ mortuorum separuntur ab Ecclesia, quæ etiam nunc est regnum Christi. Alioqui nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi : nec ALIQUID PRO DESSET A D EJUS IN PERICULIS BAPTISMUM CURRERE, NE SINE ILLO FINIATUR HÆC VITA : nec ad reconciliationem, si forte per pœnitentiam malamve conscientiam quisque ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiant ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra ejus sunt ? Hoc est enim dicere, Quid prodest baptizari in periculis, propter mortuos exempli gratia , quorum subita ac numerosa clade terremur , si mortui nec vivunt apud Deum , nec resurgunt? Totum enim quod salutaribus agitur sacramentis , inquit idem , magis ad spem venturorum bonorum , quam ad retentionem vel adeptionem præsentium pertinet.

Enhir. c.
L C VI.

Nec vero Pauli tantum ætate , sed & Augustini temporibus, propter mortuos similiter, & pari mortis metu , sacramentum hoc salutis plurimi perceperunt. Refert hoc ipse sermone quarto ex iis quos Sirmondus edidit : Vapor est, inquit, vita humana super terram. Accedunt etiam ipsius fragilis vitæ tanta & tam quotidiana pericula. Terræ motus magni de Orientalibus nunciantur. Nonnullæ magnæ repentinis collapsæ sunt civitates. TERRITI apud Hierosolymam qui inerant Iudei , Pagani , Catechumeni. OMNES SUNT BAPTIZATI. Dicuntur fortasse baptizati septem hominum millia..... Sitifensis etiam civitas gravissimo terra motu concussa est, ut omnes forte quinque diebus in agris manerent.

Pag. 50.

Et ibi BAPTIZATA dicuntur fere duo milia hominum. Undique Deus terret, quia non vult invenire quod damnet. De Orientali terrore illo Marcellinus Comes egit in Chronico, Monaxio & Plinta Coss. an. Christi ccccxix. Multæ Palæstinae civitates villeque terræ motu collapsæ multæ tunc utrinque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu quam auditu perterritæ atque credulæ, sacro Christi fonte abluitæ sunt.

Non propter mortuos quidem, quos similis ante clades afflixisset, sed tamen, si fas est ita loqui, propter morituros, hoc est, mortis divinitus intentatæ metu, lavacrum & alii Constantinopoli expetiare, paulo ante Arcadii obitum, ut idem refert Augustinus, libro de excidio Urbis Romæ, capite sexto: *Volens enim Deus terrere civitatem, et terrendo emendare, terrendo convertere, terrendo mundare, terrendo mutare, seruo cuidam suo fideli.... venit in revelatione, & dixit ei, civitatem venturo de caelo igne perituram..... Videbatur horrenda flamma pendere, nec odor sulphuris deerat. Omnes ad Ecclesiam configiebant: non capiebat multitudinem locus: BAPTISMUM extorquebat quisque a quo poterat. Non solum in Ecclesia, sed etiam per domos, per vicos ac plateas, SALUS SACRAMENTI exigebatur: ut FUGERETUR IRA, non praesens utique, sed FUTURA.*

Epist. clxxxv An non cogitamus, inquit idem, cum ad istorum ad Honorat. periculorum pervenitur extrema, (loquitur de obsidionibus civitatum) nec est potestas ulla fugiendi, quantum in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni etate concursus, aliis baptismum flagitantibus, aliis

reconciliationem, aliis etiam pœnitentiae ipsius actionem;
omnibus consolationem & sacramentorum confectionem
& erogationem.

Quam apposite, quam opportune adjiceret hoc utroque loco Augustinus Pauli sententiam : Quid facient qui propter civitatem mox funditus peritum baptizantur, si omnino mortui non resurgunt? Quid vero aliud profitentur ii, qui occasione tanta perterriti lavacrum salutis expetunt, quam fugere se velle iram, non praesentem utique, sed futuram? Quo quidem nihil similius Apostoli orationi dici aut fingi potest.

Nostram hanc autem interpretationem non omnino fore despicatui multis nominibus speramus. Primum, quod ante præstitutis explanandi hujus loci legibus ac regulis ad amissim congruit, ut cuique singulas conferenti constabit. Deinde, quod est plana, atque expedita : nec veram modo & gravem, sed & illustrem exhibet perspicuamque sententiam. Tum quod & subsequentium ætatum exemplo, & consimili Augustini effato fulcitur ac nititur. Denique quod accommodata quā maxime ad propositum ostendit Pauli argumentationem. Est enim hæc necessaria consecutio. Metu mortis, qua plerosque absumptos oculis ipsi cernimus, vel fama & auditio ne comperimus, propter mortuos, inquam, istos, lavacrum salutis exposcimus : carere ante obitum baptismi fructu nolumus. Credimus ergo non præsenti vitæ, sed alteri profuturum. Nam quorsum in mortis metu proximoque discrimine, hac nobis via aeratione consulimus, si in hac vita tantum in Chri-

s̄to sperantes sumus? Deo nempe vivere mortuos intelligimus ac profitemur: Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur, ut ait Paulus hoc ipso capite: igitur ut Tertullianus scite & acute colligit, hunc Pauli locum explanans, *carne vivificabuntur in Christo, sicut in Adam carne moriuntur.*

Tertull. lib.
de resurr.
carnis, cap.
XLVIII.

Habent enimvero tam arctam inter se cognationem, atque conjunctionem, hæc duo, immortalitas animorum, & corporum ad vitam redditio: ut alterum si steterit, consequi ex eo alterum necesse sit. Certe idcirco Christus ipse Dominus, ut & os Sadducæis occluderet, qui utrumque stolidè negabant, & ut suscitanda præsertim corpora comprobaret, id argumenti genus unum ex vetere instrumento arripuit ex quo id modo effici videatur, post obitum minime animos interire. *Erratis, inquit, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.... De resurrectione autem mortuorum non legis quod dictum est a Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium.*

Matt. xxii.

Quid enim concludi vel acutius subtiliusve, vel omnino manifestius potuit? Nulla gens tam fera, nulla tam est immanis, cuius mentem non imbuerit de animorum æternitate opinio, quamquam hanc nonnulli excutere ex animis suis, sed vitiosa flagitiousque vita eo progressi, frustra conantur. Natura ipsa de immortalitate animorum tacita judicat: intelligimus quotquot sumus mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam

quasi migrationem commutationemque vitæ: discedere modo animos, sed eosdem permanere: nec cum corporibus pariter extingui, sed Deo vivere cum ex iis excesserint. Atque hoc quidem si non ista consensio gentium suadet, quæ lex naturæ putanda est, vel sacræ paginæ antiqui fœderis, ut Christus ipse demonstrat, apertissime proderent.

Atqui animus noster eam naturam in se ipse continet, id quod nemini nostrum latere potest, nisi in physicis plumbi sumus, ut & sentientis vitæ munia obire possit ac porro velit, & ex iis quæ sentiuntur ad ea quæ sejuncta sunt a corporibus contemplanda provehi. Hæc propria animi humani vis est atque indoles: dos hæc ipsum ab iis mentibus, quæ sunt ab omni corpore concretione liberæ, discriminat ac secernit: hac si vel segregatus a corpore careat, animus dici humanus aut esse omnino non potest. Aut habent igitur animi insitam & innatam vel post excessum vitæ propensionem ad corpora, aut nulli sunt. Pelli hos autem corporibus, quasi possessione sua, cernimus quidem: manere tamen eosdem post mortem, ut diximus, tum natura ipsa duce sentimus, tum Deo in sacris litteris docente agnoscimus.

Quid aliud postea rerum ipsa conditio postulat, quam ut in corpora denuo tanquam in domum suam ac nativum veluti vas & receptaculum postliminio animi redeant: ut quam sui absolutionem perfectio nemque vehementer appetunt, nec habere vi propria possunt, hanc illi consociatione corporum assequantur? An potest enimvero aut ea distractio atque dissolutio, cum naturæ contraria ac violenta sit,


sempiterna esse? aut ingenitum a natura iterandæ conjunctionis desiderium, & illud quidem acre ac vehemens, fallax esse & irritum? Quid enimvero tam pugnat quam generi cuiquam insitam ab auctore naturæ adipiscendi boni cupiditatem ullam, cuius affatim olim explendæ & spem inanem idem, nec modum esse velit ullum? Ad istud igitur Christi Domini ratiocinium nec respondere aut omnino hiscere illi ausi: & gavisum Pharisei, *quod silentium imposuisset Sadduceis.*

Neque vero nunc aliud judex nunciat, aliud præco clamat: nam & Paulus pariter sic eos isto capite carpit ac perstringit, qui resurrectionem negabant, perinde quasi iidem & animorum immortalitatem convellerent: quod sic aliud ex alio aptum nexumque intelligeret, ut ruere unum non possit, ut non alterum eodem labefactatum motu concidat. *Quomodo quidam, inquit, dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?... Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.... Si mortui non resurgent, manducemus et bibamus, cras enim moriemur.*

Sed circa hanc rationem, inquit Divus Thomas in hunc Apostoli locum, lectione II. Videntur duo dubitanda. Unum, quia non videtur, quod sit verum universaliter quod Apostolus dicit, scilicet, quod Christiani sunt confidentes in hac vita tantum: quia possent dicere illi, quod licet corpora non habeant bona nisi in vita ista, que est mortalis: tamen secundum animam habent multa bona in alia vita. Ad hoc obviatur duplitanter. Uno modo, quia si negetur resurrectio corporis, non

de facili, imo difficile est sustinere immortalitatem animæ. Constat enim quod anima naturaliter unitur corpori, separatur autem ab eo contra suam naturam & per accidens. Unde anima exuta a corpore, quamdiu est sine corpore, est imperfecta. Impossibile autem est, quod illud quod est naturale & per se, sit finitum, & quasi nihil: & illud quod est contra naturam & per accidens, sit infinitum, si anima semper duret sine corpore. Et ideo Platonici ponentes immortalitatem, posuerunt reincorporationem, licet hoc sit haereticum: & ideo si mortui non resurgunt, solum in hac vita confidentes erimus. Alio modo, quia constat quod homo naturaliter desiderat salutem sui ipsius: anima autem, cum sit pars corporis hominis, non est totus homo: & anima mea non est ego. Unde licet anima consequatur salutem in alia vita, non tamen ego, vel quilibet homo. Et praeterea cum homo naturaliter desideret salutem etiam corporis, frustraretur naturale desiderium. Dignæ profecto Angelico Doctore sententiæ, quæ priorem hanc differentiationem claudant.





DE BAPTISMO IN VINO.

MONUMENTA vetustioris ævi nonnulla, cum eadem enucleandi cupido incessit, facessunt negotii plurimum & laboris: quod sunt iis interdum contexta verbis atque sententiis, quibus adstrui quidpiam minus cautis videtur, quod a communis Ecclesiæ usu sensuve discrepet. Ejus generis duo commemorantur in primis, quæ quidem ad institutum nobis argumentum attineant: materiam, ut vocant, baptismi alterum: alterum formam spectat. Atque ut a primo incipiam, quod Stephani II. Papæ nomen præfert, in eo mirari profecto subit, præter pervulgatam sacramenti hujuscæ materiam, aquam nimirum, in partem hujus quoque laudis ac munieris vinum adscisci.

Anno enim DCCLIV. in Carisiaco villa, ad Isaram, prope Noviodunum, cum is in Britanniaco monasterio degeret, quod in ea villa fuit, non monachis quidem ipsis, ad quos nihil hæc attinebant, sed Gallicanæ Ecclesiæ Antistitibus, dedisse quædam responsa fertur, a Sirmondo nostro primum in lucem edita, erutaque ex vetere uno exemplari: quorum istud est ordine undecimum.

De Presbytero, qui, cum deesset aqua, periclitantem infantem vino baptizavit.

Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem baptizavit, nulla ei exinde adscribitur culpa. Infantes sic permaneant in ipso baptismo. Nam si aqua adfuit præsens, ille presbyter excommunicetur, & pœnitentia submittatur, quia contra canonum sententiam agere præsumpsit.

Hæc ad hunc scopulum e Theologis nonnulli: ab aliis ejusdem superandi duæ tantum hactenus, quod quidem sciam, excogitatæ viæ feruntur, quarum neutram probo: alteram, quod plena manifesti erroris: alteram, quod plena discriminis haud satis certos exitus habere videatur. Quamobrem teritia nobis erit tentanda via & ineunda,

I.

Prima igitur responsio est ejusmodi: In hoc Stephani responso duo maxime quæri posse: unum, quam credibile sit Papam hoc respondisse: alterum, qua ratione niti queat hæc responsio.

Quod ad priorem partem attinet, de historiæ fide ne ambigendum videatur, facere tum auctoritatem codicis antiqui, ex quo deprompta est, tum aliarum etiam veterum collectionum, quæ passim obviæ sunt, in quibus similis responsio tribuitur Siricio Papæ in epistola ad Genesium. Et quanquam Siricii epistola illa non exstat, causæ tamen nondum satis apparere, cur confitam putemus: & ex collectionibus istis habere nos, earum auctores nec alienum a Pontifice, cui adscribebant, responsum hoc judicasse: nec absurdam aut respuendam illis visam esse sententiam, quam ipsimet sibi inter cete-

ros canones & regulas ecclesiasticas proponerent.

Quod ad alterum quæstionis caput , quid causæ spectarit Pontifex in hoc responso , ex ipsis ejus verbis liquere : baptismi necessitate permotum fuisse , ut ita responderet : nec dubium videri quin quod respondit , ex recepta Ecclesiæ doctrina , quam minime ignorabat , respondisse videatur. Nam cum legem necessitas non habeat , ejusque vis tanta sit , ut in ipsis quoque divinis præceptis excusationi locum præbeat , mirum videri non potuisse , si qua interpretatione usa est Ecclesia in ministro baptismi , propter summam sacramenti necessitatem , eadem & in ejus materia uteretur. Hoc est , ut quemadmodum Ecclesia , licet a Christo ministri baptismi præcipue designati fuerint Episcopi , successores Apostolorum , quibus dictum est , Ite , baptizate : baptismum tamen & a presbyteris diaconisque conferri , ex delegatione vel officio : & ubi r̄s exigat , ne quis baptismio destituatur , non a clericis tantum , sed etiam a laicis , tum viris tum feminis : neque a Christianis modo , verum etiam a Judæis & Paganis collatum , valere declaravit : sic de aqua statuat : quamvis hæc a Christo maxime necessarii sacramenti maxime parabilis materia instituta sit , tamen si in eas angustias res veniat , ut aqua non inveniatur , & vinum sit in promptu , vinum aquæ substituere liceat , & Christi mentem in eo casu interpretari .

Verum ut de primo interim capite sileamus , de quo paulo post opportunior futurus est dicendi locus : ad alterum quod attinet , quæ ista porro necessitatis est , verbis quidem præclara atque magni-

fica , reipsa tamen mala & iniqua defensio ac patrocinatio ? Mitto dicere quam sit illa non scholæ modo , sed & Ecclesiæ totius menti contraria , quæ ab omni semper succidaneo altero liquore , sive usurpando sive probando , abhorruit mirum in modum . Sed quæ est ista defensio ? quæ si tum valet , cum baptissimi materiam casus aliquis cogit mutari ; nemo intelligit , quidni tum eadem valitura sit , ut citra baptismum nihilominus tum constet salus , cum impertiendo nempe baptismō similis fortunæ interventus obstat erit . Nam qua lege sanctum est baptismus ut suscipiatur , si quidem consultum saluti nostræ cupimus ; eadem nominatiū excipitur , quemadmodum rite tradatur , ex aqua nimurum : ipso legem statuente Domino : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto , non potest introire in regnum Dei.*

Quem vero non adultum modo , sed puerum , sed vel matris utero clausum infantem , nisi abluatur , quamlibet maximæ necessitatis excusatio ab interitu sempiterno vindicet ? Cum vero partes duæ hujus legis existent : altera , quæ rem ipsam : altera , quæ rei modum constituat ac definiat : nec sit quisquam mortalium , qui non lege ea tota teneatur , quæ nulla exceptione utitur : non cuiusdam istud esse audaciæ putas , nullo auctore disparem utriusque partis rationem sic statuere , ut prius quidem ultro annuas & concedas , renasci quemque oportere : de posteriore aperte dissentias , & aliter quam ex aqua id fieri posse , quod Christus negat , asseveres ?

Atqui omnes in aqua positas baptismi opes &

Sacræ paginæ & Patres profitentur. Nèque enimvero Deus aliam ob causam saluos nos fieri per aquam ^{i. Petr. iii. 21.}
Petro teste jussit: quam quod *similis formæ* salutarem baptismum esse cum eo voluit, in quo Noëticæ quondam familiæ salutis omne subsidium fuit. Nec absimilis Pauli ratiocinatio est, cum baptizatos in mari dixit veteris testamenti Patres. Nam quod utriusque aliud consilium fuit, nisi ut significaret omnem salutis in baptismo opem, ita multis jam retro ætatis destinante Deo, peti ab aquis oportere?

Hinc illa aquarum prærogativa, quam Tertullianus scite in primis, ut multa, exaggerat: ut & iis olim insidente Spiritu, ab iis videlicet mundi incubabulis, jam tum eæ didicerint animare: & cum se Christus longo post tempore in Jordanem mersit, sanctificatae rursum vim sanctificandi combiberint. *Quanta aquæ gratia, subdit ille, penes Deum & Christum ejus est ad baptismi confirmationem?*

Tertull. lib.
de Bapt. cap.
xiiii.

Hinc & Augustinus, cuius tot passim occurrunt de baptismi natura ac dotibus præclaræ voces atque sententiæ, idem de materia affirmate quidem ac præcise, sed tamen vere pronunciat: *Tolle aquam, non est baptismus.* Quo quidem effato vel unico, quis *Tract. xv.* non intelligit vini laudatoribus ac patronis, ceu *in Joan.* lido ictu impacto, os obstrui?

II.

Altera responsio est, quæ ante annos decem fere prodiit: canonem hunc videlicet in mendo cubare: atque adeo depravatam lectionem sic restituendam esse & corrigendam: *Nulla ei culpa adscribitur, si*

infantes in eo baptismo permaneant.

O præclaros correctores atque emendatores ! qui non intelligent sincerum integrumque exemplar illud , unde hæc excerpta responsa sunt , a Sirmondo præstari , viro utique , ut ceteras ejus laudes taceam , talium rerum intelligentia notissimo ! Divinos conjectores qui non perspiciant , cum similis attributa sit in aliis codicibus Siricio Papæ sententia , nullum esse reliquum ejusmodi effugio ac suspicioni locum !

Quid quod & ista responsio pugnat ipsa secum , nec cohæret ulla ex parte ? Nam presbyterum ex omni culpa eximere , tametsi infans in eo baptismo perseveret , ipsum est baptismum probare . Cujus enimvero potissimum fuit irritam baptismi vinarii operam novo baptisme compensare , si presbyteri hoc est , Parochi , non fuit ? Quod si alterius cuiuspiam id muneric esset , quin hoc ipsum est a Pontifice indicatum ? cum in eo maxime controversiam ac contentionem aut esse tum , aut postea fore nemo prudens non intelligeret , rectene an secus primo res gesta esset : quod si secus ac decuit , qua deinde ratione , cujus potissimum opera corrigi quod esset factum perperam , oporteret .

Frivola igitur tota hæc divinatio : nec multo vero melioris est notæ , quod alii conjectere . Aliunt voces istas , *Infantes in eo baptismo permaneant* , glossema forte exscribentis esse , quod ex ora libri in contextum irreperserit . Hominum vero diffidentium , ac prope desperantium causæ suæ , genus istud exceptionis est , qui sint ad discerendum nodum aliquem , quam ad solvendum , paratiore ac promptiores .

Ecquid porro fiet simili responso Siricij , quod quidem aperte canonum collectiones nonnullæ præferunt ? Ecquis deinde Stephanum non jure merito incuria arguat , qui tantopere fuerit de presbytero solicitus , de infante securus ? qui cum acrem fusciperet ac præ se ferret de illius poena & castigatione curam , omnem interim de hujus salute , si quidem has voces expungi oporteat , solicitudinem abjecerit ? Atqui & hæc ipsum cura vehementissime solicitare debuit : neque vero eadem in responsis quatuor aliis , quæ hic una commemorantur , mediocriter Pontificem pupugit. Nam in his , ut æquum esse visum est ei , qui ea pariter concinnavit , iisdem fere verbis infantum saluti ac prosperitati prospexit. Sic enim in decimo statuit : *Infantes vero illi , quos baptizavit... omnimodo probantur baptizati.* In duodecimo : *Hoc baptismus... firmiter permanebit.* In decimo tertio : *Infantes vero quos baptizavit... in hoc baptismus permaneant.* In decimo quarto : *Infantes vero illi quos baptizavit... in eo permaneant baptismus.* Itane vero cum dubitatio accidit , ratumne censeri baptismum oporteret , sive quem minister vel impurus vel imperitus dedisset ; sive qui per infusionem , non per immersionem collatus : sive in quo demum immutata levissime forma esset : (nam hæc istarum quatuor responsionum argumenta sunt :) tum quidem infantum saluti consuluisse , ac de ea pronuntiassse existimandus est ; cum de materia autem disceptatio intercidit , quæ & in quinque de baptismus interrogatis loco secundo interseritur , & in hoc certe negotio primas partes obtinet , tum quid ea de

controversia statui ac decidi jura legesque poscerent, cumdem cuiquam suspicari licet minime fategisse?

Cum nihil horum igitur arrideret, frustraque spondando nihil profecisse Theologos viderem, ors. tertium obtulit responsionis genus: quod, ut ingenuæ quæ sentio loquar, nostrum percussit animum probabilitate aliqua.

Fraudem hanc igitur insignem esse deprehendimus veteratoris alicujus: quam ille tamen non ita perire ac solerter architectatus sit, quisquis hanc adornavit, ut non plurimis ac manifestis ipsa se vestigiis proderet.

Sic nempe statuimus, e novemdecim capitulis, five responsis, quæ Stephano adscribuntur, deceam omnino supposititia esse: ista videlicet: secundum, tertium, quartum, nonum, decimum, undecimum, duodecimum, decimum tertium, decimum quartum, & decimum octavum. Sex deinde ex iis ipsis, nempe nonum, decimum, undecimum, duodecimum, decimum tertium, & decimum quartum, Siricio Papæ primum dolo malo attributa, tum pari scelere atque audacia Stephani responsis corpus illud insertum, ac veluti purpureo panno centonem assutum.

Juvat porro hoc loco integrum repræsentare complexionem ac seriem responorum illorum, quo promptius atque expeditius oculi ipsi fraudem internoscant: aurumque demum nunc primum secernant a stipula.

STEPHANI II. PAPÆ

RESPONSA,

Quæ cum in Francia esset, in Carisiaco villa, Brittaniaco monasterio, dedit ad varia consulta, de quibus fuerat interrogatus, anno Christi D C C L I V.

Nunc primum edita ex codice S. Mariae Laudunensis.

I. De eo qui abjecta ancilla uxorem ingenuam duxit.

In epistola Leonis Papæ ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap. v. ita continetur: *Ancillam a toro abjecere, & uxorem certe ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis.*

II. Si alter conjugum debitum reddere non possit.

Si quis se in conjugio copulaverit, & uni eorum contigerit, ut debitum reddere non possit, non liceat eos separare: nec pro alia infirmitate: excepto si dæmonii infirmitas, aut lepræ macula supervenerit: ceterum si ab his duabus infirmitatibus liberi fuerint invicem conjuncti, unus alteri servitium exhibeat.

III. Deo qui uxorem habet in patria, & in alia regione versatur.

Si quis in aliena patria ancillam duxerit in consortium, postea in propriam reversus ingenuam acceperit: & iterum contigerit, ut ad ipsam qua in ante fuerat patriam revertatur, & illa ancilla, quam prius habuit, alii viro sociata fuerat: hic talis potest aliam accipere, tamen non illa vivente ingenua, quam in patria propria habuit.

IV Si quis commatrem de baptismo vel confirmatione duxerit.

Ut nullus habeat commatrem suam spiritalem, tam de fonte sacro, quam de confirmatione, neque sibi clam in neutra parte conjugio sociatam. Quod si conjuncti fuerint, separantur.

V. An liceat viro qui uxorem repudiavit, aliam ducere.

Si uxor a viro repudiata fuerit, utrum liceat viro illa vivente aliam ducere, in epistola domini Innocentii Papæ directa ad Exuperium Tolosanum Episcopum ita continetur: *Qui interveniente repudio alii se matrimonio co-*

pularunt, hos in utraque parte adulteros esse manifestum est &c.

VI. De virginibus non velatis, si nupserint.

De his qui promissam virginitatem transgredientes matrimonium inierunt, in epistola beati Innocentii Papæ directa Vietricio Rotomagensi Episcopo cap. xv. ita continetur: *Eæ vero, quæ ne cum sacro velamine sunt tectæ, tam in proposito virginali semper vivere se promiserant, licet velate non sint, si forte nupserint, his agenda aliquando tempore pænitentia, quia sponsio earum a Domino tenebatur, &c.*

VII. De monachis & nonnis, si nuptias ineant.

De monachis & nonnis, de monasterio fugientibus, in Concilio Calchedonense cap. xi. ita continetur. *Virginem, quæ se Deo consecraverit, similiter & monachum, non licere nupcialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat autoritatem ejusdem loci Episcopus humanitatem misericordiamque largiri.*

VIII. De vidua quæ suscepto velo postea nubit.

De muliere, quæ post mortem viri sui velata fuerit aliquantum temporis, & postea virum accipit, in epistola Siricii Papæ ad Episcopum Himerium Tarragonensem directa cap. v. ita continetur: *De his vero qui acta pænitentia, tanquam canes ac fues ad vomitus pristinos & voluntaria redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates & nova conjugia, & inlicitos denuo adpetiere concubitus &c.*

IX. Si sanus vir leprosam duxerit uxorem.

Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, ut postmodum ei superyeniat lepra, postposita negligentia tales separantur, ne concepti filii lepra macula polluantur. Fas namque est, ut mundus ad mundam jungatur.

S. Siricii Papæ, ex epistola ad Genesium Episcopum. Hera xii. Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, &c. ut in Stephani responsis. Ita codix Pithœanus, & S. Martini Turon. tesié Sirmondo ad huncleum, nota M.S. in libri margine.

X. De eo qui nesciens a quo sit ordinatus, Missas fecit, & baptizavit, tum postea dimisso officio uxorem duxit.

De illo presbytero, qui dicit se nescire qui eum benedixit, & tamen aliquantum temporis Missas fecit, & baptizavit: postea autem ipsum officium dimittens uxorem duxit. Hunc vero presbyterum quis ambigat omnino culpabilem, qui sacrilego auctu quod sibi collatum ignorabat utrū minimie debuit? Pro quo omnimodo abiciendus est, & in monasterium mittendus: ut illic sub digna poenitentia suam lugendo finiat vitam. Infantes vero illi, quos baptizavit, si in nomine sancte Trinitatis sunt baptizati, omnimodo probantur baptizati, pro eo quod & laicis, si necessitas urget, ut non illi qui baptizandi sunt in arcernum pereant, licentia data est in hoc succurrere, &c.

XI. De presbytero, qui cum deesset aqua, periclitantem infantem vino baptizavit.

Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem vino baptizavit: nulla ei exinde adscribitur culpa. Infantes sic permaneant in eo baptismō. Nam si aqua adfuit præsens, ille presbyter excommunicetur, & poenitentia submittatur, quia contra canonum sententiam agere præsumpsit.

In epistola Siricij Papæ ad Genesium Episcopum, Hera xiiii. Presbyter qui dicit se nescire si episcopus fuit, qui eum ordinavit, & aliquanto tempore Missas fecit: & postea dimisso officio uxorem duxit, hunc pseudopresbyterum quis ambigat esse detestabilem? pro quo omnimodo abiciendus est, & in monasterio ad poenitentiam omni tempore vita sua retrudendus. *Codex Turon. in collectione canonum.*

S. Siricij Papæ, Hera xiiii. Presbyter, qui in vino baptizat, pro maxima necessitate, ut æger non periclitetur, pro tali re nulla ei culpa adscribatur. Si vero aqua aderat, & necessitas talis non urgebat, hic communione privetur, & poenitentia submittatur. Infans vero ille, si in sancta Trinitate baptizatus est, in eo baptismō permaneat. *Ita collectio S. Martini Turon. & Cod. Herouallian. tit. xxiiii. de Baptismo.*

Collectio antiqua titulorum LXXVI. in codice Pithœno, tit. XXIII. de Baptismo.

In epistola S. Siricij Papæ, Hera xiiii. Presbyter qui in vino baptizat, pro maxima necessitate, &c. *ut supra.*

Alia collectio canonum, licet auctorem nullum afferat, canonem tamen profert huiusmodi, cum eo lemmate.

Quod pro necessitate in quolibet liquore baptizari possit.

Si quis in vino pro necessitate baptizat, ut æger non periclitetur, pro tali re nulla ei adscribatur culpa. Sed vere ille qui in sancta Trinitate baptizatus est, in eo baptismō permaneat. Similiter qui

in qualicunque liquore.

Rursum alia collectio MS. x. partium.

In epistola sancti Sirici Papæ c. xiii.
Qui in vino pro maxima necessitate baptrizat, ut æger non periclitetur, pro tali re nulla ei adscribitur culpa. Si vero aqua aderat, & necessitas talis non urgебat, hic communicatione privetur, & penitentia submittatur Homo vero ille si in sancta Trinitate baptizatus est, in eo baptismo permaneat.

XII. An liceat aqua concha vel manibus infusa baptizare?

Si licet per necessitatem cum concha, aut cum manibus, infanti in infirmitate posito aquam super caput fundere & sic baptizare. Hoc baptisma, si in nomine sanctæ Trinitatis peractum fuerit, firmiter permanebit: præsertim cum & necessitas exposcit, ut ille qui ægritudine detenus est, hoc modo renatus participes Dei regni efficiatur.

XIII. De presbytero, qui baptizavit nesciens symbolum, nec orationem dominicam, nec psalmos, & an ipse ordinatus esset.

De illo presbytero, qui baptizavit, tamen nec symbolum, nec orationem dominicam, nec psalmos tenet, nec scit si episcopus eum benedixit. Hic primum omnium dignitatem, qua illicita uti presumpsit, amittens, sub disticta poenitentia, & in monasterium mittatur, & omnibus diebus vita sua plangens quod incongrue egreditur vita monastica. Infantes vero, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt, in hoc baptismo permaneant.

XIV. De presbytero, qui baptizandi formulæ quædam adjecit, & nescit utrum episcopus fuerit qui eum ordinavit.

De illo presbytero, qui baptizavit isto modo sic rustice: In nomine Patris mergo, & Filii mergo, & Spiritus sancti mergo: & ipse presbyter nescit si episcopus fuit qui eum benedixit. Hic qui ordinationem suam ignorat, omnino abjiciendus est, & sub arcta poenitentia in monasterio mittendus, ut omnibus

Hera xv. si infantem in periculo constitutum, pro maxima necessitate, cum vase, aut cum manibus aqua in nomine sanctæ Trinitatis baptizaverit, firmiter permanebit: præsertim cum necessitas hoc exposcit. Sic codex Pithœanus, Turon. & Herouval.

De presbytero qui ignorat orationem dominicam. Hera xvi. Presbyter qui orationem dominicam non tenet, nec symbolum, neque psalmos, nec scit si episcopus fuit qui eum benedixit: hic primum omnium dignitatem, quam illicite presumpsit, amittat: & sub disticta poenitentia omni tempore vita sua in monasterio degat. Infantes vero quos in sancta Trinitate baptizavit, baptizati permaneant. Sic Pithœanus codex, Turon. & Herouval.

Hera xvii. Qui vero ita baptizant, ut dicant, In nomine Patris mergo, in nomine Filii mergo, & Spiritus sancti mergo: hi qui ita sunt baptizati, ac si rustice, tamen in nomine sanctæ Trinitatis, baptizati sunt. Sic codices res pralaudati.

diebus vitaे suae in luctu & fletu sub monastico habitu conversetur. Infantes vero illi, quos baptizavit, licet rustice, quia in nomine sancte Trinitatis sunt baptizati, in eo permaneant baptism.

XV. De episcopis accusatis & condemnatis.

De episcopo accusato, in Concilio Antiocheno cap. xv. ita continetur: *Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condemnetur ab omnibus episcopis ejusdem provinciae, cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciae manere sententiam.*

XVI. De presbyteris & diaconis accusatis.

De presbyteris vel diaconibus accusatis, in Concilio Carthaginense cap. xx. ita continetur: *Si autem presbyteri aut diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis cum proprio episcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est, una secum in presbyteri nomine vi. in diaconi iii. ipsorum causam discutiant, &c.*

XVII. De presbytero, cuius crimen, quod ante ordinationem admiserat, innotuit.

De presbytero, qui in culpam criminalem incidit, & peccatum ejus publicatum est, in Concilio Neocæsariense cap. ix. ita continetur: *Presbyter si præoccupatus corporali peccato provehatur, & confessus fuerit de se quod ante ordinacionem deliquerit, oblata non consecrat, manens in reliquis officiis propter studium bonum. &c.*

XVIII. De coma clericis aut monachis non laxanda.

Ut nullus clericus, aut monachus, comam laxare præsumat, aut an athema sit.

XIX. De femina, que alteri nupserat, cum ejus vir in aliena provincia falso mortuus putaretur.

De separata a marito, si vir ejus in aliena provincia vivere putabatur, in epistola beati Leonis Papæ directa ad Nicetam Aquileiensem Episcopum ita continetur: *Cum enim per bellicam cladem & per gravissimos hostilitatis incursus, ita*

quædam dicatis divisâ esse conjugia , ut abductis in captivitatem viri feminæ eorum remanserint destitute , quæ viros proprios aut interemptos putarent , aut nunquam a dominatione credherent liberandos , & in aliorum conjugium solitudine cogente transierint . &c.

Explicitur quæ dominus Papa Stephanus in Carisiaco villa Brittaniaco monasterio , ad interrogata dedit responsa .

IV.

Jam ut indicata fraus certius detegatur , juvat ab eo capitulo conjecturam auspicari , quod est ex iis quorum auctoritatem infringimus , ordine postremum , hoc est , decimum octavum . Enimvero cum neque istud responsi formam præ se ferat , quo quæstioni positæ satisfiat : nec præfixus ei titulus , qui est hujusmodi , *de coma clericis aut monachis non laxanda* , ullam habeat dubiæ & controversæ rei , aut , si lumbet , interrogati similitudinem : summarium quippe re ipsa est , & ἐπιτροπὴ quædam : *Quis non statim intelligat stultitia obcoecatum hominem , quisquis artifex sceleris fuit , seipsum stolidè prodidisse , qui caput istud non indutum prius responsi forma responsis intexuerit ?* Appositus enim huic capitum συλλογῆς titulus admonet , contineri ea aliud nihil , præter *Responsa quæ dominus Papa Stephanus , cum in Francia esset , dedit ad varia consulta , de quibus fuerat interrogatus :* vel , quemadmodum in ejusdem codicis calce legitur , *ad interrogata .* Quorum cum simile nihil istud habeat , quod nunc ad trutinam vocatur , potuitne alieno magis loco , quam isto , interseri ? aut jamne possit illustrius interpolatæ hujus collectio- nis indicium desiderari vel requiri ?

Hæc , inquam , hominis fraus cum vel hac faltem

parte manifeste constricta convictaque teneatur, an non satis firmam haud absimilis doli in reliquo corpore suspicionem affert? An immerito mendax vel semel, semper mendax præsumitur? Aut vero temere auguramur, non hunc fuisse tantopere de clericorum coma solicitorum, ut de hac componenda satageret, in hoc acquiesceret, huic uni rei vel alieno loco & contra fas subdito canone prospectum vellet? Alio profecto spectabat, aliud animo consilium agitabat: quod ut ille astutius abderet ac dissimularet, alia aliis in locis ejusdem conflaturæ decreta inseriuit, quorum similitudine vestitum illud & adornatum, quod de baptismo in vino est, cuius potissimum causa fraudem hanc omnem moliebatur, latenter obtruderet.

Eandem non jam occulte, sed aperte sapiunt adulterationem, secundum, tertium, & quartum: quæ nec legitimam responsionis formam obtinent, de qua mox iterum planius dicturi sumus: & præpostero interjecta loco primum & quintum, quæ esse inter se conjuncta argumenti similitudine oportuit, distrahunt invicem perperam ac divellunt.

Sex deinde reliqua a nono ad decimum quartum, quæ sunt de baptismo omnia, præter nonum, in gemino alio codice, id quod est adnotatu dignum, eodem plane ordine, numeris modo pro ratione ac serie collectionis illius immutatis, Siricio Papæ tribuuntur: ita subinde singulorum ac præsertim undecimi dictione variata, quod & in plerisque canonum collectionibus usuvenit, ut & pro exscribentium ingenio arbitrioque addita vel detracta nonnulla appa-

reat : & ex uno tamen exemplo omnia efficta esse ,
 & ex uno fonte hausta , minime obscuris deprehendatur indiciis. Neutri tamen Pontifici adscribendum quod utrique tribuitur , spero mox futurum ut vel
 cœco , quod aijunt , appareat.

At quam debilis interim , & quam flaccescens , nec
 Pontificio ore digna undecimi ipsius capituli sen-
 tentia est , vel ea parte qua baptizanti in vino pres-
 bytero pœna statuitur ? Nam quæ illius statuendæ
 causa tandem affertur ? Accipite , canonici juris pe-
 riti. *Quod contra canonum sententiam agere præsumpsit:*
 At proferri canones ante hoc tempus qui denique
 ex toto canonum corpore de hoc argumento pos-
 sunt ? nulli enimvero sunt. Sensere omni ævo Patres ,
 perspicuum adeo Christi præceptum illustrare novi
 canonis luce si conarentur , se perinde facturos quasi
 si quis studeat clarissimo soli mortale lumen inferre:
 atque , ut est in parœmia vetere , ιλιω τὸ φῶς δαυεὶζεν .
 Mitto igitur quam sit hoc imperite confictum , nec
 satis caute. Hoc unum dico , frigide in hoc negotio
 canones appellari , vel si ulli exstant , ubi Christi
 præcipientis imperium allegari fas & æquum est :
 leius quiddam esse ad sententiam canonum nescio
 quam provocare , ubi totius Ecclesiæ consensus adest ,
 tot retro sæculorum corrobotatus usu : audax esse
 facinus novæ legi condendæ necessitatem obtende-
 re , ubi vicarii cuiuscumque liquoris , qui vel tum in
 vicem succedat aquæ , sive tolerandi sive probandi ,
 ne levissimam quidem mentionem aut omnino sus-
 picionem antiquitas injicit.

Jam quanta deinde arte confinxit architectus hu-
 jus

jus doli, improbusque malleator adulterinæ monetæ, alia capitula de baptismo quatuor, in quibus impune ac tuto asseveraret ratum esse baptismum oportere : ut vel ista, vel similis dicendi formula, quam fere abutitur, *Infantes in eo baptismo permaneant, & in quintum pariter occulte irreperet, quod est de baptismo vinario :* nec tum primum aut semel novitate sua legentium oculos animosque percelleret :

V.

Sed incassum petita longius argumenta quærimus, cùm hæc capitula, quibus nigrum theta præfigimus, nec Siricii Pontificis, nec Stephani esse possint. Non Stephani certe. Quid ita ? Quod ab ea videlicet respondendi forma normaque abhorreant, ad quam cetera concinnat & componit summa cum cura & diligentia. Nam in his pro more fere illius ævi nihil recenter eudere Marte suo, ut aiunt, videri vult : sed quidquid affert, id ex vetustis repetere Conciliorum decretis, judicatisque Pontificum : ad quæ ille quidem ita constanter in singulis provocat, quæ genuina censemus, ut hæc ab eadem dicendi formula, quæ hoc indicet, ordiatur. *In epistola Leonis Papæ*, inquit in primo, *ita continetur*. In quinto deinde, *In epistola domni Innocentii Papæ continetur* : atque ita in septem aliis, quæ sincera arbitramur ac vera. Horum igitur cum nihil habeant simile reliqua, sed a Stephani more ac genere dicendi sine causa desciscant, pro fucatis ac simulatis haberi ea necesse est a *spiritu narratōis* harum rerum arbitris ac jūdicibus.

Omnino simili forma legere est Zachariæ Papæ responsa septem ac viginti, ante annos septem, hoc est, anno DCCXLVII. ad Pippinum Majorem Domus, itemque ad Episcopos, Abbates & Proceres Francorum, data. Quorum plane nullum est, quod non sit similiter antecedentis synodi alicujus, aut Pontificis auctoritate nixum, cum hac solenni præfatione, *ita continetur, ita scriptum est, &c.* Quin & illud quod illic est ordine primum ac vicesimum, idem omnino est cum eo quod nunc sextum Stephano imputatur. Adde jam & Nicolai Papæ responsa ad consulta Bulgarorum: quæ cum sint omnino sex supra centum, vix unum eorum pariter alterumve reperias, quod non antecedentium Patrum, vel sacrarum litterarum auctoritate ac testimonio muniatur.

Sed cum deessent videlicet similia Patrum exempla vel dicta, quibus hic noster doli fabricator, quasi destina quadam ac fulcimento, opus sustentaret: & adversantem alioqui sibi Christum Dominum, ut diximus, in sacris litteris idem intelligeret: utroque argumenti genere caute supersedendum duxit, atque ab usitata potius responsorum ceterorum forma, tum in isto undecimo, tum ut fraus magis lateret, in reliquis quoque, quæ sunt ejusdem artificii, desciscere.

Quin enimvero ad faciendam pariter responso, vel decreto potius quarto, fidem, sive Pontificem Romanum Deus dedit auctorem laudabat & ad stipulatorem ejus oraculi: cum exstet illius plane par in simili argumendo sententia, quanquam ex adulterina Isidori merce, parte secunda Decreti, causa xxx,

quæstione i. circa annum DCXIV. Sive edictum illud quod Gregorii Magni nomine vulgatum est, in calce ipsius Registri, ubi e capitulis septemdecim concinnatum his verbis quartum occurrit: *Si quis commatrem spiritualem duxerit in conjugium, anathema sit.* Sive illud demum, quod sincerum ac genuinum est ea de reZachariæ Pontificis capitulum, an. DCCXLIII. editum: *Ut presbyteram, diaconam . . . vel etiam spiritualem commatrem, nullus sibi presumat nefario conjugio copulare . . . Si autem qui sic conjuncti sunt admoniti declinaverint, et ab alterutro fuerint divisæ, pænitentiae submittantur, ut sacerdos loci providerit.*

Quin & duodecimum eleganti admodum testimonio Cypriani firmabar, ex epistola LXXV. ad Magnum: quo vetustas illius moris, cui patrocinaatur, hoc est, tradendi ex aquæ infusione baptismatis, egregie stabilitur?

Quin & decimum octavum auctoritate Concilii Carthaginiensis IV. communivit, cuius hic canon XLIV. refertur, anno CCCXCVIII. sancitus, ut vulgo creditur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam raddat?* Aut canone certe vicesimo Concilii Agathensis, anno DVI? An hæc omnia nescisse, an nihil omnino scisse Stephanus existimandus est?

Quamobrem cum sit tam discrepans ac diversus in his respondendi modus, atque in novem istis, quæ sincera agnoscimus, secernimusque a reliquis: vix ut priora illa pro responsis habenda sint: quis non statim intelligat non ejusdem esse parentis utrumque partum? Habent ista enimvero novem legitimæ responsionis formam: reliqua fere omnia decreti potius

simplicis ac statuti , cuiusmodi in Conciliis sanctis
leguntur.

Jam vero quæ Stephano supposita existimamus ; eadem Siricio ipsi quoque pari jure abjudicanda censemus : propterea quia si Stephani sunt , cuius quidem nomen codex unus præfert , Siricij simul esse non possunt : quod ille Siricum haud dubie testem citaret , propugnatoremque suæ sententiæ . Nam si responsione octava , quæ legitima est , Siricum ipsum appellare testem Stephano licuit ac libuit ; quis existimet molestum ei & grave fuisse futurum , eundem in undecima quoque , quæ nunc potissimum venit in controversiam , allegare suæ responsionis suffragatorem , si in eadem decidenda quæstione totidem fere verbis facem is olim sibi prætulisset ? An & istud quoque Stephano latuit jampridem a Siricio anteoccupatum ? Deinde & Genesius ille , ad quem Siricij inscripta fertur epistola , quis fuerit aut cuius sedis antistes , latet ; & conficta haud dubie ex argumento appellatio est , ἀπὸ τῆς γενέσεως , a nativitate secunda , quæ baptismo fit . Atqui cum quatuor extant omnino Siricij epistolæ , locum singulæ sedemque antistitum , quo sunt transmissæ , diligenter notant . Cur ergo Genesii unius dissimulata sedes , ac silentio obruta , nisi quod nulla existit : cautusque nunc saltem ac providus fuit , quisquis hunc struxit dolum , ne sedem ei forte , quæ foret alterius , arrogaret : cum alias haud ita astute reliquam fraudem texerit , ut detegi ea certo non poslit ?

VI.

Otiosi itaque hominis alicujus , ut levissime dicam , totum hoc figmentum est : qui ut majorem fraudi suæ adstrueret fidem , atque ut fabulae vires & colorem adderet , non unicum hunc , sed plures una opera confinxit de baptismō canones , aliosque ejusdem officinæ : ut inter istos illum quoque , quo baptismus in vino probatur , callidius solertiusque , ut quidem rebatur ille , subjiceret . Adscripsit idem deinde duobus Pontificibus , id quod vel ab uno sanciri nefas fuit . Sed ita adscripsit , nullam ut prioris Pontificis mentionem posterior faceret , contra omnium morem , in primisque Stephani ipsius , in ea parte quæ potissima est hujus seriei : a quo tamen ipsum more discedere , in re præsertim tam gravi , si quis alius idem edixisset , id quod latere Stephano nec decuit omnino , nec potuisse arbitror , minime fane oportuit .

Accedit quod in quocumque liquore baptizari posse qui unquam censuere , semper sunt pro hæreticis habití : ut Armeni olim , (nam Lutherum ac Bezam , similesque heterodoxos nihil moror , qui ubi semel defectionis signa sustulerunt , nihil intentatum deinde , nihil inausum reliquere :) Armeni inquam , quorum *viceimus primus error est* , quod varie baptizant , quidam in aqua , quidam in vino , quidam in latte , inquit Thomas Valdensis , libro ii. cap. cxiv ex Guidone Carmelita , de erroribus Armeniorum .

Denique tam irritum , si vinum aquæ substituantur , baptismum fore omnis schola censet , quam

*Lutherus
re peccav
Syst. T. 4*

eucharistiam haud rite peragi , si in vini locum aqua subrogetur : quod quidem fecisse olim *r̄dporae
exsātac*, sive Aquarios , dum prodit antiquitas , exse-
cratur.

Hæc etsi forte singula a tricosis & contentiosis hominibus eludi aliqua arte possunt , vix tamen nullam fidem habebunt universa : & apud lectorem cordatum satis erunt , opinor, ut intelligat , tum ab imperito aliquo consarcinatore , nec satis provido , assūtam hanc infeliciter laciniam Stephani responsis : tum ab eodem pari arte atque fallacia Síriaco quoque ipſi attributam , sub Gratiani Monachi tempora : cui fuere hi canones supposititii ob eam causam incomerti : nam & qui eos exhibent vetustissimi codices manu exarati, æstatem eam adeo non antecedunt, ut vix assequantur.





DE BAPTISMO

IN NOMINE

CHRISTI.

SE D enimvero acrior de baptismi forma quam de materia , inter Theologos contentio , majus sententiarum divertium est: quæ ut controversia pariter dirimantur , nunc tertium postulat ac postremum cursus nostri spatium.

Dedit huic scholæ discidio locum in primis Nicolai I. responsum ad consulta Bulgarorum , cap. civ. quod ii præpostere interpretati sunt , qui prius & in quibusdam explanandis , ex Actis Apostolorum, Ambrosioque sententiis , quæ eodem spectant , pariter aberrarunt. Est illud autem ejusmodi in collectione Conciliorum , ad annum DCCCLVIII.

A quodam Judeo , nescitis utrum Christiano an Paganu , multos in patria vestra baptizatos asseritis , & quid de his sit agendum consulitis . Hi profecto , si in nomine sanctæ Trinitatis , vel tantum in nomine Christi , sicut in Actis Apostolorum legimus , baptizati sunt , (unum quippe idemque est , ut sanctus exponit Ambrosius ,) constat eos non esse denuo baptizandos . Sed primum

utrum Christianus, an Paganus, ipse Judeus extiterit, vel si postmodum factus fuerit Christianus, investigandum est: Quamvis non prætereundum esse credamus, quid beatus de baptismō dicat Augustinus. Nam satis, inquit, ostendimus, ad baptismum qui verbis evangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam vel dantis vel accipientis errorem, sive de Pare, sive de Filio, sive de Spiritu sancto aliter sentiat, quam doctrina cœlestis insinuat.

I.

Hoc Pontificiæ voci oraculum in eam partem accepere nonnulli, ut ratum eo ac legitimum declarari baptismum putarent, qui non evangelicis modo verbis, ut solenne est, sed sub hac quoque verborum formula conferretur, Ego te baptizo in nomine Christi. Ita ab Apostolis factitatum aiunt, Luca teste in Actis: ita & Ambrosum docuisse, libro primo de Spiritu sancto, capite tertio. Isto igitur tanquam tergemino ariete convelli posse existimant ac labefactari receptam totius fere scholæ, atque adeo Ecclesiæ conspirante consensu sententiam, quæ sic designatam hujus sacramenti administrandi formam a Christo Domino docet, ut baptismum esse omnem irritum oporteat, qui sacrosanctæ Trinitatis invocatione caruerit.

Quin etiam usque eo aliqui processere, ut quod Apostolos fecisse, ut plerique fatentur, non omnino indubium est: ut nos ostensuri sumus, falsum: id etiam nunc sine ulla dubitatione licere affirmarint. Expuncta hæc quidem sententia est Pii V. jussu ex Caetani

Ca'etani commentariis , editione Romana altera : quis nescit ? At eadem in Hadriani VI. operibus per severat : quæ quidem ab illo dudum antea , cum adhuc privatus esset , exarata sunt : typis deinde Romæ edita , cum Pontificatum gereret , ipso præsente ac spectante , anno MDXXII.

Viderint id ii sane quorum interest . Assentiri nos interim nulla ratione aut vi huic opinioni possimus : aut licuisse aliquando nimirum , aut etiamnum lice-
re extra regulam Christi Salvatoris imperio constitutam ,
ut Fulgentius loquitur , hoc est , *in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti , qui crediderint baptizari*. Nam quemadmodum *lex tingendi imposita est* , inquit Tertullianus , *sic forma præscripta* : a qua qui discesserit , & gravi se adstringat scelere , & operam ludat.

Unam enimvero esse tum Lucæ in Actis , tum vero Ambrosii , ac Nicolai mentem ultro damus : reprehensionem tamen novitatis adeo non extimescimus : aut , quia nunc primum aliam horum trium esse sententiam , quam quæ sit hactenus existimata , statuimus , eam ob rem veremur , ne quis criminetur videri nos , quod aiunt , cornicum oculos velle configere : ut nos etiamnum spes quædam obtentet , id hominibus iis persuasum iri , qui nec opiniosi sint , nec præjudicatae sententiæ nimis tenaces .

II.

Juvat adeo capere ab Actis disputandi exordium ; hoc est , rem omnem a capite arcessere , ac Lucam producere primum in scenam . Baptizati , quotquot apud ipsum leguntur , inquis , *in nomine Domini*

Jesu baptizati perhibentur.

Act. III. 38. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.*

Act. VIII. 12. *In nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres.*

Act. VIII. 16. *Nondum enim Spiritus sanctus in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu.*

Act. X. 48. *Et jussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi.*

Act. XIX. 5. *His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu.*

Atqui baptizatos in nomine Iesu intelligi eos necesse est, qui baptizati sunt, postquam invocarunt & confessi sunt nomen Domini Iesu. Dirimenda nimirum ac distrahenda in partes duas simplex oratio est, in hunc fere modum ac sensum. Act. III. 38. Invocet unusquisque vestrum nomen Domini Iesu, & baptizetur. Act. VIII. 12. Invocabant viri & mulieres nomen Iesu Christi, & baptizabantur. Act. VIII. 16. Invocarant illi quidem nomen Domini Iesu, sed baptizati tantum erant. Act. X. 48. Et jussit eos invocato nomine Domini Iesu Christi, fidem ei obstringere, & baptizari. Act. XIX. 5. Crediderunt Dominum Iesum esse Christum, & baptizati sunt. Ut his vocibus, *in nomine Domini Iesu*, non baptismi formam, sed baptizandorum fidem consignatam intelligas, invocatumque ab iis id nomen ante lavacrum sub antistitis manu.

Gravem desideras interpretationis hujus auctorem

ac vindicem , cuius auctoritate robur ei ac pondus accedat ? Quis Luca gravior , a quo videlicet ipso hæc acta digesta confectaque sunt ? Atqui eo prodente sic Paulum compellavit Ananias : *Et nunc quid moraris? exsurge & baptizare , & ablue peccata tua , invocato nomine ipsius.* Quid istud autem erat aliud præcipere , quam ut confessus antea Christum , invocatoque ultiro nomine ipsius , baptismō se tingui curaret ? Quæ res ubi gesta est , baptizatus ille in nomine Domini J E s u rite intelligitur , hoc est , ut carmen idem sæpius occinam , post confessionem ejus nominis . Hanc enim iis verbis subjectam esse sententiam qui non agnoscat , eum ipso in limine impingere ac temere labi necesse est .

Act. xxi. 16.

III.

Pudet hujus controversiæ arbitros & judices grammaticos dare ac statuere . Pudet , inquam , pigetque , cum Theologi audiamus , ad hos provocare . Atqui si hos nihilominus in consilium vocemus , commemorabunt ii Christum aliter in Evangelio , aliter Lucam in Actis locutum . Quid enimvero iste ? *baptizati sunt.* Quid ille ? *baptizantes eos.* Lucam illi suggererent vocabulo formæ passivæ usum : quod utique verbi genus per se quid quisque patiatur ac recipiat : oblique vero , atque ex adjectis ei verbo voculis , quibus id ipsum de causis patiatur , id si fert oratio , indicat . Itaque & quid suscepint ii , qui baptizati dicuntur : & quid idem , quo tali munere ac præmio donarentur , veluti de suo conferrent ; confessionem videlicet Christi nominis , comprehensæ in Actis sen-

Fulg. ep.
xii.

tentiae produnt : quoniam prius elici necesse est confessionis officium , inquit Fulgentius , cui recte deinde minister sancti baptismatis ministret effectum.

At verbum ejusmodi quod agendi formam haberet , tum Christus adhibuit , cum Apostolis baptizandi munus provinciamque detulit. Quorundam istud autem ? Quod nempe vocabulo istius generis potestas agentis addicta est , atque adeo actio illius qui baptizat , ut per se planum est : quamobrem & conjunctis cum eo verbis simul forma praescribitur , qua sit illa rite actio obeunda : nimurum istis , *In nomine Patris , & Filii , & Spiritus sancti*. Quanquam neque his vocibus forma solum significatur , quae est ab antistite recitanda : sed & confessio Trinitatis , quae simul , imo & prius ab eo proxime redditur , qui tingui debet. Nam utrumque ex aequo signari tum nihil vetat , cum baptismus dicitur in nomine Trinitatis dari : secus , cum in nomine Christi tantum : tunc enim per se confessio modo indicatur illius , qui tinguitur. Quare cum in sacris paginis *baptizare* , tum in Græcorum Euchologio , *baptizari* , subinde legere est in nomine Trinitatis : ut Trinitatis nomen , seu invocationem , atque ei qui abluitur , atque abluenti ministro competere intelligas : conjuncta tamen copulataque cum his vocibus , *in Christi nomine* , haec vox , *baptizari* , occurret una dumtaxat : ut ad istius solum , qui salubri fonte abluitur , confessionem ac fidem , non ad abluentis præcise formulam , confessim id loquendi genus per se referri sentias oportere.

Uno omnia explicatius verbo complectar . *Bapti-*

zare in nomine Patris , & Filii , & Spiritus sancti Christus Dominus jubet. Quis ea potissimum tunc intelligitur verba prolaturus ? is ipse profecto , qui baptizandi munus obit. At baptizati alias dicuntur in Christi nomine. A quibus tandem nomen istud pronunciatum esse haec significat oratio ? Ab iis ipsis , opinor , quos eadem oratio baptizatos in eo nomine indicat.

Non est enim profecto , non est humano consilio , sed nec mediocri sapientissimi numinis cura provisum , ut sacer scriptor neminem baptizasse retulerit in nomine Domini J E S U : ne quis temere induceret animum usurpatam hanc fuisse ab hujus sacramenti administristro formam : ut Ferrando & Vigilio visum , aliisque numero paucissimis : baptizatos itaque maluit in eo nomine dicere , hoc est , post publicam ejus nominis confessionem ac fidem ablutos & mundatos.

*Ferrand. ep.**ad Anatol.**Diac. cap.**xiii.**Vigil. Tap-**st. lib. xii. de**Trin.**Et Bernardi**nominis,**epist. cccxl.*

Egregie autem illa se Lucæ in scribendo accuratio prodit in primis , cum eunuchum is ablutum a Philippo refert. *Et dum irent per viam , inquit , venerunt ad quandam aquam :* & ait eunuchus : *Ecce Ag. v 111. aqua: quid prohibet me baptizari ? Dixit autem Philip- 3^o.* pus : *Si credis ex toto corde , licet. Et respondens ait :* Credo filium Dei esse Jesum Christum. Et jussit stare currum. Et descendenterunt uterque in aquam , Philippus & eunuchus : *et* baptizavit eum. Hoc tantum. An is in nomine Christi ablutus ? quis neget ? Ambrosio præsertim , ut mox liquebit , affirmante. At hoc dicere Lucas prætermisit. Consulte enimvero hoc quidem loco , & valde caute : ne si hanc loquendi

formulam , sibi alias perquam familiarem , cum activæ significationis voce connecteret , a ministro prolatam quispiam existimaret.

IV.

*Alex. Aler.
sis, & alii.*

Et sunt qui dispensatione usos pertendunt , cum baptismum in Christi nomine Apostoli impertirent : cuius dispensationis nec vola nec vestigium , ut aiunt , in sacris paginis , aut in veterum monumentis appareret , nec afferri omnino causa probabilis potest . An enim id Apostolis liceret , quod nec Christo ipsi licuit ? Nam cum sit ille primarius baptismi cuiusvis administer , *Ipse est enim qui baptizat* : nefas aliam a vicaria potestate formam adhiberi , quam quæ a suprema , si quidem adesset illa , usurpari commode posset . Dicturumne unquam Christum ipsum putas , Ego te baptizo in nomine Christi ? Quo ille loquendi genere alium se a seipso proderet , cum baptizatorem alium esse ab eo oporteat , cuius in nomine baptismum impertit . Diceret igitur , Ego te baptizo in nomine meo . At quantumvis non rapinam arbitratus sit esse se æqualem Deo , hanc si nihilominus forma uteretur , nec se ministrum tantum esse sacramenti ostenderet , ut est reipsa , qua homo est : nec sanctificationis primariam causam esse Trinitatem ostenderet .

Sed quid conjecturas sequimur , cum luculenta extant divinæ vocis oracula , quæ ab ipsis quoque Apostolis sub invocatione Trinitatis baptismum esse collatum , vel tacentibus nobis , clament ac prædicent ? *Cum Paulus veniret Ephesum , & inveniret quos-*

dam discipulos, dixit ad eos: Si spiritum sanctum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum: Sed neque, si Spiritus sanctus est audivimus. Ille vero ait? In quo ergo baptizati estis? Si nec invocatum est scilicet primum a vobis, nec invocatum deinde super vos Patris & Filii & Spiritus sancti nomen. Utrumque si abfuit, in quo baptizati estis? Qui dixerunt, In Joannis baptismate: in quo nempe nec fides Trinitatis ab eo, qui ablui debet, exigitur, aut redditur: nec a ministro Trinitas invocatur. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini I E S U: hoc est, credentes J E S U M esse Christum ac Filium Dei, atque adeo Trinitatis fidem professi, demum abluti sunt.

Fuit enimvero solenne illud omni ævo servatum, ut qui salutari lavacro tingendos se sisterent, fidem sive symbolum rogarentur, quam deinde fidem ablutio obsignaret. Unde factum a Græcis Latinisque Patribus huic sacramento nomen, obsignatio fidei, σημαντίς τῆς μίσεως. Anulum quoque accipit tunc primum Christianus, quo fidei passionem interrogatus obsignat, ut Tertullianus loquitur, libro de Pudicitia, capite nono.

Fidem autem in præsenti qualemcumque Trinitatis intelligo: hoc est, redditionem symboli eam, quæ baptismo præmittitur: at non eandem necessario omnis circa Trinitatem erroris expertem. Integrum enim nihilominus sacramentum est, ut præclare Augustinus, quamvis fides sub EISDEM VERBIS aliud opinantis, quam catholica veritas docet, non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Sive quantuscumque sit de Trinitate, ut præallatis ejus-

Basil. l. III.
adv. Eunom.
pag. 48. &
Tertull. lib.
de Pœnit. c.
vi.

Aug. l. vii.
de Bapt. con.
tra Donat.
cap. li. cum
aliqua fide.

Aug. l. III.
de Bapt. con.
tra Donat.
cap. xv.

Aug. l. vii. dem Augustini verbis utar , vel dantis vel accipientis error. Nec dubito etiam illos habere baptismum, qui quamvis fallaciter id accipient , hoc est , eam animo fidem adulterantes, quam ore profitentur , in Ecclesia tamen accipiunt , vel ubi putatur esse Ecclesia ab iis in quorum societate id accipitur : de quibus dictum est , Ex nobis exierunt. At fidem interim mos est ab eo posci , qui ablui debet : quam hæc deinde idcirco abluentis verba excipiunt , in Missali Gallicano vetere , tit. xxv. OPUS AD BAPTIZANDUM , pag. 364. *Baptizo te CREDENTEM in nomine Patris , & Filii, & Spiritus sancti.*

V.

Fecit hæc igitur confessionis hujus & baptismi copulatio conjunctioque mutua , ut non in Christi modo , verum etiam & in Trinitatis nomine baptizari , unum & idem existimatum sit , atque post confessionem utriuslibet baptizari.

De priore certe est illa plana & aperta Joannis Damasceni vox , libro quarto orthodoxæ fidei , cap. x. Τὸ ἐν εἰς Χριστὸν βαπτίζειν τοι, δηλοῖ τὸ μένον τας εἰς αὐτὸν βαπτίζεις. In Christo igitur baptizari , significat credentes in eum baptizari.

Anno ccc- De posteriore autem quid apertius , quam quod Arelatensis primi Concilii Patres habent , cap. viii. Placuit , inquiunt , ut si ad Ecclesiam aliquis ab heresi venerit , interrogent eum symbolum : & si perviderint eum in Patre & Filio & Spiritu sancto esse baptizatum , manus ei tantum imponatur..... Quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem , baptizetur.

Eandem

Eandem vero Arelatensis secundæ synodi , ac primæ , sententiam , totidemque expressam fuisse verbis , inferius constabit.

Viden interim non rogari quenquam , qui ab hæresi veniat , quas voces inter abluendum sacerdos ediderit : nam quis istud ab rustico jure poscat ? sed num fuerit ipse symboli fidem professus. Quod si enimvero Trinitatem illic se credere præ se tulit , baptizatum hunc rite existimari Patres volueret. Quid ita ? Quod *in Patre & Filio & Spiritu sancto baptizari* idem esse censerent , atque in confessione Trinitatis ablui : fidemque seu confessionem Trinitatis in ministro , qui tinctiōnem facit , consimilem extitisse oportere , atque in eo qui recipit : quippe qui hanc ministro prius pro imperio officioque exigenti , ac voce quidem præeundi reddiderit. Ridicula penitus assertio , inquit Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos , *aliter de Deo sentire baptizantem , & aliter baptizatum.*

An vero cum vel Ambrosium sic perorantem audiimus , libro de iis qui initiantur , cap. iv. *Tu in gratia baptizatus es in nomine Trinitatis. Confessus es. Patrem ; recordare quid feceris. Confessus es Filium , confessus es Spiritum sanctum.* Vel Hilarium libro secundo de Trinitate : *Baptizare jussit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti , id est , in confessione & auctoris & unigeniti & doni.* An tum ullus , inquam , reliquus est ambigendi locus , quin perinde sit in confessione Trinitatis , atque in nomine Trinitatis ablui : similique causa unum atque idem esse in nomine Christi tingui , ac postquam in Christum credideris baptismo tingui ?

VI.

Quid faciemus igitur eidem Ambrosio, inquies, cuius sententiam penitus adversari nostræ hactenus existimatum est? Quid facturus sis, quisquis es, rogas? Dabis operam ut & curiosius rimandos esse Patrum sensus vel hinc agnoscas: & exemplo deinde nostro Ambrosium omni erroris suspicione liberes. Eo enimvero, si nescis, omnis illius oratio recidit, quæ nunc venit in controversiam, ut hæc duo edoceat: alterum, hunc esse in sacris litteris loquendi morem, ut vel una Trinitatis appellata persona, intelligi pariter reliquas oporteat: alterum, quod est ex primo consequens, eos qui salubri lavacro tincti dicuntur, vel si Christum modo sunt ore confessi, totam nihilominus Trinitatem animo ac fide percepisse. Hæc illius orationis summa est, hæc sententia: de qua ne quamlibet tenuis animo scrupulus resideat, juvat ea illius verba repræsentare, quæ non-nihil habere visa sunt offensionis ac salebrarum, iis videlicet, qui vel nodum, ut aiunt, in scirpo quærunt: vel Ambrosium prospexere tantum, & a limine salutarunt.

Æthiops eunuchus Candacis regine baptizatus in Christo, hoc est, post confessionem Christi, ut vidimus, plenum mysterium consecutus est, hoc est, evangelicæ legis baptismum, ea qua omnino oportuit fide septum, communitem, instructum, vel Christi modo nomen confessus, obtinuit,

*Et illi qui negaverunt se scire spiritum sanctum.....
quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus sancti*

baptizati fuerant, in Joannis baptismate nec Christum venisse confessi, sed venturum tantum, nee de Spiritu sancto edocti, non potuerunt accipere baptismatis sacramentum, baptismum regenerationis. Baptizati postea sunt itaque in nomine Iesu Christi, Jesum esse Christum fatentes ac Filium Dei: nec iteratum est in his baptisma, sed novatum. Novum illis baptisma tum primum datum est, non iteratum. Unum enim baptisma, Christi videlicet, seu legis novæ.

Ubi autem non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium vel species aliqua baptismatis aestimatur. Ubi non est Trinitatis plena confessio, cuius & invocatione baptismus deinde consecretur, quod quidem utrumque Joannis baptismati defuit, (nam eo nunc tantum spectat:) nec principium nec species ibi baptismatis evangelici aestimatur, quod & unum est, & confessione illa, atque invocatione, sancitur & continetur.

Plenum autem est, hoc est, sua instructum & ornatum fide, cuius præmium regeneratio & sanctitatis adeptio est, si Patrem & Filium Spiritumque factaris. Si unum neges, totum subrues. Si vel Filium exempli causa negas, tota pessum datur & corrumpitur fides. Et quemadmodum si unum in sermone comprehendas, in ea confessione quæ baptismi præmittitur, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum: fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum abneges, plenum est fidei sacramentum, fides baptismi integra est: plenum sacramentum, quantum ad illam plen- Alex. Alen- nitudinem quæ est ex fide. Unde dicit, (verbis utor sis p. IV. qn. Alexандri Alensis) plenum esse fidei sacramentum : VIII. a. 131. §. II.

non dicit, plenum est sacramentum. Ita etiam ; pergit Ambrosius, quamvis & Patrem & Filium & Spiritum dicas, & aut Patris aut Filii aut Spiritus sancti minuas potestatem, id quod Ariani Eunomianique faciunt, vacuum est omne mysterium , vacuum sua fide, & gratiae proinde spiritualis munere vacuum, ut idem alio loco prodidit.

Denique & illi ipsi qui dixerant, nec si Spiritus sanctus sit audivimus, baptizati sunt postea in nomine Domini Iesu Christi: in fide & confessione ejus nominis. Et hoc abundavit AD GRATIAM, hoc dicere abunde fuit, non solum ad auctoramentum fidei, verum etiam & ad gratiam in baptismo adipiscendam: quia jam Spiritum sanctum Paulo prædicante cognoverant, atque adeo jam & crediderant & confessi erant. Nec contrarium debet videri: quamvis etiam postea tacitum sit de Spiritu, tamen creditum est: & quod verbo tacitum fuerat, expressum est fide. Cum enim dicitur in nomine Domini Iesu, per unitatem nominis impletum mysterium est. Vel si unum Christi nomen appellaveris; nihil propter fidei defectum sacramento deperit, totum vel sic mysterium fidei attigisti. Nec a Christi baptimate Spiritus separatur: nec potest a confessione Christi in baptismo Spiritus sancti confessio divelli ac distrahi.

An aliquod igitur in hac oratione universa de baptismi forma vestigium est? omnino nullum. At alio loco sane expressum atque conspicuum, libro de iis qui initiantur, capite quarto. Credit Catechumenus in crucem Domini Iesu, qua & ipse signatur; sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filii &

Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritalis gratiae munus haurire.

Eant nunc qui vel pugnantia locutum Ambrosium, vel, quod vereor ut aures catholicæ ferre possint quin exhorrescant, errasse Doctorem Ecclesiæ, ac deserdendum clamant. Est hoc quidem compendium operæ ac laboris, quo curiosius exploranda Patrum sententia est. Sed quid est istuc aliud quam vadimonium deserere, ac præsumpta desperatione evadendi quo velis, in limine ipso subsistere?

VII.

Et simile tamen ei hærefeos crimen impactum, *Cucus in Censura, pag. 140.* ut & id obiter insinuemus, quando ejus rei se dat occasio:) ab Roberto Coco, ubi traditum ab Ambrosio comminiscitur, actualia peccata baptismo, lotione pedum originalia relaxari. Verba hæc sunt Ambrosii, libro de initiandis, cap. vi. *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Mundus erat Petrus, sed plantam lavare debebat. Habebat enim primi hominis de successione peccatum, quando eum supplantauit serpens, & persuasit errorem. Ideo planta ejus ablituitur, ut hereditaria peccata tollantur. Nostra enim propria per baptismum relaxantur.* Atqui scribentis mentem si penitus introspicias, intelliges ab eo duo duntaxat affirmari. Alterum, levia esse errata quædam, quæ venialia nuncupamus, ea in primis, quæ ex errore nobis obrepant: eademque hereditaria merito appellari: quod, ut primo homini serpens afflavit errorem, sic Petrum, sic nos, ut in hoc genere peccemus, sæpenumero similis error im-

pellit: cui ut obnoxii simus, facit naturæ imbecillitas orta ab Adami labe. His ut occurreretur, lotionem pedum, quæ baptismum consequebatur olim in Mediolanensi Ecclesia, (qui ritus & in Missali Gothicō pariter, & in Gallicano vetere commemo- ratur: quæ nuper illustravit Vir Clariss. D. Mabillonius, e sacro Benedictinorum cœtu:) hanc inquam, ille cum sacerdotis prece conjunctam, his expiandis aīt subsidio fuisse: nam MAIUS illa sub- sidiūm sanctificationis afferebat, ut episcopi nunc quoque benedictio: auxilium nempe cœlestē, quo postea te serpens supplantare non posset, ut loquitur auctor librorum de Sacramentis: qui-

Libro III. de Sacram. cap. 1. Hincmar. tom. 2. opusc. xxxix. pag. bus in ipsis ita vestigiis insistit Anibrosii, ut pro eo vulgo habeatur. Alterum caput illud est, quod idem

682 Ambrosius asseverat, esse delicta, præter hæc, alia, quæ propria nuncupat: quæ non error, ut priora, sed malitia, sed concupiscentia perpetrat: hæc autem baptismo dilui penitus & aboleri: quo quid a quoquam potest dici verius? Itaque cum heterodoxi, & catholici quoque nonnulli, quæ hereditaria ille appellat, originalia interpretantur, actualia quælibet, quæ ille propria: tum absurdum Ambrosio sensum affingunt, & ab Ecclesiæ doctrina, & a ratione, & a scribentis sententia alienum. Nam quid alienius fingi potest, quam sensisse Ambrosium, vel lotione pedum a Christo facta originale in Petro peccatum esse sublatum, cum idem ante hanc lotionem mundum fuisse Petrum totum admonuerit; vel simili pedum lotione, quam antistes faceret, originalem tol-

Si noxam, cum actuales elui culpas prius per baptismum dixerit? Tum vero deinde temere iidem proprium parenti fetum abjudicant, cum opus illud esse supposititium tam futili argumento colligunt. Sed ad propositum revertamur, unde digressi sumus.

VIII.

Jam Nicolai deinceps oratio nihil habet difficultatis aut salebrarum. Complectitur enim ea partes duas. Prior est de fide illius, qui baptismum suscipit: nam de adultis in primis agitur, ut & in Actis, & apud Ambrosium. *Hi profecto*, inquit, si Christiano more ac ritu abluti sunt: hoc est, si in baptismo interrogati credere se in Trinitatem confessi sunt, vel tantum in Christum, sicut in Actis Apostolorum de eunacho Candacis reginæ legimus, aliisque: unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius: *profecto constat eos non esse denuo baptizandos. Profecto constat*, inquit: Quod est dicere, hoc nemo negat, quod est communis omnium consensu atque usu receptum, nec nostri adeo rescripti luce ac robore eget. Sive dixerint illi igitur, cum abluidos se susterent: In Patrem & Filium & Spiritum sanctum credo, baptismō me Trinitatis ablue: sive, in Christum credo, baptismō me Christi tingue: unum penitus & idem utrumque est.

Papæ! Quam est illa pars responsionis hujus supra laudato Arelatensis synodi decreto consentiens, qua nominatim cavitur, ut qui se Trinitatem in baptismō confessum dixerit, ne baptizetur: si secus, baptizetur! Nam cum utroque fides exploretur il-

lius, qui abluitur; nequit esse profecto ovm, quod aiunt, ovo similius.

Altera pars est de ministri fide: ab illis verbis,
Quamvis non prætereundum esse credamus: quæ pars
 illius sententia: cu[m] p[er] se plana est ac perspicua;
 tum illud prodit in primis, nihil in priore de bap-
 tismi forma Pontificem edixisse, qui in postrema
 non nisi verbis evangelicis consecratum baptisma pro-
 abari sibi æque atque Augustino significet.

Aug. lib. vi.

de Bapt. con- *Non omne[m] igitur ille baptis[ma]m probat, ut verbis*
tra Donat. c. *utar Augustini in simili argumento. Nam in multis*
xxv.

Anctor lib. *idolorum sacrilegis sacris baptizari homines prohibentur.*

de Sacr. apud *Et ut ait Ambrosius, Multa sunt genera baptismatum,*

Ambr. lib. ii. *cap. 1.* *sed unum baptisma clamat Apostolus. Quare? Sunt bap-*

tismata gentium; sed non sunt baptismata. Lavacra sunt,
baptismata esse non possunt. Caro lavatur, non culpa di-
luitur: imo in illo lavacro contrahitur. Denique qui

Tertull. lib. *utrique præivit Tertullianus, libro de baptismo: Sed*
de Bapt. c. v.

enim nationes.... viduis aquis sibi mentiuntur. Nam
et] sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis ali-
cujus aut Mithra.... Certe ludis Apollinaribus & Eleu-
siniis tinguuntur: idque se in regenerationem & impuni-
tatem perjuriorum suorum agere præsumunt.

Et vero nuperrime Bulgarorum natio abjectis ina-
 nium numinum simulacris ad Christiana sacra tran-
 sierat, adhuc plena Paganorum: neque erat satis
 exploratum, falsisne diis etiamtum addictus esset is
 qui baptizarat, Judæus utique, hoc est, mercator cir-
 cumforaneus: (neque enim religionis istud ibi, sed
 negotiationis nomen est, ut alii ante nos monuerunt;) an Christi jam unius cultui consecratus, atque adeo-

non

non profani , ut olim , sed sacri baptismatis peritus administer.

Enimvero geminum ibi baptismum Nicolaus agnoscit : alterum , qui ex Paganorum superstitione agatur , quantumvis per eum ethnici , ut Athanasius animadvertisit , oratione III. contra Arianos , uni se Deo , quem ore implorant , mancipari videri velint : alterum , in quo Christiano ritu ac more Trinitas invocetur. *Sed primum* , inquit Nicolaus , *utrum Christianus an Paganus existiterit , investigandum est*. Quanquam & hunc posteriorem baptismum , vel si a Paganis evangelicis verbis detur , idem deinde jure merito approbat. Priorem autem , ut par est , exsecratur ac nominatim excipit : uti & exceptum multi arbitrantur hunc unum olim a Gregorio III. ante annos cxx. cum in epistola ad Bonifacium Moguntinum de Germanis istud rescriptum tulit : quo primum ævo gens ea pariter a profanis superstitionibus ad Christianos ritus transivit. *Quos a Paganis baptizatos esse asseruisti , si ita habetur , ut denuo baptizes in nomine sanctæ Trinitatis mandamus*. Et mox : *Eos qui a presbytero Jovi macerante , et carnes immolatias vescente , baptizati sunt , ut rebaptizentur , præcipimus*. Quoniam dubium nimirum esset , num verbis profanis potius , quam evangelicis , baptismi hujusce forma constaret..

Itaque baptismus ille nunc Pontifici placet unus , qui post confessionem Trinitatis , vel Christi tantum ; ab eo qui baptizatur , editam : a ministro deinde verbis evangelicis , ut ipse subjungit , hoc est , sub Trinitatis invocatione , sit collatus. Nam istud esse

plane in nomine Christi baptizari ; ex Actis & Patribus , ut vidimus, palam est.

IX.

Mirum est quot se vertant in partes , quot se in angustias conjiciant ii , qui alias expediendi hujus nodi vias ac rationes excogitant. Nicolaum aiunt de fide modo ministri utraque responsionis parte locutum : quod abhorrere prorsus a vero vel hæc vox una , *si baptizati sunt* , quæ passivæ potestatis est , aperte prodit : cum , ut est demonstratum a nobis , subsequentibus eadem conjuncta verbis , *in nomine Christi* , significet non ministri qui abluit , sed eorum qui abluuntur , explorari fidem.

Ambrosium illi deinde , quo Nicolaus auctore inititur , duo docuisse comminiscuntur. Alterum , fidem explicitam Christi , ut aiunt , fidem esse implicitam Trinitatis: fidemque hanc geminam iis vocibus designari , *si in nomine Trinitatis , vel tantum in nomine Christi*. Alterum , sufficere implicitam invocationem Trinitatis ad baptismi integratatem. Pontificem parte dumtaxat priore usum , qua egebat : non item postrema.

Verum non una in hoc uno responso , sed multiplex hallucinatio est. Nam (ut omittam cetera) ex duobus hisce capitibus , quæ Ambrosio affinguntur , quam sit posterius alienum ab ejus mente , si de forma locutum existimant , qua ministrum uti necesse sit , qui abluit , paulo ante ostensum est : quippe qui sit in eo totus , ut illius tantum qui abluitur , fidem explicet. Quam sit autem & prius illud tum per se

a vero, tum ab Ambrosii pariter mente abhorrens, mirum est a summis ingenii non animadversum. Sic enim statuimus, fidem quam vocant explicitam Christi, non implicitam, sed explicitam esse pariter Trinitatis fidem: frustraque geminam fingi, ubi unica eademque sit. Alia quippe invocationis, alia fidei ratio est. Appellatio, seu invocatio Christi explicita, implicita quidem Trinitatis invocatio est. At Christi fides explicita, qualem animo informatam & habemus ipſi, & ceteris in docendo tradimus, simul est explicita fides Trinitatis. Annunciare enimvero Christum, ut Paulus loquitur, aut Christum credere nemo potest, quin Patris simul idem & Spiritus aperte meminerit: nec Catholicus modo, sed ne Arianus quidem, aut Socinianus: et si perperam isti Trinitatem intelligunt. Non Christum is annunciare censendus est, qui Christum præcise commemoret. Quisquis hoc rite munus obit, eundem missionis Christi a Deo Patre, officii, dignitatis, atque adeo divinitatis ministerio convenit, atque hæc ipsa explicate docere. Hæc demum quisquis Christum aut credit aut docet, aperte vel docere vel credere necesse habet.

Ac ne istud a nobis recens excogitatum existimes, putissima Ambrosii oratio est, id quod adnotari paulo ante in transcursu licuit, loco nimirum prælaudato: ubi de iis sermonem habet, quos baptizatos Acta narrant in nomine Domini I E S U: *Quamvis*, inquit, *etiam postea tacitum sit de Spiritu, tamen CREDITUM EST: & quod verbo tacitum fuerat, EXPRESSUM EST FIDE.* Quo effato dici quid expressius potest? aut quid excogitari, quo vel tanti ponderis aucto-

ritas eludi , vel tam grave excuti ab adversariis te-
lum queat ?

Ambrosio concinit Damascenus , eo loco , quem
jam perstrinximus obiter : Τὸ δὲ εἰς Χριστὸν βαπτισθῆναι
δηλοῖ τὸ πιστεύοντας εἰς αὐτὸν βαπτίζεσθαι . Α Δ T N A T O N δὲ
εἰς Χριστὸν πιστεύοντας μὴ διδαχθέντας τὸν εἰς πατέρα , καὶ ὁ γὰρ , καὶ
ἄγιον πνεῦμα ὁ μολογίαν . Χεισός γάρ εἴσιν οἱ γόρης τῷ Θεῷ τῷ ζῶντος ,
ὅν ἔχειτεν οἱ πατήρ τῷ ἄγιῳ πνεύματι &c. In Christo igitur
baptizari , significat credentes in eum ablui. Atqui I M-
P OSSIBILE E S T in Christum credere eos , qui non
prius edocēti sint confiteri Patrem & Filium & Spiritu-
rum sanctū. Nam Christus est Filius Dei viventis ,
quem unxit Spiritu sancto , &c.

Quamobrem Pontificii oraculi sententia ea esse
non potest , quæ vulgo fингitur: Sive fidem minister
habeat Trinitatis explicitam : sive Christi tantum ex-
plicitam , implicitam Trinitatis : nam hæc secum ip-
sa pugnat oratio. Sed iste nimirum est rescripti Pon-
tificii intellectus : sive nomen appellat Trinitatis ex-
plicite , sive explicite nomen Christi tantum , atque
adeo Trinitatem , non minister utique , sed is qui
ablui debet , ut diximus , implicite invocet , quam
explicite nihilominus credit , ratum hunc haberi bap-
tismum necesse est.

X.

Quid jam attinet , cum sint hæc adeo per se per-
spicua , aut falsa deinceps aut dubia fulciendæ huic
causæ firmamenta conquerire ? id quod ii faciunt ,
qui baptismum in Christi nomine collatum , damnari
illo arbitrantur Apostolorum , ut vocant , canone XLIX.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ή ὀφειλέτης μὴ τρία βαπτίσματα μᾶς μνήσως ἐπιτελέσῃ , ἀλλ’ ἐν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τῷ κυρίᾳ διδόμενον , παθαιρεῖσθω . Οὐ γάρ ἐπειν ὁ κύριος εἰς τὸν θάνατον με βαπτίσατε . ἀλλὰ , πορευθέντες μαθητένσατε πάντα τὰ ἔθνη , βαπτίζοντες ἀντὶ τοῦ δόγματος τῷ πατέρεσσι , καὶ τῷ υἱῷ , καὶ τῷ ἄγγελῳ πνεύματος . *Si quis episcopus, aut presbyter, non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat, in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, depo- natur. Non enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate: sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

Non jus defendere , sed prævaricari causæ merito videar , id si genus probationis adhibeam . Exploratum enim mihi liquido est , nec ante annum CCCLXXXV. sancitam hanc legem esse , & eandem contra Eunomianos quosdam primo latam , quos non idcirco synodus , quæcumque est illa , (nam id obscurum est) perstrinxit ac notavit , quod alia baptismi forma , præter eam quæ usitata est , uterentur : sed quod & sub mersione simplici scelestissimæ hæreseos pestiferum virus obtegerent : & eandem fortassis in iis interrogationibus quæ baptismum antecedunt , aperte profiterentur ac præ se ferrent .

Damnantur iidem eo nomine & in epistola scrip-
ta Constantinopoli ad Martyrium Antiochenum an-
tistitem , circa annum CCCLV. quæ recitatur a Leun-
clavio , libro quarto Juris Græco-Romani : cuius epi-
stolæ pars ea , quæ de hæreticorum , in primisque Eu-
nomianorum , baptismō pronunciat , post annos am-
plius ducentos descripta est a Patribus Trullanæ sy-
nodi canone xcvi. unde postea , ad adstruendam ei

Pág. 290.

fidem, dolo malo inserta est & in Concilium Constantinopolitanum primum, ubi septimi canonis falso locum obtinet.

Eunomium certe ipsum verbis evangelicis, sub plena Trinitatis invocatione, baptismum impertiisse, auctor est in Latinis Augustinus: in Græcis Epiphanius, atque Sozomenus. Quare cum vel Eunomium

de Bapt. cap. audis apud eundem Epiphanium baptizasse *in nomine Dei increati, & in nomine Filij creati, & in nomine Spiritus sanctificantis, & a creato filio procreati*: vel

Anomæorum num. vi. sub finem Sozom Arianos apud Hieronymum in dialogo adversus Luciferianos, *in Patre solo vero Deo, & in Jesu Christo salvatore creature, & in Spiritu sancto utriusque servos*

xxvi. lib. vi. hist. eccl. cap. five ut Athanasius ait, oratione tertia contra Arianos, *εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ κτίσμα, εἰς πόνημα καὶ πινάκι*: cave for-

Theodoret. epist. cxlv. miam ibi baptismi designatam putes: neque enim his vocibus formæ typus, sed fidei perversitas, quæ

fuit vel sub legitima verborum forma dissimulata, describitur.

XI.

De toto hoc argumento præclare istud, ut omnia, sanctus Augustinus, libro sexto de baptismo contra Donatistas, cap. xxv. *Quis nesciat non esse baptismum Christi, si verba evangelica, quibus symbolum constat, illic defuerint? Sed facilius inveniuntur hæretici, qui omnino non baptizent, quam qui non illis verbis baptizent. Quos enimvero suspicariliceat vel eo sponte prolapsos, vel aliorum suasu in eam pertractos amentiam, ut alia se forma verborum, quam quæ est a Christo-Domino præstituta, tingui paterentur?*

An Montanistas, sive Cataphrygas? negat Athanasius, negat & Epiphanius. An Cerinthianos, Ebionaos, Praxeanos, Manichæos? negat Hieronymus in dialogo proxime appellato: quamvis Gennadius asseveret. An Marcionem? an Valentimum? an Apellem? negat Stephanus Papa, qui Marcionis baptismum admisit: negat aperte & Cyprianus: quamquam hujus explorata paucis ac perspecta mens est in epistola gemina, ad Jubaianum, & ad Pompeium: negat & Augustinus libro tertio de baptismo contra Donatistas, cap. xv.

*Athan. orat.
III. contra
Arian. Epiph.
phan. her.
XLVIII.
Gennad.lib.
de Ecc. dog.
cap. LII.*

XII.

At de aliis secus summi Pontifices ipsi decernunt. Qui porro? ac de quibusnam? Gregorius, inquis, & Innocentius. Nam ille primum libri noni epistola LXI. quæ ad Quiricum & ceteros episcopos in Iberia constitutos inscripta est, refert Bonosiacos & Cataphrygas, quorum baptismum nullum esse ait, *in Trinitatis nomine minime baptizatos*. Quo sensu? An quođ baptisimi formam illi adulterarent? Minime vero: nam Bonosiacos certe prorsus hac culpa liberat Concilium Arelatense II. quod annis fere centum & quinquaginta Gregorium antecessit. *Bonosiacos*, inquit, *ex eodem Paulianistarum errore venientes*, *quos sicut Arianos BAPTIZARI IN TRINITATE MANIFESTUM EST, si interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit*. Cataphryges vero cum duum generum existent: vel priores, seu ἡγέται Πεζίλον, qui parem & eandem habue-

An. CCCLI.

Cap. XVII.

re cum Catholicis de Trinitate sententiam : vel posteriores , seu *κατ' Αἰσχύνην*, qui in Sabellianorum dogma deflexere , in baptismi forma quidquam turbasse , quis quo documento probet ? cum & Athanasius refragetur , & Philastrius : & Phrygas universitate Pontifex ipse haud aliter , quam de Bonosiacis idem ei affirmare licuit , in nomine Trinitatis baptizatos inficietur.

Athan. orat. III. contra Arian. pag. 413. Philast. in Catal. her.

Quorū ergo in Trinitatis nomine utrosque Gregorius baptizatos neget , si quidem scire aves , ab eo ipso accipe. *Quod & illi (Bonosiaci) Christum Dominum non credunt : & isti (Cataphryges) sanctum Spiritum perverso sensu esse quendam pratum hominem Montanum credunt : quorum similes multi sunt & alij : tales cum ad sanctam Ecclesiam veniunt , baptizantur : quia baptismum non fuit quod IN ERRORE positi in sanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt.*

An isthæc autem ex Orientalium potius , quam ex suo sensu Pontifex dicat , & quamobrem a Bonosiacis ablutos iterum tingi significet , cum Arelatensis synodus II. vetet : cur item Photini baptismum in bapt. c. xvi. probet eadem , ^a Augustinus probet : cur Marcionis b. Lib. III. baptismum b. idem recipiat , ^c Ecclesia Græca unicap. xv. c Theodoret. versa repudiet : cur Manichæos , Ebionæos , Cerin- epist. cxlv. thianos , rursum ablui ^d Oriens velit , iterari in iis d Timoth. Presb. & Eu- dem salutare lavacrum prohibeat ^e Occidens : hos chol. Græc. inquam , nodos similesque expedire , neque est præ- e Hieron. in sentis instituti , & erit ad hoc olim , favente numine , Dial. adv. Lucif. opportunior locus..

XIII.

Jam vero ex Gregorio interim , opinor , quæ pa-

riter Innocentii mens fuerit , intelligis : qui *Paulianistas in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti minime baptizasse* refert , ex Orientalium quoque forte sententia , non ex sua : quod aliud haberent scilicet lingua promptum captiosa Paulianizantium ingenia , & ad perfidiam obdurata , aliud animo clausum tene- rent. Eam enim perverso sensu & commentis suis la- befactabant professionem ac fidem , qua Christiani sumus , in qua salutis summa vertitur , quo veluti fundamento stat catholicæ religionis structura : cu- jus caput est unius summi Dei in essentia unitas , & in personis differentia. Quocirca eadem Arelatensis synodus II. *Photinianos sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportere sanxit* , Nicænorum videlicet : a quibus lex ea manavit , ordine prima ac vicesima , ut quidem appellat Rufinus interpres : *Ut Paulianiste, qui sunt Photiniani, rebaptizentur.*

An vero hos existimas evangelicorum verborum in baptismō sinceritatem infecisse , aut hæc adulterasse ac depravasse ? Suspiciatus istud quidem olim Augustinus , at forte suspicatus tantum. *Hos sane Paulianos baptizandos esse in ecclesia catholica Niceno concilio constitutum est.* Unde credendum est , inquit , eos regulam baptismatis non tenere. Quo ex loco Primasius Augustini discipulus , (ut quidem dici vult ac videri ,) auctor libri , quem sub Prædestinati no- mine Sirmondus noster edidit , uti & jam olim ipse Rigaltium , & ipsum MS. codex Augiensis admonuit , a Reginaldo monacho Benedictino exaratus ante annos DCCCL. is , inquam , ex iis verbis suum illud expressit , hæresi XLIV. de Paulianis : *Unde ego cre-*

*Lib. de hær.
cap. x LIV.
Maldonatus
epist. ad Car.
Vorm. Au-
gustinum id
suspiciatum
ait*

do regulam eos baptismatis integrum non tenere. Hoc est enim dicere: Non omnes fortassis, sed cum Augustino tamen hi qui sunt sagaciores e nostris, & cum his *ego credo*.

At neque ausa illud ipsum pariter Arelatenfis synodus affirmare: quæ, cur Bonosiacorum baptismum approbet, causam quidem aperte subjicit, quod *baptizatos esse eos in Trinitate manifestum sit*: cum Paulianisticum eadem improbat, non in Trinitate vicissim baptizatos negat, quod id omnino sibi non liqueret: sed ad antecedentis synodi Nicænæ statuta auctoritatemque de hujuscce legis æquitate provocat. Quod si porro conjectura simili nobis uti licet, (nam conjecturæ pondus ac vim habere duntaxat optamus quidquid in præsenti a nobis de hoc argumento profertur, non ratæ atque indubitatae sententiæ:) sed si conjecturis quoque utimur, cum ex Paulianistarum seu Photinianorum errore Bonosiaci veniant, ut eadem synodus admonet: ac Rufinus, & Gennadius, aliquique testantur: quis in uno & eodem errore tinguendi morem fuisse disparem ac discrepantem existimet? aut quis bipertitos idcirco Paulianizantes seu Bonosiacos ac Photinianos, bipertitos item simili occasione & causa Cerinthianos, bipertitos perinde Ebionæos, bipertitos Marcionitas, Manichæos denique bipertitos somniet: quod horum omnium baptismum improbabere Græci, Latini non repudiarunt? aut quis istud demum prona assensione animi sine teste ac tabulis affirmanti credit?

Sed quid conjecturis opus, cum liquido prodat Athanasius, qui synodo Nicænæ ipse interfuit, Ma-

nichæos , Phrygas , similiterque Samosateni discipulos , hoc est , Paulianizantes , quorum baptisma nihi-
lominus respuitur , nomina tamen sacrosanctæ Tri-
dis perinde proferre solitos , atque Arianos ? An ve-
ro ullus esse potest in hoc negotio fidelior eo teste ,
aut utique gravior ? Μανιχαῖοι , inquit , καὶ Φρύγες , καὶ οἱ
τοῦ Σαμοσατέως μαθηταὶ , τὰ ὄντα λέγοντες , ἐδὲ ἦτορ εἰσιν
ἀρεπτοί . Et paulo ante de iisdem : Πολλὰ γὰρ αἱρέσεις
λέγουσαι ΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑ μόνον , μὴ φεγγούσαι δὲ ὄρθως , μηδὲ
τινὰ πίστιν ὑγιῆς τοι εἶχον , ἀλυσιτελεῖς εἶχον καὶ τὸ παρ' αὐτῶν
Ἄθόμενον ὑδωρ &c. Cur autem Bonofiacos simili erro-
ris labe infectos , tum ex recepta toto Occidente
οἰκονομίᾳ , tum ex Romanæ Ecclesiæ sensu & usu ,
quæ ceterarum mater est ac magistra , Arelatensis
synodus iterum baptizari vetet , Gennadio nequic-
quam contra statuente , ac post illum Rabano , alias ,
ut diximus , dispiciendum erit.

Orat. III.
contra Ari-
anos pag. 413.
edit. Paris.

Gennad.lib.
de Eccl.dog.
cap. LII.Ra-
ban. lib. V.
de universo.
cap. x.

XIV.

Expressere utique a Samosateno perfidiam suam
duo ejusdem fere tractus antistites : Photinus , ac Bonosus : Sirmiensis ille , in Illyrico occidentali : in orien-
tali iste , Sardicensis. Præivit utrique Marcellus Gala-
ta , cuius discipulus , ita prodente Hilario in frag-
mentis , Photinus in adolescentia existit , ac sub eo
diaconus vixit. Eruditus a Marcello Photinus stulti-
tiæ suæ hereditatem Bonoso reliquit , Siricii Papæ tem-
poribus. Quin porro Nicæni Patres Paulianizantium
nomine Galatas designarint , quibus Marcellus tum
præcesset , quod ii videlicet Pauli Samosateni impie-
tatem iterum instaurarent , nullus propemodum du-

bito. Olim hæc in Ancyranum conjecta ab Hilario vox , in septimo contra Arianos : *Impie multos ad unius Dei professionem Galatia nutrivit.* Monarchiæ certe in deitate patronum ac defensorem Marcellum existisse, perinde ac Samosatenum , & fuisse illum ambiguæ ac subinde variantis fidei , plurimis veterum monumentis liquet: quanquam fuere postea ejusdem amentiæ sectatores a Marcelli discipulo Photino , ut Augustini verbo utar , Photiniani celebrius nuncupati : quibus & Paulianistarum statim post Nicænam synodum hæsit appellatio. Enimvero Nicænorum Patrum sive ea indulgentia fuit , ut hæreseon architectos vel propugnatores proprio indigitare nomine parcerent: si præsertim ii, vel tempori servientes, id quod Marcellus fecisse videtur , pestiferum erroris virus deponerent: vel sola Arianæ perfidiæ detestatione catholicæ regulæ fines excessisse, & impegnisse viderentur in Samosateni Sabelliique hæresim: sive justum in eosdem odium synodum sacrosanctam impulit , ut nomina premeret sempiterno obtruenda silentio: in canonibus utique nullam e sectis , de quibus est aliquid sancitum , proprio ac suo vocabulo designavit, sed adscititio omnes & male auspicato nomine. In symbolo Arianos cum Ario satis habuit vel sic indicare , *Eos autem qui dicunt &c.* Novatianos capite octavo, *Eos qui se Catharos vocant.* Quem morem secutus & ipse Constantinus Porphyrianorum appellationem Arianis veluti infamiae notam inurere maluit, quam quod proprium illorum fuit divilibus rescriptis consignatum posteritati prodere. Et Hieronymus in Chronico , ad annum xxii. Constantini,

*Lib. de her.
cap. xliv.*

qui æræ vulgaris cccxxviii. quo anno revocatus est ab exilio, Principis iussu, Arius, uti ex Philostorgio colligitur, & ex Eusebii Nicomediensis libello: cum hoc ipsum, inquam, Hieronymus annalibus consignare vellet, id quod a nemine animadversum arbitror, dissimulato Arii nomine sic expressit: *Porphyrus missus ad Constantimum insigni volumine exilio liberatur.*

Cum hac igitur usi cautione fuerint Nicæni Patres in ceteris appellandis, eandem & in Galatis vel eo nomine ultiro ac sponte adhibuere: quod Marcellus ipse, sive deposito, sive dissimulato errore, synodo interesset: apertumque Arianæ factionis, quæ tum præcipue confodienda erat, odium præ se ferret. Quippe nec synodus oppugnasse nisi grassantes in vicinis Nicææ regionibus hæresum pestes fere videtur, præter Arii vesaniam, qui fuerat eo accitus: Novatianos nimirum ea præsertim ætate in Phrygia sobolescentes: exortosque illis ipsis temporibus Paulianizantes in Galatia. Nec Paulianizantium nomine haud dubie censendi sunt ii, qui Pauli impium dogma αμέως, ac non alium ab eo sectæ magistrum ac ducem sequuti tuerentur: sed qui extinctum jampridem perfidiæ illius incendium paucis ante diebus iterum excitassent, & scelus imitarentur: quo fere pacto Φίλων πλατωνιζεν a Græcis dictus olim: nam ea vis tum ejus generis verborum est, tum ἀοεισσα χερύς, quo usi synodus est, τῶν Πωλιανιστῶν.

Atqui hi quandoquidem Christum esse merum hominem affirmabant, in quem se Dei Verbum insinuasset, hoc est, divinitatis efficientia quædam, &

Hieron. lib.
de Eccles.
scr:pt.

temporaria divini Verbi a Deo Patre missio , Trinitatem , ut palam est, reipsa negabant: hanc ipsi tamen ultro, quod mirere , verbo fatebantur. Nisi forte existimas in dissimulando errore minus astutos, aut ad faciendum fucum minus acutos & habiles , παντανίστας illos veteres fuisse, quam sunt recentiores , Sociniani videlicet: nam & hi puri putique παντανίστας sunt: quorum haec nihilominus & de baptismo circumfertur oratio , Etiam si Pater & Filius & Spiritus sanctus ita sunt conjuncti , ut in nomen illorum baptizandi simus : & illa de adversariis plena fraudis expostulatio , An nobis unquam venit in mentem ne-

Catech. Ra-
cor. s. et. III
cap. I.

reperias hominum genus, qui ab usitata forma discesserint, quanquam nec de utroque ausim id affirmare dicere: vix demum vel hominem quemquam, si Deuterii Ariani facinus illud unum exceperis, quod Nicephorus Callisti refert. Gnostici, ita quidem prodente Irenæo, hac usi formula perhibentur: *In nomine ignoti Patris omnium, & in veritate omnium matre, & in nomine descendenteris in Jesum.* Oi δὲ ἄγεσιν ἐφ' Ιρ. n. lib. 1. θεωρ., inquit, ναὶ βαπτίζοντες ἔπος ἐπλέγυσον εἰς ὄνομα ἀγνώ- adu. heres. μαρτρὸς τῶν ὀλων, εἰς αληθειαν μητέρα πάντων εἰς τὸν κατελ. θόντα εἰς Ἰνσῆν. Qua orationis ambage tergemina Trinitatis persona ab eo genere hominum in symbolo & interrogatione, quæ tinctio sacramentæ de more præmittitur, explicari cathecumenis ac describi, ut quidem arbitramur, non in ipsius baptismi formula appellari solita est. Fuisse enimvero qui *usitata & legitima verba interrogationis non usurparent*, atque adeo *discreparent ab ecclesiastica regula*, ex Firmiliani epistola ad Cyprianum: vix ullos existisse, qui evangelica verba mutarent, quæ inter abluendum eduntur, ex Augustino, indubitatisque aliis argumentis, exploratum compertumque est.

Insulsores alii fuere, ex eadem secta Gnosticonrum, seu e Valentini schola nonnulli, quamlibet videri vellent ii subtilius de rebus divinis loqui: adversus quos statuta lex ea, quæ canone Apostolorum, ut appellant, XLVIII. continetur: Ei πεισο- πος ή ἀρεσβύτερος κατέ τὸν τῷ πνεύμα σκάταιν μὴ βαπτίσον εἰς πα- τέρα, καὶ ψόν, καὶ ἄγον τοῦν μα, ἀλλ’ εἰς τρεῖς ἀνάρχες, ή τρεῖς πατεριλάτες, καθαρείδω. Hoc est, Dionysio interprete: *Si quis episcopus aut presbyter juxta preceptum Domi-*

*Lib. XVI hist.
cap. XXXV.
Ir. n. lib. 1.
adu. heres.
cap. XVIII.*

ni non baptizaverit in nomine Patris & Filiij & Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, abjiciatur. In Nomocanone, quem V. Cl. Jo. Bapt. Cotelerius, magni litterarum & Ecclesiæ damno nuper vivis exemptus edidit, can. xci. Elī πος ἵερευς βαπτίσεις τρεις πατέρες, καὶ εἰς τρεις υἱούς, καὶ εἰς τρεις παρακλήτορες, γνθαρείδω. Si quis sacerdos baptizaverit in tres Patres, & in tres Filios, & in tres Paracletos, deponatur.

Hi nempe illi sunt, ut quidem videtur, adversus quos in symbolo, quod sub Athanasii nomine legitur, effatum exstat illud: *Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.* Hos olim prisca ætas πεντετάς appellavit. Trinitatem illi ingenitam catholico more confitentes, tres Deos nihilominus, tres sermones, tres mentes, tres homines inesse ei garriebant: Τετάρτη αγέννητον, Τετάρτη Θεόν, τρεῖς λόγοι, Τετάρτη νόος, Τετάρτη αὐθεόπτες. Sic Theodoreetus est auctor, libro primo hæreticarum fabularum cap. xvii. Τετάρτης αγέννητος, τρεῖς αὐτοροι, τρεῖς Θεοί, tres Patres, idcirco ab his dicebantur, quod singulæ Trinitatis personæ causa sūt effectrice careant, cetera universa ipsæ efficiant. Τρεῖς λόγοι, τρεῖς νόοι, quin idem sit ac tres filii, nemo ambigit: cur λόγοι autem, vel νόοι appellantur, in promptu est. Τρεῖς αὐθωποι, qui & τρεῖς παρακλήτοι, sunt tres spiritus sancti. Αὐθωποι quidem, vel quod effectus homo est ad Trinitatis similitudinem: vel quod humanos veluti affectus erga homines in sacris paginis persona unaquæque induit. Quaniobrem & τρεῖς παρακλητοί vocitantur. Nam & Pater Deus totius consolationis

lationis nuncupatur a Paulo, Θεὸς πάσης παρεκλήσεως. 2. Cor. I.
Et Filium παρεκλητον ἔχομεν ὡρὸς τὸν πατέρεων, adūocatum
habemus apud Patrem, Je su m Christum justum, in
quo libenter desinimus, postquam instituta de ba-
ptismo in nomine ejus, a proposito paulisper disgrē-
ſa, ad ipsum feliciter redit oratio.

1. Joan. iii. i.



*Errata sic emendanda. Pag. 29. v. 13, ab iis videlicet, lege, ab ipsis videlicet. Pag.
40 v. 25. corrobotatus, lege, corroboratus. Pag. 56. v. 20 ~~banūmīas, mītūmīas, lege~~
~~banūmīas, mītūmīas, lege~~*

Summa Privilegii Christianissimi Regis.

CAUTUM est auctoritate Regis, ne quis intra annos
Octo proximos librum qui sic inscribitur, *Joannis Harduini e Societate Iesu Presbyteri, de Baptismo Questio triplex &c.* absque Danielis Horthemels Bibliopolæ Parisiensis permissu imprimat aut divendat, a die publicationis horum exemplarum. Qui secus fecerit, mulcta in diplomate Regio indicta mulctabitur. Datum Versaliæ, die xvi. Julii, 1686. Sic signatum, de mandato Regis, PERROTIN.

Publicari liber cæptus est, die 25. Novembris 1686.

EGO JACOBUS PALLU, Societatis Iesu in Provincia Franciæ Præpositus Provincialis, facultatem concedo, ut P. Joannis Harduini liber, cui titulus est, *de Baptismo Questio triplex &c.* a Theologis e Societate nostra lectus & approbatus, typis mandetur. Aureliae, die quarta Octobris 1686.

JACOBUS PALLU.

BOSTON PUBLIC LIBRARY



3 9999 04041 352 6

